SVLPITIVS Tamq; iræ. Cõſternatis populis prodigiorum uarietate: aruſpicũ: uatumq; reſpõſis: & furẽtis fœminæ uaticinio: utitur poeta ad Ioué apoſtrophe: orás ut uelit mortales latere futuros euentus: ut poſſint etiã in malis ſperare aliquid: ſiue mundus diuina prouidẽtia regatur: ſiue temere: caſibuſq; agitetur. Loquiturq; ſecũdũ Ciceronis ſentẽtiã: qui inquit: Præſcientiã malorũ: cui prouideri nõ poteſt: inutilẽ eſſe. Præterea qs poteſt futura cognoſcere: nã ſi futura ſunt: uitari nõ poſſunt: ſi poſſunt: futura nõ erãt. Et bona nõ præuiſa plus gaudii: mala uero præuiſa plus doloris ſolẽt afferre. Iræ deũ: qui hominibus ob peccata irati: bella: peſtem: famẽ: & alia mala minari: & inferre putãtur. Patuere: ob prodigia: & uaticinia ipſa. Leges, & fœdera: rationẽ: & cõſuetudinẽ. Tumultu monſtrifero: turbatione prętec naturã. Monſtra enim non niſi ex naturæ diſcordia oriuntur. Indixit ne. denũciauit bellum ciuile: & cædes futuras. Hãc cu. ſollicitudinẽ noſcendi futura: de qua Statius in Thebaidos tertio pluribus agit. Per di. om. per auguria: extipitia: aſtra: & uaticinia. Siue pa. re. locus ex abdito ſumptus philoſophiæ. Siue Deus inquit a principio fata ordinauit: & ſeipſum fatis t legeq; regit: ſiue nihil fixum cõſtituit: ſed oĩa caſu quodam accidũt: fac ut lateãt nos futura.

Regna infor. chaos ipſum: quod erat materia abſq; forma. Stoici duo eſſe dicunt in rerum natura: Cãm & materiam. Cãm accipiũt id: quod facit. Materiã id: ex quo qd fit. Ariſtoteles quatuor dicit: Materiã: opificẽ: formam: quæ unicuiq; operi imponitur tanq̃ ſtatua. Ea dat eſſe rei: & cõfirmat rem in eſſe: & diſcernit rem a re. Quarto loco propoſitum ponit. i. finem: ad quem aliquid fit. Flãma ce. igne in ſublimiorẽ locũ abeũte.



¶ In ſecũdum Lucani Librum Sulpitii argumẽtum.

Eſt ubi conqueſtus noſci uenturi ſecundus
Iuſtitio indicto: narrat ſera tempora Syllæ.
Poſt hæc Brutus adit conſtanti mente Catonem:
Cui rurſum nubit funeſto Martia cultu.
It Capuam Magnus: late occupat omnia Cæſar:
Teq; capit Domiti: ſequitur tum concio Magni
Brunduſio it natus: cuius tentare remota
Auxilia: obſeſſuſq; tamen uix effugit ipſe.

.M. ANNEI LVCANI CIVILIS BELLI LIBER SECVNDVS.

Tamq; iræ patuere Deum: manifeſtaq; belli
Signa dedit mundus: legeſq;: & fœdera rerum
Præſcia monſtrifero uertit natura tumultu:
Indixitq; nefas. cur hãc tibi rector olympi
Sollicitis uiſum ẽ mortalibus addere curam:
Noſcant uenturas ut dira per omina clades?
Siue parens rerũ cum primũ informia regna:
Materiamq; rudem flamma cedente recepit:

OMNI BON. Tamq; iræ patuere Deum. In huius ſecundi libri principio agitur: quomodo Romani manifeſta: certaq; ſigna belli uidentes: magno dolore affecti ſunt: & omnes quærebãt: quomodo Deos placare poſſent: q̃q̃ adeo irati erant: ut nullis precibus moueri potuerint: ſed poeta ad eum apoſtrophat: quærens quidnam ita uoluerit homines præſcire inſtantia mala: quibus prouideri non poſſit. Nam ſicut etiam Cicero dicit: Præſcientia malorum inutilis eſt: cui prouideri non poteſt: deinde dicit hoc ueniſſe: aut caſu: aut uoluntate fatorum. Patuere: apertæ ſunt ſignis: & prodigiis: quæ terra: cælo: marique apparuere. Leges: conſtitutiones. Fœdera rerum: ideſt concordiam: nam tunc mutata eſt lex rerum: cum bos peperit uitulum capite humano: & mulier infantem capite elephantino. Præſcia monſtrifero uertit natura: naturale eſt: ut ex uulnere ſequatur ſanguis: ſed ex uulnere uictimæ non uenit ſanguis: ergo natura dedit hæc: quæ malorum futurorum præſcia erãt. Tumultu perturbatione monſtrorũ. Indixitque nefas: nunciauit malum nefandum: quia erat contra ius. Indicere uerbum fœcialium eſt: qui præſunt fœderibus faciendis: hi enim conſulto populi Romani cum quibus uolebant: indicebant.

dicebant. Indixit:denunciauit. Nefas:ciuile bellum:quod inter cognatos:& parentes geſtum eſt. Cur hanc: apoſtrophat poeta ad Iouem: querens cur homines in ſpe tenere noluerit:o Iuppiter inquit, cur mala ita aperta eſſe uoluiſti:ut ſperare non poſſent Romani meliora fore. Olympi:cæli:quaſi ολοσ λαμπροσ: ideſt totus ſplendés. Per o.per prodigia ſæua: quæ ex Deorum ita procedunt. Siue parens rerum: quaſi conqueritur de Deo: ſiue natura:quæ non occuluerit mala:ut interim homines ſperare poſſent:ſed ut dicit:ſpe remota:certa ſigna futuri mali dediſti:eſt autem ordo:Quodcunq; paras ſit ſubitum: & mens ſit cæca futuri. Siue parens rerum finxerit

Finxit in æternũ cauſas:qua cuncta coercet
Se quoq; lege tenens: & ſæcula iuſſa ferẽtem
Fatorum immoto diuiſit limite mundum:
Siue nihil poſitum eſt:ſed fors incerta uagaẽ:
Fertq;:refertq; uices:& habẽt mortalia caſũ.
Sit ſubitum quodcunq; paras:ſit cæca futuri
Mens hominum fati:liceat ſperare timenti.
Ergo ubi cõcipiunt quãtis ſit cladibus urbi
Conſtatura fides ſuperum: ferale per urbem
Iuſtitium latuit:plebeio tectus amictu
Oĩs honos: nllos comitata ẽ purpura faſces:
Tũc queſtus tenuere ſuos:magnuſq; per oẽs
Errabat ſine uoce dolor.ſic funere primo
Attonitæ tacuere domus:cũ corpora nõdum
Conclamata iacent:nec mater crine ſoluto

cauſas:ſenſus eſt:Siue omnia diuina prouidentia regũtur: ſiue omnia fortuitu trahuntur:non debueras manifeſta ſigna hominibus dare: quid futurum eſſet: ſed incertos tenere: ut ſpe ſaltem inani fruerẽtur. Parens rerum: ſiue natura: ſiue Deus: non enim differunt re: ſed nomine. Cum primũ infor.re. tum primũ chaos de rerum omnium materia fuit:& eam diſtinxit Deus.

Informia: ſine forma: quia omnia permixta erãt & confuſa: nec elementum alterum ab altero diſcernebatur. Que: pro ideſt. Flamma c.pro recedente: quia diſtixit ignem ab aqua:terra: & aere: quo facto ſtatim lux apparuit. Nã terra:quia grauior eſt:in firmamento perſiſtit:circa quam eſt aqua: quæ leuior eſt terra: aer uero quia leuior eſt aqua:ſuperior exiſtit: at uero ignis omnium leuiſſimus regionem aeream petiit.

¶ Finxit cauſas:firmauit ſeriem cauſarum implexam: ideſt fata ipſa. Se: ipſum Deum. Qua cun.coer.loquitur ſecundũ ſtoicorum ſententiam:q uolunt mundum diuina prouidẽtia regi: & fata a mundi principio ſtare:qđ & Chryſippus ſenſit.& Manilius his uerſibus explicat: Soluite mortales aĩos:curaſque leuate: Totq; ſuperuacuis curam deflere querelis: Fata regunt orbẽ: certa ſtãt oĩa lege: Lõgaq; per certos ſignãtur tempora curſus. Mũdum ſe.mũdi morũ ſæcula afferentẽ. Ex eo enim cõſtant conficiũturq; tẽpora. Iuſſa:ordinata:& certa negocia mortalibus afferẽtia. Immoto li.fa.firmo termino:& eorũ ſequitur opinionẽ:qui dicũt Fata tolli nõ poſſe:ſed produci:aut cõtrahi. Virg in.vii. Attrahere: atq; moras tantis licet addere rebus.& in.x.Tolle fuga Turnũ: atq; inſtantibus eripe fatis. Siue ni.po.eſt: ſententia eſt Epicureorũ Deos quietos eſſe: & eorũ prouidẽtia mundũ nõ regi:ſed caſu & fortuna accidere oĩa. Poſitum:cõſtitutũ:firmũ. Caſum:euentũ præter propoſitum.Eſt.n.caſus inopinatus ex fluctibus cauſis in his quæ ob aliquid geruntur:euentus. Fors:fortuna. Fertq; re.ni.mutat proſpera aduerſis: & contra. Sit ſu. ignorent homines. Cæca:ignara. Timenti: paſſuro incommoda. Ergo: poſtquam inquit aduertere mala futura: indicto iudicio templa frequentauere. Concipiunt:aĩo comprehendunt. Conſtatura:firma: & imobilis futura. — SVLPITIVS — Caſus quid ſit

Fides:quam per mõſtra oſtenderant. Iuſtitium: ſupple fuit. Iuſtitium eſt iuris dicẽdi intermiſſio ob publicam calamitatem:aut luctum:dictum quaſi iuris ſtatio:ſolebat autem id in publico luctu indici. Ferale:luctuoſum. — Iuſtitiũ quid

Latuit:nõ diſcernebatur ab aliis ipſa ueſte. Tectus plebeio amictu:uulgares: & pullas togas indutos. Omnis hon.omnes magiſtratus. Purpura:ueſtis purpurea conſularis. Nullos faſ.nullum conſulẽ. Faſces enim eorum ſunt inſignia. Tunc que.tunc tacite ſine clamore dolebant:ut ſolent: qui aſtant morientibus: nam quoad uident eos animas exhalaſſe: non plorant. Primo fu. in principio mortis alicuius. Domus: familiæ. Conclamata:deplorata: tunc enim mortuis conclamabatur: cum nullum amplius uitæ ueſtigium eſſe reliquum uidebatur.Eſtque conclamare ſatis clamare: & deflere:in qua re nulla dilatio eſt doloris & luctus. — Conclamare quid

¶ Finxit in æternum cauſas:ideſt fata rebus conſtituit: quæ prætetiri non poſſint. Nam fatum nihil aliud eſt q̃ ſeries cauſarum:ſuis ſeſe ordinibus inuicem tenens. Se quoq; lege tenens:quia legem ſuam ſibiipſi Deus impoſuit:ut quicquid ſemel ſtatuerit:illud mutari non poſſit. Et ſæcula iuſ ſer.ſecundum ſtoicos: qui omnia fatis regi dicunt. Limite:ſtabili termino fatorum. Siue nihil poſitum:ideſt firmatum:& ſtatutum diuina prouidẽtia: hoc autem ſecundum Epicureos:qui omnia caſu: & fortuna regi dicunt. Fertq; refert ui. quia modo hoc agit: modo illud. Vices:res hominum. Et habent mor.ca.ideſt ſunt ſubiecta fortunæ poteſtati. Sit ſubitum:ideſt prouiſum. Liceat ſpe.ti.ideo uelim ignaram eſſe mẽtem futurorum malorum: ut ſaltem ſpem habere poſſint. — OMNIBON. — Fatũ qd

Ergo ubi:poſtquam inquit iam certum erat fore bellum: Romani magna ex parte parabant Deos placare: & ſubito iuriſdictio interdicta eſt:& matronæ ueſtes lugubres induerũt: & oĩa honoris inſignia depoſuerũt. Cõſtatura fi.i.certitudo Deorum magna clade conſtatura ſit. Ferale:letiferum:calamitoſum. Nã iuſtitium dicebatur:quoties trepidatio aliqua erat in urbe:unde iuſtitium: quaſi iuris ſtatio: & eſt uerbum iuris ciuilis. Omnis honos:ædilis:prætor:cenſor:conſul:& cæteri magiſtratus. Nullos faſces.i.nullos honores. Faſces autem proprie inſignia conſulũ ſunt:ſed pro omni magiſtratu poſuit. Tunc tenuere.ſ.q in mẽte.ſ.quia tantus dolor erat: ut uocem emittere non poſſent. Virg. Et uox faucibus hæſit. Magnuſq; per omnes: declarat quomodo queſtus ſuos tenuere:quia præ nimio dolore uox premebatur. Sic funere:per ſimilitudinem oſtendit quomodo queſtus ſuos tenuerint:quẽadmodũ fieri ſolet:cũ aliquis moritur:primo quidẽ domeſtici tacent præ nimio dolore: deinde ubi iam ſpiritum oẽm emiſerit:oẽs una uoce cõclamant. Primo funere:cũ primũ ſpiritũ emiſerit. Do — Iuſtitiũ

ſtros.i.domeſtici. Conclamata iacent: ſecundum conſuetudinem antiquorũ locutus eſt: quia ſpiritus uitalis exclusus homines plerunq; fallebat: mortuos calida aqua lauare inſtituerunt: & per interualla conclamare: nam cum uidebãt eum inter lauandum non moueri: conclamabat unus: ha.ha.he. he. deinde uentrem iterum lauabant: & iterum conclamabat. poſtremo ueniebant ad uitalia: & ubi uidebant ſpiritum penitus abiiſſe: tum demũ
Præficę quæ omnes conclamabant. Nec mater cri.ſo. ideſt nondum iubet præficas uenire: quæ more Romano flerent mortuos. Præficæ dicuntur mulieres: quæ pretio conducuntur ad funus deplorandum.

Exígít ad ſæuos famulatũ brachía planctus:
Sed cum mẽbra premit fugiẽte rigentia uita:
Vultuſq; exanímes: oculoſq; í morte mĩaces:
Nec dũ ẽ ille dolor: ſed iã metus ícubat amẽs:
Mítaturq; malum: cultus matrona priores
Depoſuit: mœſtæq; tenent delubra caterue.
Hæ lachrymis ſpſere Deos. hæ pectora duro
Affixere ſolo: laceras in límine ſacro
Attonitæ ſudere comas: uotiſq; uocarí
Aſſuetas crebris feríunt ululatibus aures.
Nec cunctę ſummi templo iacuere tonantís:
Diuiſere Deos: & nullus defuit aris
Inuidiã factura parens: quarũ una madentes
Sciſſa genas planctu líuentes atra lacertos:
Nũc aít: o miſerę contũdite pectora matres:
Nũc lãiate comas: ne ue hũc differte dolorẽ:
Et ſummis ſeruate malis: nunc flere poteſtas:
Dũ pendet fortuna ducũ: cum uícerít alter:
Gaudẽdũ ẽ. his ſe ſtimulis dolor ipſe laceſſit.
Nec non bella uiri: diuerſaq; caſtra petentes:
Effundunt iuſtas in numina ſæua querelas.
O miſeræ fortís: quod non ín punica natí
Tẽpora Cãnarũ fuimus: Trebiæq; iuuẽtus.

SVLPITIVS ℭ Exigit: requirit. Brachia ſa. ueterũ mos erat in ſuꝑere plangere: hoc eſt percutere faciẽ. pectora: brachia. Premit: cõplexando ipſa mater. Rigentia: frigentia. Exanimes: ſemimortuos. Minaces ocu. i inſtãti morte oculos moueri: & caligare: auctor eſt Plinius. Nec eſt du. ſed me. dolor. n. eſt de præſenti malo: metus de futuro. Amens: prę dolore inſanitus. Incubat: ſuper inſtat filio. Cultus ma. matronæ pullatæ Deorũ templa frequentabant. Deos: Deorum ſtatuas & templa. Affixere pecto. ſo. in templis ſe proſtrauere. Fudere: ſparſere. Feriunt au. obtundunt Deorũ aures clamoribus. quæ ſolent nobis ad uota patere. Diuiſere De. diuiſim in diuerſa templa ſe contulere: ita ut nullum templum ꝑcatricibus uacuũ eſſet. Factura inui. cõcitatura odiũ erga Deos: ſi nõ exaudirent: uel excitatura Deos ad odiũ in ſupplices: & ad inuidẽdum inter ſe de ueneratiõe. Liuẽtes plã. nigros percuſſione. Sciſſa ge. ſynecdoche. O miſerę: in cõcitandis & ſedãdis affectibus ſupra q̃ dici poteſt: noſter eſt poeta mirificus. Nullũq; locũ ꝑtermittit: elicitq; pathos ab ætatibus: a fortuna: a loco: a tẽpore: a cauſa: a qua & indignatio eſt: a modo: numero: forma: quãtitate: materia circa rem: a parabola: ab imagine: a minore ad maius: a maiore ad minus: a ſimilitudine: dubitatione: atteſtatione: nimietate. exclamatione: taciturnitate: repetitione: obiurgatione: modiſq; cæteris. Nũc: dum licet. Contũdite: percutite. Pendet: in dubio eſt. Gaudendum: quia bella ceſſarint: & tyranni metus. Laceſſit: ſtimulat: & uexat. Nec nõ bel. uiri quoque in caſtra uel Cæſaris: uel Pompeii euntes conquerebantur. Miſeræ fortis: miſerandæ conditionis. Cannarum: Cannę Appuliæ
Cannæ ubi uicus eſt: apud quem ultra quadraginta milia Romanorum ab exercitu Hannibalis cæſa ſunt. Trebiæ: Trebia fluuius eſt prope Placentiam in Gallia Ciſalpina: ex Appennino in Padum fluens: L. Sempronii conſulis clade nobilitatus.

OMNIBON. ℭ Exigit: poſtulat. Premit. i. palpitat explorãs nũquid uiuat. Rigẽtia: frigida. Vita: aĩa. Vultus exanimes: nũq̃d aliq̃s ex ore ſpiritus reddat. Oculos i morte minaces. i. minãtes: & q̃ſi toruos: ſicut moriẽtes habẽt. Nec dũ ille dolor. i. nõdũ extat & appet: dũ adhuc ſpes aliq̃ ſupeſt: nã mater neſcit q̃d faciat: & prę nimio dolore ei uox ĩterclusa eſt. Mirat̃ ma. i. obſtupefacta ẽ. Cultus ma. pri. matronæ quoq; ſuas ueſtes exuerũt: & lugubria indumẽta accepe: & ꝑ tẽpla diuiſæ ſunt. Priores cultus: q̃bus in pace utebant̃. Hæ lachry. ſpar. De. i aliæ iplere lachrymis ſimulachra Deorũ. In lim. ſacro. i. ueſtibulo tẽpli. Fudere: ſparſere comas more mœſtarũ. Aſſuetas uotis: quia uotis Deos inuocare ſolebãt. Diuiſere Deos. i. Deorũ tẽpla: q̃a aliæ alia tẽpla petiere. Parẽs. i. multitudo matrũ: q̃ ſolẽt timere filiis ſuis. Inuidiã. i. odiũ Diis cõcitatura ꝑ pter nimias q̃relas. Quarũ una madẽtes: una ex illis matronis: q̃ cæteris nobilior erat: adhortata ẽ alias: ut nũc plãctu miſerias ſuas flerẽt: quãdo poteſtas eſſet flendi: nam cũ alter ducũ uicerit: & ſi dolor magnus nobis erit: tamen lætitia erit ſimulanda. Madẽtes ſciſſa genas: ſynecdoche. Sciſſa: laniata. Liuentes lacertos: ideſt liuidos: quod fit ex nimio planctu: nam mos erat lacertos nudos percutere. Nunc: tẽpus eſt: ut omnes noſtras miſerias lugeamus. Ne ue hunc differte dolorem: iam enim certa ſunt ſigna mali futuri. Nec ſummis ſeruate malis: ideſt nec ſeruate ad extrema mala: nam cum alter ducum uictoriam obtinuerit: reprimendus erit luctus: & ſimulanda lætitia: ergo nunc cum licet lugeamus. Flere: pro flendi facultas: & eſt conſtructio græca. Pendet fortuna: ideſt dum incertum eſt uter uincat. Gaudendum eſt: ideſt ſimulanda lætitia: etiam ſi dolore pectora noſtra afficiantur. His ſe ſtimulis: ſic inter ſe conquerebantur mulieres primariæ. At nec ipſi uiri aliter affecti erant: cum diuerſos duces ſequi cogerentur: ſibi enim ipſis in memoriã reducebãtur bella elapſa: & antiqua: ſcilicet Marii & Syllæ: & comparatione illorum: hæc inſtantia mala: illis deteriora eſſe dicebant. His ſtimulis: his adhortationibus ad luctũ. Dolor: ideſt dolentes mulieres. Diuerſa caſtra: quia alii Cæſarem: alii Pompeiũ ſecuturi erant. Iuſtas querelas: quia iuſte conquerebantur de ſæuitia Deorũ: & ſecundũ Epicureos locutus eſt: q̃ nullã curã rerũ humanarũ Deos habere uolebant. O miſeræ fortis: ac ſi dicat: ſatius fuiſſet: q̃ periiſſemus: q̃ ad hæc mala ſeruari. Punica tempora Cannarum: uicus erat Appuliæ ignobilis Cannæ: ſed clade Romana poſtea nobiliſſimus factus: & duorum ducum alter occiſus eſt

ciſus eſt Paulus Aemilius: alter uero Terentius Varro fugit: & incertum fuit: uter magis probaretur: nã Aemiliũ: cæſo exercitu ſupereſſe noluiſſe conſtat. At uero Terentium: ut creditum eſt: de republica non deſperaſſe: & apud Liuium diffuſe legitur: & Valerium. Trebiæ iuuentus: nam prima clades Romanorũ fuit apud Ticinũ flu. Secunda ad Trebiã. Tertia ad lacum Traſimenum. Quarta ad Cannas. nam apud Ticinum exercitus Roma. primo fuſus eſt ab Hannibale: & dux Ro. Scipio ſauciatus fuit: captuſq; erat: niſi a filio: q poſtea: a deuicta Africa Africanus eſt appellatus: liberatus fuiſſet. Huic bello Trebiam ſucceſſit: haud procul a Placentia: ubi milites ſuos igne: oleoq; fouit Hannibal: & homines ab Africa calida regione: romanos in ſua hyeme: duce Sempronio uicerunt: dicit ergo ſe uelle fuiſſe ex his: qui apud Trebiam ab Hannibale cæſi ſunt. Romanorum clades

Nõ pacem petimus ſuperi: date gẽtibus iras:
Nunc urbes excite feras: coniuret in armis
Mũdus: Achemeniis decurrãt medica Suſis:
Agmina: Maſſagetes ſcythic⁹ nõ alliget Iſter.
Fũdat ab extremo flauos Aquilone Sueuos
Albis: & idomitũ Rheni caput: oĩbus hoſtes
Reddite nos populis: ciuile auertite bellum:
Hinc Dacus p̃mat: inde Getes: occurrat Iberis
Alter: ad eoas hic uertat ſigna pharetras:

¶ Non pa. pe. nõ quærimus ab armis ceſſare: ſed gentes omnes: ſcilicet nos concitate: dũmodo bella ciuilia deponãtur. Excite: cõmouete. Achemeniis Su. Suſia quaſi pars eſt Perſiæ: inter eam & Babyloniam poſita: habetq; Suſa urbem clariſſimam: quã Tithonus Memnonis pater (teſte Strabone) condidit. Achemenios aũt Perſas dicimus: ſiue ab Achemone Bacchenionis filio rege Perſaꝝ: ſiue ab Achemenide tribu: ex q̃ Perſaꝝ reges traxere origine: ut Herodotus inquit. Alii legũt fuſis Achemeniis. Medica: Media i Aſia regio cõtermina Aſſyriæ: & Perſiæ: & mari Hircano: a Medo Medeæ filio cognominata. Totumq; hoc poeta dicit pp bellũ Parthicũ: qd gerebaẽ. Maſſagetes: nobiles populi in Scythia aſiatica Solẽ colũt: & cũ p deſerta uaganẽ: equorũ: quibus inuehunẽ: ſanguinẽ potãt. Iſter: fluuius: qui & Danubius dicit in iugis Germaniæ oritur: & ſexaginta fluminibus auctus: per ſeptem ora effluit in Euxinũ. Sueui: Germaniæ populi. Nõ alliget: nõ retineat. Albis: Germaniæ fluuius: qui Sueuos a Ceruetiis diuidẽs mergitur in Oceanũ. Rheni: Rhenus ea alpibus oriẽ: Heluetios: Sequanoſq; alluens: Bathauorũ inſulam efficit: & mergitur in Oceanũ. Dacos: Daci & Getæ in Scythia uicini ſunt. Sed Getas appellat eos: qui ad pontũ in orientẽ uergũt. Dacos aũt qui oppoſitũ Germaniã uerſus ad Iſtri fontes: quos olim Dauos uocatos eſſe putat Strabo: & ideo apud Athenienſes Dauorũ: & Getarũ nomina ſeruilia abũdare. Occurrat Iberis Alter: Cęſar igt in Hiſpanos ſe cõferat: Põp. uero cõuertat ſe ad Parthicũ bellũ. Ad eoas pharetras: alluſit ad morẽ Parthorũ orientaliũ populorũ: qui pugnãdo: & fugiẽdo ſagittas emittũt. SVLPITIVS Suſia q̃ Getæ g

¶ Non pacem: alii inquit pacẽ optarunt: nos uero bellũ undiq; inferri: nã pace ciuilia bella excitãtur: at uero cũ bellum inſtat: Romani relictis bellis ciuilibus: ſumptis armis: ſe defendunt: huc igitur malorũ prouecti ſumus: ut melius ſit optare bellum: q̃ pacem. Date gentibus iras: optat: ut ab omnibus partibus orbis terrarũ bellum urbi Romanæ inferatur: ſic enim ciuilem diſcordiam ſedari poſſe dicit: nam cũ bellum cõmune ẽ ſtatim diſcordia: & ſimultates iter ciues deponũtur. Vrbes fe. cũ quibus nunq̃ bellũ fuit. Achemeniis Su. Suſa nobiliſſimũ eſt Perſidis oppidum: in quo (ut docet Solinus) tẽplum fuit Suſæ Dianæ: & auctore Strabone libro. xv. fere Suſia Perſiæ pars eſt: inter eam & Babyloniam poſita: & Suſa urbem clariſſimam habet: nam Perſæ & Cyrus ſuperatis Medis: cũ propriam terram in ultimis ſitam uiderent: Suſiam uero interius: & Babyloniæ: & aliis gentibus propinquam: in ea imperii ſedem locauerũt: ſimul & regionis confinium oſtendẽtes. Suſa a Tithono cõdita dicitur Memnonis patre. Suſii etiam Caſii ſunt appellati: nam Eſchylus Memnonis matrẽ Caſſiam uocat. Vrbis mœnia: & templa: & regiæ ſtructura erant Babylonicis ſimilia: ex coctili latere: & bitumine: ut quidam ediderunt. A Suſis uſq; Perſepolim ſtadiorum quatuor millia & . cc. atq; hinc uſq; in Carmaniæ fines ſunt mille & ſexcẽta: nationes incolunt regionem: quæ Patiſcholes appellantur. Item Magi: qui honeſtum quoddam uiuendi genus ſectantur: & Achemenidæ: de quibus loquitur Lucanus: ex India reuertentes ab Azanio Carmaniæ flumine ſeptentriones primum uident: Achemenidis in hoc tractu ſedes fuerunt: auctore Solino. Medica: ideſt Mediæ prouinciæ. Media (ut inquit Solinus) ab occaſu tranſuerſa: utraq; Parthiæ regna amplectitur: a ſeptentrione Armenia circundatur: ab ortu Caſpios uidet: a meridie Perſidem: deinde tractus hic procedit uſq; ad caſtellum: quod Magi obtinent: Phydaſarciola nomine: hic Cyri ſepulchrum eſt. Iſter: Iſter fluuius in Germaniæ iugis montis Arnobæ: multiſq; ultra alpes millibus: ac per innumeris lapſus gentibus: Danubii nomen habet: ut primum Illyricum alluit: Iſter appellatur: ſexagintaq; amnibus receptis in pontũ uaſtis ſca fluminibus euoluitur. Pli. Vltra Danubium incolunt Maſſagetæ. Maſſagetem: Maſſagetæ in Scythia Aſiæ populi tantummodo: ut refert Strabo: lib. xi. Solem Deum putãt: atq; illi equum mactant: ſinguli ſingulas uxores ducunt: utuntur etiam uxoribus aliorum: idque haud occulte. Alliget: teneat: quominus ueniant in Italiam. Sueuos: populi ſunt Galliæ: contra quos magno periculo bellum geſſit Cæſ. Flauos: quia flauos per colla crines geſtant: & ea Gallia ſunt: quæ comata dicitur. Albis: fluuius eſt in Sueuis: & fluuium pro regione poſuit. Indomitum: quia bellicoſiſſimi ſunt populi. Omnibus hoſtes: ſummatim hoc præſtate: ut omnis terrarum orbis bellum inferat: modo ciuile bellum auertatis. Auertite: nam cum Romani ſe uiderint undique ab hoſtibus premi: depoſitis ſimultatibus ſe defendẽt. Dacus: Daci populi Thraciæ: ſic a Romanis appellati: a Græcis Getæ dicuntur: ut ſcribunt Plini. & Appianus: quamuis hos nunc poeta diſtinguat: ſicut inferius: Motura Dacas: ut clade: Getaſque. Occurrat Iberis Al. ſ. Cæſar: & bene prouinciam Hiſpaniæ ei dat: q Galliæ & Cæſar præfuerat: & ea eã uictor redierat. Ad eoas hic uertat: ideſt Pompeius: & ſuam quoq; Pompeio prouinciam dat: q hic aliquando de orientalibus triumphauit: quo tempore Mithridatem & Tigrannem ſuperauit. Pharetras: quia orientales arte ſagittandi peritiſſimi ſunt: & præcipue Parthi: qui inter fugiendum ſagittis utuntur. OMNIBON. Media ubi Maſſagetæ g

SVLPITIVS ¶ Nulla uacet tibi Roma manus: nullus abſtineat ab armis in te inferendis. Plurimus æther: magna copia ignis cæleſtis. Collapſus in ignem: deſcendens in ſpeciem ignis noſtri: qui ab illo diuerſus eſt. Per fulmina: legitur & flumina. Sæue parens: magne Iuppiter. Vtraſq; partes: Cæſaris & Pompeii. Dum nondum meruere: antequã manus ciuili ſanguine maculent: nam ubi conſeruerint prælia: digni ſunt fulminari. Tanto ne ſceleris ab iniuſtitia: crudelitateq; reprehenſio: q per tot cædes quærãt patriam occupare: quæ pro eadem a tyrannide liberanda: faciendæ uix eſſent. Prouentu: fertilitate: copia. Vter: an Cæſar: an Pompeius. Vix tanti: argumentatur a contraria cauſa. Tanti: ſatis honeſtum: & dignum. Vt neuter: nec Cæſar: nec Pompeius. Pietas peritura: uiri nequicquã pii: & qui mox pietatis obliti in ciues: & propinquos pugnabunt. Egerit: effudit. At miſeros: patres uero inquit afflictabantur: & oderant quod tandiu uixiſſent: eſſentq; ad tanta mala reſeruati. Angit: uexat. Fata uiuacia: ſortem longæuam. Grauis: moleſtæ. Atq; aliquis: hac longa ſenis oratione hæc bella ciuilia Marianis: Syllaniſq; conferuntur: in quibus: q̃q̃ crudelia omnia facta ſunt: tamen nunc multo crudeliora inſtare homines arbitrabantur. Primum itaq; Marii ſors: & crudelitas: inde Syllæ commemoratur: & Marius Pompeio: Sylla uero Cæſari tacite conferri uidetur. Teutonicos: de his: & Cibris a Mario ſuperatis ſatis diximus libro primo. Libycos: Africanos: nam primo conſulatu ſuo cum Iugurtha rege Numidarum bellum geſſit. Secundo eum captum ante currum triumphans duxit. Continuauit autem ſex conſulatus: in quorum quarto Teutones fudit. In quito Cimbros: & ſeditionibus rempublicam perturbatã ſedauit. In ſexto ultus eſt Syllæ iniurias. In ſeptimo periit. Exul: cum Sulpitiana rogatione Syllæ prouinciam Marius uellet eripere: & legatus ad Syllam miſſus: ut traderet exercitum: eſſet occiſus. Sylla ſtatim dilato bello Mithridatico: legiones in urbem infudit: fugatoq; Mario: omnia ex ſua ſententia geſſit. Marius uero: cum deſperaſſet: ſe poſſe reſiſtere Syllæ copiis: clam urbe profugit: & apud Minturnenſes: percuſſorum metu: nudus in paludibus latuit. Inuentuſq;: & in carcerem coniectus: immiſſum percuſſorem Gallum uultus auctoritate deterruit: acceptaq; nauicula traiecit in Africam: ubi diu exulauit: mox Cinna dominatione reuocatus: ruptis ergaſtulis: coegit exercitum: cæſiſq; inimicis iniuriam ultus: ſeptimo conſulatu: ut quidam ferunt: uoluntaria morte deceſſit. Vlua limoſa: herba in limo paluſtri naſcenti.

Nulla uacet tibi Rõa mãus: uel p̄dere nomē
Si placet heſperiũ ſuperi: collapſus in ignes
Plurimus ad terrã per fulmia decidat æther.
Sæue parens utraſq; ſimul parteſq;: duceſq;
Dũ nõdum meruere feri: tanto ne nouorum
Prouentu ſcelerũ quærunt uter īperet urbis
Vix tanti fuerat ciuilia bella mouere:
Vt neuter: tales pietas peritura querelas
Egerit: at miſeros angit ſua cura parentes:
Oderuntq; grauis uiuacia fata ſenectæ:
Seruatoſq; iterum bellis ciuilibus annos.
Atq; aliquis magno quærens exēpla timoris
Non alios inquit motus tunc fata parabant:
Cum poſt teutonicos uictor: libycoſq; trium
Exul limoſa Mariꝰ caput abdidit ulua. (phos

Vlua

OMNIBON. ¶ Nulla uacet tibi: ideſt nullum ſit tibi otium. Vel perdere nomen: nunc quaſi tacitæ quæſtioni reſpondet: quia occurebat hoc: tu bellum optas: ut bella ciuilia deſinant: at Iuppiter ita ſtatuit: ut imperium Romanum pereat: reſpondet: ſi Dii ita uoluere: potius nos fulminibus occidant: q̃ mutuis uulneribus pereamus. Collapſus in ignes: nam æther cæleſtis ignis eſt: αἰθὴρ enim ab αἴθω ardeo dicitur: quia elementũ illud ſemper ardet. Sæue parens: & antequam nocentes fiant: fulmine inquit omnes perde: ac ſi dicat: Satius eſt nobis perire innocentibus: q̃ noſtro ipſi ſanguine maculati uideamur meruiſſe. Sæue: uel magne: uel crudelis. Feri: percute. Dum nondum: dum adhuc ſunt innocentes: & ſanguinem nondum inuicem fudere. Tanto ne nouorum: nunquid hoc permittendum fuit o ſuperi: ut duces tanto ſcelere quærerent: uter eorum imperaret. Eſt autem argumentum ualidiſſimum: nam hoc dicit: q Romani bellum ciuile gerant: ut uel Cæſar: uel Pompeius imperet eſt iniquum: & nefarium. At uero ſi bellum gereretur pro libertate: ut neuter eorum imperaret: æquum eſſet: ſed tamen: nec pro libertate quidem tantum bellum fieri deberet: quanto minus pro ſeruitute licet. Prouentu ſcelerum: ideſt acceſſione ſcelerum. Vix tanti: ideſt uix cauſa erat: ut bella iſta tanto furore concitarentur: ad hoc: ut neuter imperaret: ſed libertas ſeruaretur. Talis peritura pietas: quia paulo poſt pietatem belli habebunt nullam: cum partes ſequentur: omiſſa pietate: bellum ſumma libidine gerent: ergo pietas peribit. At miſeros: ſeniores dolebant: q tandiu uiuerent: ut cogerentur ſecundum bellum ciuile uidere: nam primum uiderant inter Syllam & Marium. Fata uiuacia: ideſt uitam ſuam nimium diuturnam. Grauis ſenectæ: quæ ipſis moleſtiore eſſe cœperat. Seruatoſque: ſic Euander Virgilianus: Tuque o ſanctiſſima coniux: Felix morte tua: neque in hunc ſeruata dolorem. Contra ego uiuendo uici mea fata ſuperſtes. Atque aliquis magno: nunc per comparationem oſtendit ipſos: cæteris miſeriores eſſe: nam etſi prçterito tempore bellum gerebatur a Mario & Sylla: tamen ſi bellum illud cum iſto compararetur: multo illud hoc inferius eſſe uidebitur: quo tempore inquit Marius exul urbe pulſus in Minturnenſibus paludibus latuit: eadem mala parabantur: quæ nunc nobis imminent. Aliquis: ſcilicet e Romanis ſenioribus. Exempla quærens: ideſt cogitans: nunquid antea tale aliquid populus Romanus meminiſſet. Alios motus: q̃ tempore noſtro. Cum poſt Teutonicos: Marius poſt debellatum Iugurtham cum rediſſet Romam: & triumphus uniuerſi ſenatus decreto ei concederetur: fama ſubito superuenit: inſtare Cimbros: Gallos: Senones: Teutones: quos rumor ita uulgauerat: deſeruiſſe regiones ſuas: animo cum liberis: & uxoribus ut Italiam occuparent: & pulſis Romanis: ipſi imperium tenerent: & quẽadmodum eſt apud Plutarchum. xxx. Myriades fuere: una quæq; myrias decem millia hominum tenet. Marius cum maxima lætitia

ma lætitia ſuſceptus eſt: non tantum propter uictoriam ex Numidia partam:q̃tum φ in tempore ueniſſe uidebatur:ut tanto malo ſolus reſiſteret:neq; alius eſſe uidebatur idoneus: qui hoc tantum bellum ſuſciperet. Ille ergo continuo factus eſt conſul:& quod raro contingit iuſſus eſt conſulatum continuare: duxit igitur exercitum aduerſus hoſtes:primo quidem eos uicit haud procul ab Atheſi flumine:deinde alter conſul Catulus: cum oppoſitus eſſet Cimbris:nam ipſe Teutones uicerat: in loca tutiora ſe recepit: ueritus non poſſe uim tantam hoſtium ſuſtinere:& cum uictor Marius lætitiam cum uniuerſo exercitu ageret:rumor uenit Catulum cum ſuis ab hoſtibus fuſum eſſe: tunc perturbata non nihil eſt lætitia Marii: & militum ſuorum: ſed tamen ſumpto animo ſe cũ exercitu ad Catulum recepit:quem inuenit ſe in locis tutioribus tueri:nullam tamen cladem ab hoſtibus recepiſſe. Collectis igitur exercitibus aduerſus hoſtes pugnandi occaſionem expectat. Hic cum ſæpe equitum caſtris hoſtes per ludibria inſultarent:ut cogerent Romanos e uallo exire: & romanam illam fortitudinem oſtende.e: Marius ſe continebat. Tandem legati miſſi ſunt a Cimbris: qui peterent a Mario: & populo Romano ſibi terræ tantum dari:ut urbem condere poſſent:& in Italia habitare: cui legationi Marius reſpõdit ita: uos terram tantummodo petitis uobis:at uero ſociis ueſtris nunquid non prouiſum eſſe uultis. Nobis inquiunt tantummodo: tunc cæteri quidem riſum tenere non potuerunt: cum hoc audiſſet Marius: recte inquit facitis: φ ſociis ueſtris terram non petitis:nam terram habent nunq̃ amiſſuri. Tunc legati intellexerunt:quid Marius diceret:& illi quaſi non crederent:minati ſunt multis contumeliis:Marium pœnas daturum:& ne unquam Marium mentiri exiſtimarent: teſtimonium rei facere uoluit:iuſſit enim reges Teutonicos ad ſe duci: quos in uincula captiuos habebat:quos cum cathenis uinctos uidiſſent:tũc in maximos eiulatus cõuerſi ſunt:& ſe ad pugnam crudeliter apparabãt:ut appareret nunq̃ deſcẽdiſſe in bellum:& arma uenturos:Marius cenſuit differendũ: donec intercepta occaſione tẽporis pugnarent:& ſimiliter uicti ſunt Cimbri omnes. mulieres autem ne in poteſtatẽ hoſtium ocnirent:aliæ uiros uulneratos occiderũt:aliæ parẽtes:aliæ filios:deinde ſe curribus ſuſpẽderũt:aliæ autẽ ſe pedibus equorum laqueis nectebant:& ipſos equos ad curſum incitabãt:quo facto ad unum omnes cõſumptæ ſunt mulieres:ſed tamẽ in poteſtate hoſtiũ ſex millia uenerũt. Poſt hanc uictoriã ſpecioſum triũphum de hoſtibus egit:& alter Catulus collega Marii cũ exultatione triũphauit. Poſt aliquot annos Marius cũ pacem pati nõ poſſet:conſul egit ut ſibi prouincia Mithridatis demãdaretur:quã ante conſul alter Sylla ſortitus fuerat:& cũ Sulpitius tribunus plebis legem tuliſſet de prouincia demãdanda Mario:exorta eſt cõtentio in foro:& Qu. Põpeius alter cõſul collega Syllæ:maxima ui reſiſtebat: ne illa lex cõſumaretur:quod diceret prouinciã datã eſſe Syllæ:ſed cõfirmata tandẽ lege:ut prouincia demandaret Mario:miſit legatũ Gratidium:qui exercitũ a Sylla acciperet:ſed legatus ille a militibus occiſus eſt:Sylla:ubi uidit contra leges ſibi prouinciã arripi:& nulla ſeruata conſuetudine: iniuriam ſibi fieri:cũ exercitu maximo Romam uenit. Marius metuens:ne reſiſtere poſſet Syllæ:qui cum tanto exercitu uenerat:clam ex urbe fugit. Vrbem ingreſſus eſt Sylla:& omnes:qui aduerſi fuerãt occidit. deinde conuocato ſenatu:retulit in ſenatum:ut hoſtis patriæ iudicaretur Marius: & ſenatuſcõſultũ factũ eſt: ut mitterẽtur interfectores:qui Mariũ occiderẽt. Marius Minturnas ſe receperat: qui cum audiſſet interfectores adeſſe: diuertit apud quendã paſtorem:cumq; rogauit:ut ſe in abdito loco poneret:ut periculũ effugeret:qd' ſi opera ſua cõtigiſſet:pollicebatur illi ingentia præmia aliq̃ñ daturum. paſtor metuens illum domi ſuæ tenere: traduxit in ſolitudinem: & ipſum in paludibus deliteſcere iuſſit:idemq; retulit ſe nulli indicaturũ:interfectores cum inueſtigarẽt eum:& audiſſẽt apud paludes diuertiſſe:ad eum uenere: nunc promiſſis:nũc minis: tãdem paſtorem illum coegerunt:ut ſibi latebras oſtenderet. Ad quem cũ ueniſſent:ipſum paludibus:& cœno oblitum eduxerunt:& interficiendũ Minturnẽſibus tradiderũt. Marius igitur in carcerẽ:& in uincula cõiectus eſt: deinde cuidã Cimbro negocium demãdatũ eſt:ut Marium occideret. Cimber ille: ut carcerem ingreſſus eſt: quaſi ulciſci uellet gentẽ ſuam: quã Marius deleuerat:bipẽni inſtructus:cũ ad Mariũ ueniſſet:ſtatim lux maxima oculis oborta eſt: & maieſtate illius perterritus eſt;ſicut ipſe dicebat:uox audita eſt:quæ illũ a cæde Marii arceret. Ille ergo Cimber maxĩa dubitatiõe carcerẽ egreſſus:magna uoce dixit: nõ poſſum interficere Mariũ: Mariũ interficere nõ poſſum. Vnde ab illis ſtatim Minturnẽſibus: audito clamore: e uinculis eduxerũt Mariũ: illiq; optionẽ fecerũt eundi:quo uellet: ac ſe paratos auxiliũ præſtare fugæ. Cũ uero Marius cõſideraret:qdnã potiſſimũ faceret. Ecce uidit aſellũ ſubiectũ ſibi pabulũ relinquere: & celeritate maxima ad aq̃ cõfugere:tunc Marius periſſimus auguriorũ intellexit: ſalutẽ ſuam in mari poſitã eſſe:unde nauiculã aſcẽdit:& Carthaginẽ profectus in Africã:cui a Sextilio: qui præerat Africæ:iubetur ſe continere a regionibus ſuis:quas ipſe teneret. Interea Romæ ſeditio oritur inter conſules: Octauiũ & Cinnã. Lucius Cornelius Cinna cũ leges proſterneret:& pnim & arma oĩa faceret: a cõſule Octauio urbe pulſus:ille corruptiõe Appii Claudii exercitũ in poteſtatẽ redegit. Marius uero audiẽs in Africa milites collegit:ubi erat Sertorius:& Cneus Carbo:q ingenti multitudine uenerãt paſtorũ:cõuenarũ:& huiuſmodi generis hominũ:& ingenti exercito urbẽ Romã inuaſere:ſed anteq̃ Romã uenirẽt hoſtes: urbẽ Romanã expugnatione diripiũt:deinde ad Ianiculũ oppidũ profecti:cũ iſtud expugnarẽt:a conſule Octauio pulſi fugantur:Marius tres colonias Antiũ: Aritiã Lauiniũ expugnauit. Optimates cũ ſpem nullã reſiſtẽdi haberẽt: pigritia militũ: qui pugnare nolebãt corrupti:recepti ſunt in urbem quatuor exercitus:quoq; duo inter Sertorium & Cn. Carbonem dati ſunt:ingreſſi urbem cam ferro:& rapinis uaſtauerũt:multi nobiles cõtrariæ partis a Mario fuerunt occiſi:in primis Octauius cõſul: Antonius uir cõſularis:& eloquẽtiſſimus orator obtruncatus eſt: cuius caput Marii mẽſis expolitũ fuit L. Cæſaris oratoris caput roſtris ſuſpenſum eſt. Tunc Acharius:quia ſalutare Mariũ noluit: ipſe inſpectãte Mario occiſus eſt. Alii oẽs itidẽ fecerũt: nam Marius ſignũ militibus ſuis dederat:uti oẽs occurrẽtes: quos ipſe nõ ſalutaret:aut quoq; ſaluti nõ reſpõderet:in uiis necarẽt. Numitorius: Bebius per mediũ forum lacerati:carnificũ uncis tracti ſunt:ipſe quoq; Quintus Maxius põtifex Scæuola:p cõparationẽ igit' oſtẽdere uoluit mala inſtantia grauiora ferret q̃ Marii:& Syllæ ciuilis fuerit rabies. Teutonicos: qa primo Teutonicos & Cimbros uicit Marius. Libycoſq; triũphos:qa Iugurthã Numidiæ regẽ captiuũ in triũphum duxit. Que:p ideſt.

SVLPI-TIVS ¶ Auidi: Bibuli. Laxę: lentæ: quæ nõ fluunt: uel lapſæ: q̃ fluxérũt. Depoſitũ tuum: illic enim ipſum ſeruaſti. Eſt autẽ Depoſitum res: quæ ad tẽpus cuſtodienda: ſeruandaq; tradiť: ea conditione: ut reſtituatur. Exedere: at-
Depoſi-tum triuere. Senẽ: Marium ſexagenariũ. Pædor: fœtor: & putredo: dictũ a pædibus uermiculis: quorũ diminuti-uum pædiculi. Conſul: uidelicet ſeptimũ. Moriturus felix: quia ultus: & ſponte deceſſit: atq; (ut ait Valerius) ſi eum inter miſeros poſueris: miſerrimus. ſi inter felices: feliciſſimus reperietur. Euerſa: deleta cædibus: quas fecit in reditu. Pœnas ante dabat: ante pœnas patiebatur q̃ ſcelera cõmiſiſſet. Mors ipſa refugit: refugere ui-ſa ẽ: q̃a nec ab inimicis: nec ab incõmodo paludis: & carceris cõfici potuit.

Stagna auidi texere ſoli: laxæq; paludes
Depoſitum fortuna tuũ. mox uincula ferri
Exedere ſenem: longuſq; in carcere pædor.
Conſul & euerſa felix moriturus in urbe
Pœnas ante dabat ſcelerũ: mors ipſa refugit
Sæpe uirũ: fruſtraq; hoſti ẽ cõceſſa poteſtas
Sanguinis inuiſi: primo qui cædis in ictu
Diriguit: ferrumq; manu torpente remiſit.
Viderat imenſam tenebroſo in carcere lucẽ:
Terribileſq; Deos ſcelerũ: Mariũq; futurũ:
Audieratq; pauens: fas hæc cõtigere nõ eſt
Colla tibi: debet multas hic legibus æui
Ante ſuam: mortes. uanũ depone furorem.
Si libet ulciſci deletæ funera gentis:
Hunc Cimbri ſeruate ſenem. nõn ille fauore
Numinis: ingẽti ſuperum protectus ab ira.
Vir ferus: & Romam cupienti perdere fato
Sufficiens. idem pelago delatus iniquo
Hoſtilem ĩ terrã: uacuiſq; mapalibus actus

Fruſtraq; hoſti: Cimber q̃dã publicus Minturnẽſiũ carnifex Galata noie: ad Mariũ pcutiẽdũ immiſſus: cum primum carcerẽ eſt ingreſſus: Marii oculis igneo ſplendore micãtibus: trepidare cœpit: mox Marius cũ e lecto ſurrexiſſet: inclamaſſetq;: C. Mariũ occidere audes: ille inſanienti ſimilis egreſſus eſt: clamãs, Ego C. Mariũ occidere nequeo. Hac de cã ſuperſtitiõe q̃dam ducti Minturnẽſes: eũ carcere liberauerũt. Cũq; aduerteret Marius aſellũ pabulũ obiectũ negligere: & ad aquam percurrere: auguriũ capiens: orauit amicos: ut ad mare adduceret: ubi piſcatoriã nauiculã nactus: nauigauit in Aſricã ex Appiano & Valerio Maxi. Di-
Torpe-do quid riguit: cũ ſtupore contractus eſt. Torpẽte: rigẽte. Tor-
Torpor pedo piſcis eſt: cuius tactu membra hebetãtur: & rigẽt: inde fit Torpor pigritia: & torpeo uerbũ pigreo. Terribiles Deos: furias. uſuſq; eſt genere maſculino ſecũdũ Orphei: & alioꝝ ſententiã: qui dicunt utrũq; Diis ſexũ ineſſe: ſic Vir. de Venere intelligẽs: Deſcẽdo, ac ducẽte Deo: & alibi de Iunone Allecto loquẽs ait: Nec dextræ erranti Deus abfuit. & Tibulus: Qui Veneris magni uiolaui numina uerbo. & Caluus: Pollentẽq; Deum Venerem. Mariũ: emphaſim habet: ideſt crudelem: & ſceleratum. Audierat: audire uiſus fuerat: nã exiſtimabant Galatã occurſu cuiuſdã Dæmonis territum. Legibus æui: morti: q̃ lex æui eſt. Furorẽ: cupiditatẽ interimẽdi Marium. Funera gẽtis: ueſtrorũ exercituum cædẽ.

Seruate hũc: nã nõ minus ſæuiet in Rõanos: q̃ in uos olim. Nõ ille: Mariũ inq̃t nõ cõſeruauit Deorũ benigni-
Mapa-lia in tas: ſed ira ipſorũ in Rõanos: quos quia decreuerãt pdere: hũc efferũ elegerũt: qui eſſet eorũ uoluntati ſatiſfactu-
quo a rus. Protectus: nam cum per deuia iret: ad mare arripuit. ſub ſolus laitans perſequentes euaſit. Ferus: ſupple
magali-bus diſ- fuit. Iniquo pelago: non tranquillo. Nã inſurgente tẽpeſtate: perfracto gubernaculo: uela uentis: quo ſors eum
ferant duceret: permiſit. Hoſtilem in terrã: prohibitus. n. Libyę ingreſſu: ueluti hoſtis a Sextio p̃tore in mari hyemẽ p-
OMNI ferre coactus eſt: paulo ſupra Libyẽ inter Numidarũ mõtes nõ lõge a q̃bus: annis ſuperioribus in Iugurthã: Numi-
BON. daſq; ipſe pugnauerat. Actus mapalibus uacuis: agitatus per domos paſtorum deſertas. Mapalia: & magalia
Pædor paſtoꝝ caſæ lingua Punica appellantur: in hocq; ſolo differũt: q; mapalia primam corripit: magalia producit.
quid ¶ Auidi ſoli. i. ſorbẽtis terræ. Fortuna: q̃a fortuna uolebat tãtiſper ſeruari icolumẽ Mariũ: ut malorũ cã foret.

Mox uicula: hũc. n. Marius in carcerẽ: & uicula cõiectus ẽ. Exedere: q̃a ferrea uicula corroxere mẽbra. Senẽ. i. Mariũ cathenatũ: nã ſexagĩta annos natus erat. Lõgus pæ. q̃a q̃diu fuit in carcere: imũdicia & ſquallore obſitus erat. Pædor eſt ſitus & ſordes: q̃ in opacis enaſciť locis & ĩ mẽbris nexorũ: diciť a pæde: qđ pędiculũ ſignificat: an potius a οϕσιτοθιλιτ Torpuer: quoniã pueri a ſordibus neſciũt abſtinere. Cõſul & euerſa: Marius in carcerẽ cõiectus eſt: mox cõſul futurus: & ĩ ſumma felicitate moriturus uicta Roma. Pœnas ante dabat. i. anteq̃ ſcelera committeret: pœnas ſcelerũ dabat Marius. Refugit uirũ. i. Mariũ: nã in Minturnis paludibus latuit: quẽ etiã hoſtis Cimber expauit occidere. Hoſti. i. uni ex Cimbris cõceſſa poteſtas occidẽdi Mariũ. Diriguit: cõtractus & debilis factus ẽ. Torpẽte: lãguẽte manu: q̃a ferire nõ poterat Mariũ. Viderat: ratio eſt: uidere. n. ſe exiſtimabat immenſam lucẽ. Terribileſq; Deos ſcelerum: per Deos ſignificat furias: unde græce oxal dtoσ dicuntur Dii qui habent utrũq; ſexũ: ut Vir. de Venere: Deſcẽdo: ac ducẽte deo. i. Venere: q̃a nõ diſcernitur ſexus in Diis: hinc eſt qđ dicunt oxal dtoσ. Deos igiť ſcelerũ. i. furias uidit: Megærã: Tiſiphonẽ: Alecto. Mariumq; futurum nõ qualis erat in carcere: ſed qualis eſſet futurus. Debet multas mor. ideſt auctor erit multarum cædium anteq̃ ipſe moriatur. Legibus æui: ideſt fatis. Ante ſuam. ſ. mortẽ. Depone: o Cimber. Vanum furorẽ. ideſt nihil nociturũ Mario. Seruate ſenẽ: uobis o Cimbri ſatius eſt: ut ſeruetis incolumẽ Mariũ: quia ultor erit ueſtrorũ maloꝝ: multis. n. cladibus Romã capiet: & ſic malorũ ueſtrorum fuiſſe ultor uidebitur. Si libet ulciſci. ſ. uobis Cimbris placet habere ultorem: ſeruate Mariũ. Deletæ gentis: Cimbricæ ab ipſo Mario conſumptæ. Non ille fauore: nõ eſt ideo ſeruatus Marius: q; Romæ fauerẽt numina: ſed quia Romanis erãt irati Dii: ideo ſeruatus eſt ad ciuiũ perniciẽ. Vir ferus: Marius immitis: & truculẽtus. Sufficiẽs fato: hic unus erat: qui ſufficere poſſet uoluntatibus Deorũ: qui Romã perdere cupiebãt. Idem. ſ. Marius. Iniquo pelago: pelagus iniquũ appellauit: q; nõ obruerit Mariũ: qui cauſa malorum fuit. Hoſtilẽ in terrã: Africam bello ſubiugauit: & Iugurthã uictũ in triumphum duxit. Vacuis mapalibus: ideſt quæ ipſe uacua: & deſerta fecerat. Mapalia caſæ ſunt paſtorales.

¶ Iacuit

¶ Iacuit: quia inhonoratus: ſpretus: & infrequens. Nuda: hominibus uacua pp cædes illic ab ipſo factas: & agros late uaſtatos. Triumphati: de quo triumphauerat. Iugurthæ: filii Micipſæ: nepotis Maſtabalis: cuius bellū Saluſtius ſcribit. Et pœnos preſſit cineres: fertur Marius deletæ Carthaginis ſpelūcā quādā habitaſſe: ut Plutarchus: & Seneca meminere: & ideo ait eum ruinas Carthaginis calcaſſe. Tulit ſolatia fati: accepit ſolamē ſuæ aduerſitatis. Nam Carthago cernēs Marium ex tanta felicitate in tātam miſeriā cecidiſſe ſe ſolabatur: & Marius potētiſſimæ urbis ruinas aſpiciens æquiore animo aduerſam fortunā ferebat: minuſq; Deos incuſabat: & ipſis iraſcebatur. SVLPITIVS

Nuda triūphati iacuit per regna Iugurthæ:
Et Pœnos preſſit cineres: ſolatia fati
Carthago: Mariuſq; tulit: paritérq; iacentes
Ignouere Deis: Libycas ſibi colligit iras:
Vt primum fortuna redit. ſeruilia ſoluit
Agmina: conflato ſæuas ergaſtula ferro
Exeruere manus: nulli geſtanda dabantur
Signa ducis: niſi qui ſcelerū iā fecerat uſum:
Attuleratq; in caſtra nefas. proh fata quis ille:
Quis fuit ille dies: Marius quo mœnia uictor
Corripuit? quantoq; gradu mors ſæua cucurrit?
Nobilitas cū plebe perit: lateq; uagatur
Enſis: & a nullo reuocatū eſt pectore ferrū.
Stat cruor in templis: multaq; rubētia cæde
Lubrica ſaxa madent: nulli ſua profuit ætas.
Non ſenis extremū piguit uergētibus annis
Præcipitaſſe diem: nec primo in limine uitæ
Infantis miſeri naſcentia rumpere fata.

Libycas: barbaras: & efferas: quales habent Afri. Redit fortuna: proſpera quippe. Cor. Cinna cōſul de Mario: & iis: quos Senatus hoſtes iudicauerat: Gn. Octauio collega aduerſante: referret ad populum: tincta eſt ſanguine cōcio: & Cinna patria profugus ad partes fugit: Mariūq; cū ſuis ab Africa reuocauit. Qui etiā ſeruis ad libertatē uocatis & ſolutis ergaſtulis: confecit exercitum. Ergaſtula ſunt loca clauſa: & officinæ ubi ſerui: uel damnati operari coguntur. Ergaſtuli uero perſonæ ipſæ: dicunturq; ab ἐργάζομαι: quod eſt operor. Cōflato ferro: diſſolutis cathenis: & uerſis in arma. Exeruere: liberauere. Nulla geſtanda dabantur: nemo inquit Marii ſignifer eſſe poterat: aut alicuius apud eū poteſtatis: niſi ſcelere aliquo inſigni ſe maculaſſet. Proh fata: exclamatio præ rei immanitate. Quo mœnia uictor: cū Romā ingreſſus eſt. Nā (ut Florus habet) Hoſtiā primū diripuit: & (ut Appianus) Lauinium: Ariciā: & Antium cepit. Mox in urbem triplici agmine intrauit. Sed Florus quadruplici inquit. Diuiſere copias: Cinna: Marius: Carbo: Sertorius. Hic poſtq̄ omnis manus Octauii depulſa Ianiculo eſt: ſtatim ad principum cædem: ſigno dato: aliq̄to ſæuius q̄ aut in Punica aut in Cimbrica urbe ſæuitur. C. Octauii conſulis caput pro roſtris exponitur: Antonii cōſulares in Marii ipſius menſis cæſi a Fimbria: in penatibus domorū ſuarum trucidātur Caſſii pater & filius in mutuo alter alterius aſpectu. Ergaſtula quæ

Quanto gradu: quanta celeritate: crudelitatiſq; magnitudine. Nobilitas: nobiles. A nullo reuocatum eſt pectore ferrū: nulli pepercere: ne iis quidem: qui ad templa Deum: ſtatuaſq; confugerant. Lubrica ſaxa: pauimenta: & ſtrata marmorea: in quibus propter ſanguinem nullus conſiſtere poterat. Vergentibus: ad mortem ſe inclinantibus. Præcipitaſſe: abrupiſſe. Primo limine: ipſo ortu: & principio. Fata: ſortem uitæ.

¶ Nuda regna: nanq; debellata Africa: deſertos agros fecerat. Pœnos preſſit cineres. i. ſepulchra: & cadauera Numidarū calcauit: quos ipſe occiderat. Solatia fati: uiciſſim utrumq; miſeria & ruina alterius cōſolabatur: quia Mariū cōſolabatur ruina Carthaginis: & miſeria Marii Carthaginē. Carthago. n. euerſa: & ipſe Marius ad extremā miſeriā redacti fuerāt. Ignouere Deis: nolo indignari dicebat Marius: ſi ad extremā miſeriā redactus ſum: cum uideā Carthaginē in tantū excidiū deueniſſe. Et Carthago dicit: nō iraſcor: cū uideā meū hoſtē ad hāc deſcēdiſſe calamitatē. Colligit iras Libycas. i. iras quales habuit: cū Libyā bello ſubegit. Fortuna. ſ. ſecūda: q̄ interea a Mario diſceſſerat: cū primum rediit. Soluit ſeruilia ag. quia Cinna pulſus a collega ſuo Octauio cōſule exercitū Appii Claudii corruptū in poteſtatē ſuā redegit: & Mariū exulē cū cæteris exulibus ex Africa acciuit in Italiam. OMNI BON.

Exeruere: liberauere: & nudauere. Ergaſtula: ergaſtulū erat locus: ad quē mittebantur ſerui fugitiui: ut operas ſuas compediti dominis abſoluerent: nam ἔργον opus στέλλω mitto: ſed poſuit hic pro ſeruis cathenatis. Ferro conflato: nā cathenæ ergaſtuli conflatæ ſunt gladios. Ducis. I. Marii. Nulli. id eſt nullius geſtabat uexilla Marii: niſi qui in malorū: & ſcelerum cōſuetudine uerſatus eſſet. Nefas in caſtra: uel parricidium: uel latrocinium: uel proditiones. Proh fata: per exclamationē cōmiſeratur tēpora: quibus a Mario capta eſt ciuitas Romana. Quis: non interrogantis: ſed obſtupeſcētis eſt. Quis fuit ille dies. i. q̄ pernitioſus: & teter. Victor. ſ. Syllæ. Corripuit mœnia: nam (ut dictum eſt) quatuor exercitus: quorum duo dati ſunt Cneo Carboni: & Q. Sertorio inuaſere Italiam: & prima expugnatione hoſtium ciuitatē Ro. diripiunt: deinde ad Ianicum ueniunt: ubi ab Octauio conſule pulſi fugantur. Sed Marius iam tres colonias expugnabat: ſcilicet Lauinium: Antium: & Ariciam: optimates uero: quia ſpem amiſerant: poſſe reſiſtere tantis exercitibus: uel ſua: uel pigritia militū pugnare nolebāt. Marius & Cinna recepti ſunt in urbem: quā captā cædibus atq; rapinis uaſtauere. Gradu. i. celeritate.

Nobilitas cū ple. pe. quia nullis parcebāt aduerſæ partis ciuibus: ſiue nobiles: ſiue ignobiles eſſent. Et a nullo re. quia quicūq; obuiam fierent: omnes occidebātur. Stat cruor in templis: nō proderāt etiam tēpla illis. Nā mos eſt: ut qui ad templa Deorū cōfugiūt: tuti ſint: ſed tunc illis nō proderāt tēpla. Lubrica ſaxa: quibus ſtrata erāt pauimēta templorū. Madēt. ſ. ſanguine. Nulli ſua profuit ætas: nulli inquit parcebāt: uel plebei: uel nobiles: uel mares: ſ. fœminæ: an ſenes: ſiue iuuenes: ſiue pueri: an infantes fuiſſent. Piguit. i. non graue fuit militibus Marianis occidere ſenes: qui ad extremum diem uenerāt. Præcipitaſſe: acceleraſſe. Annis uergētibus: declināitibus in ſeniū: & decrepitā ætatē. Non. ſ. piguit occidere infantē paulo ante natū: quod eſt miſerrimū calamitatis genus. Primo limine: primo ingreſſu: quia uix natus erat. Fata. ſ. fila Parcarū: quæ uix cœperant ducere fila infanti.

SVLPITIVS ℭ Crimine:ab innocētia:& ætate cōmiſeratio. Poſſe mori: qa partiū aduerſa℞. Trahit ipſe furoris: auiditate occidendi tracti milites mariani non quærebant nocētes:& inimicos:ſed quēcunq̨ obuiū trucidabant. Viſum lenti:uidebatur eſſe ſegnis:inertiſq̨ militis. In numerū:per ordinē:ut occurrebant:uel in numerū:hoc eſt: ut ingens numerus cōficeret. Cruētus: crudelis. Ab ignota ceruice:ignotis etiā capita amputabāt:ut haberēt: quod oſtenderent Mario:& quo ſe fortiter egiſſe teſtarētur. Spes una ſalutis: conſtituerat & indixerat Marius: ut quos ipſe non ſalutaret:quibuſq̨ ſalutantibus non reſponderet milites interimerent:dederat & aliud ſignū: ut quibus ipſe manum oſculādam præberet:parcerent:

Crímine quo parui cædē potuere mereri?
Sed ſatis eſt iā poſſe mori.trahit ipſe furoris
Impetus:& uiſum eſt lenti:quæſiſſe nocētē.
In numerū pars magna perit:rapuitq̨ cruētus
Victor ab ignota uultus ceruice reciſos:
Dū uacua pudet ire manu: ſpes una ſalutis
Oſcula pollutæ fixiſſe trementia dextræ:
Mille licet gladii mortis noua ſigna ſeq̄tur.
Degener o populus:uix ſæcula lōga decorū
Sic meruiſſe uiris:ne dū breue dedecus & ui:
Et uitam:dum Sylla redit:cui funera uulgi
Flere uacet? uix te ſparſū per uiſcera Bebi
Innumeras intercarpentis mēbra coronæ
Diſcerpiſſe manus:aut te præſage malorū

hinc Qu. Acharius : ipſo Mario uidente : confoſſus eſt: qa fatale illā manū nō porrexerat ſalutāti. Hic Achari⁹ i Capitolio ſacra facto℞ Mariū adiit:ut facilius ueniā i petraret. Ille tamen:q̄q̄ ichoato ſacrificio appellātē:ab aſtātibus iuſſit iterfici: Appian⁹ & Florus auctores ſūt.

Pollutæ ; maculatæ crudelitate. Mille licet : eos arguit:qui tā turpi oſculo uitā breui duraturā redimebāt: nā ſtatim:ut Sylla rediret:eēt ipſos iterēpturus. Noua ſigna mortis:Mariū dātē ſigna cædis ; q̄ diximus. Vix deco℞:honeſtū. Melius eſt.n. honeſte mori q̄ turpiter uiuere. Breue dedecus:ignominioſam:breuemq̨ uitā.

Fœdera.ſ.mrimonii. Sacris.i.nuptiarũ. Deos t.de antiquo more hoc tractũ ẽ a poeta:nã i nuptiis Thalaſſius iuocabaẽ:q græce υμεναιος dr:hiſtoriã & cãs ponũt Liu.& Plu. Infula.ſ.lanæ:nã noui ſpõſi ianuã frõdibus & lauro coronabãt:cãdida faſcia lanea itercurrẽte.Iuue.Ornenẽ poſtes & grãdi ianua lauro. Legitimæ fa.q̃.v ſm leges multis rõnibus erãt:uel q; ipar nũerus:ſicut i pleriſq; melior ẽ:ita i nuptiis.par uero nũerus iteruualla ſuſcipit:& paritas repugnat & aduerſaẽ:uerbi cã quatuor repugnat iteruallũ iter duo & duo:& pitas aduerſaẽ: q̃a qđ primi duo ſunt:totidẽ & reliq:& i hac pte duo:i illa duo:ergo repugnat.ipar nũerus oĩno ſcindi nõ põt:& ſi diuidaẽ aliq̃d cõe utriq; relinq̃ẽ:ut y.ſi diuidaẽ duo & duo unũ reliq̃ẽ:q utriq; cõiũgeẽ:ita ſignat nõ poſſe diuidi uirũ ab uxore:tãq̃ maſculus cũ fœmina miſceaẽ:uir p numerũ trinariũ:fœmina p binariũ.Nã uir ẽ pfectior muliere:ſic triarius nũerus ẽ pfectior binario:maſculus.n.ẽ nũer9 triari9:mulier uero binarius:nã triarius nũerus eſt pfectior biario:i quo cõſtat pricipiũ mediũ & finis:biari9 uero ex pricipio & fine cõſtat:iõ.y.faces iterérãt nuptiis. Vel alia rõ:q̃a cũ ſignũ ſit pariẽdi:nõ pt mulier plus.y.nũero:uno,eodẽq; ptu nãlr pere:poſtrẽo ẽt q̃nq; deos pcari ſolebãt:& eos iuocabãt iq cõnubio cõiũgebaẽ.ſ.Iouẽ adultũ:Iuno,adultã:Venerẽ & Dianã i primis:quã ad pt9 auxiliũ mulieres uocabãt:un̄ Ter.Iuno Lucia fer opẽ. Gradib9 e.nõ hẽbat lecticã ex ebore. Accliuis:iclinat9.

SVLPI TIVS ℂVeſtes:ſtragula. Diſcriminat:diuidit:& uariat limbis:& lineis aureis. Matrona:q̃ nuptã ſuſcipiens corona ret: phiberetq́ limẽ calcare. Turrita:turriculis ĩſurgẽs:& ornata. Vetuit:nuptã:legiť ẽt uittãt. nã exẽplo quo dã ſpõſam uittare docebat. Planta:pede ultra exporrecto:qđ qdẽ ea rõne Plu. fieri tradit:qa q primas mulieres rapuerũt:ſic eas domibus ĩtulerũt:nõ ĩgreſſæ ſunt.an qa eo iuitæ ĩgredi uideri uolũt:ubi pudicitiã ſunt amiſſuræ.an id argumẽto ẽ:ipſas:nõ ſpõte:ſed coactas domo egreſſas fuiſſe.Ser.ex Var.dicit:iõ nuptas limẽ nõ tãgere: ne a ſacrilegio ĩchoarẽt:ſi depoſituræ uirginitatẽ:calcẽt rẽ Veſtæ.i.numini caſtiſſimo cõſecratã. Solebat pterea noua nupta lupino adipe poſtes mariti ungere:ne quid mali medicamẽti ĩſerreť.ut Pli.ait.Solebat & mariti coma haſta diſcriminari:ſolebat & nuces ſpargere tãquã puerilibus rebus renũcians. Cingulumq́ nouæ nuptæ ex lana ouis herculaneo nodo ligatũ uxori diſſoluebat ominis gratia:qđ Herculanus.lxx.liberos reliqſſet: ut auctor eſt Feſtus.Iungebanť aũt in tenebris uerecũdiæ præſertim cã ſeruandæ:auctore Plutar. Non timidũ: non uelauit ſe flãmeo.

Stat torus: & picto ueſtes diſcriminat auro:
Turritaq́ premens frontẽ matrona corona
Tralata uetuit contingere limina planta.
Nõ timidũ nuptæ leuiter tectura pudorem
Lutea demiſſos uelarunt flammea uultus:
Balteus haud fluxos gẽmis aſtrixit amictus:
Colla monile decẽs:hũeriſq́ hærẽtia primis
Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.
Sic:ut erat mœſti ſeruans lugubria cultus:
Q uoq́mõ natos:hoc eſt amplexa maritum.
Obſita funerea cælatur purpura lana.
Non ſoilti luſere ſales:nec more Sabino
Excepit triſtis conuitia feſta maritus.
Pignora nulla domus: nulli coiere propinq.
Iunguntur taciti:contentiq́ auſpice Bruto.

Flãmeũ quid Flãmeo.n.amiciť nubens omnis boni rã quod eo aſſidue utebať Flãminica.i.Flamminis uxor:cui non licebat facere diuortiũ.Erat autẽ flãmeũ uelũ coloris flãmæ. Lutea:luteus color eſt ruſſus dilutior:ut inqt Gellius. Pudorẽ timidum:ruborẽ:quẽ trahit ex uerecundia miſta timiditate. Demiſſos:ĩclinatos:& uerecũdos. Balteus:zona bullis & gẽmis ornata:qua ptioſam ueſtẽ incingũt. Monile:colli ornamẽtũ. Suppara:ſupparus(ut ait Feſtus)eſt ueſti-

Supparus qd mẽtũ puellare lineũ:quod ſubocula.i.camiſia,dť. Afranius dixit:Puella non ſum:ſupparos ſi induta ſum.Nonius tradit:ſupparũ eẽ linteum femorale uſq́ ad talos pẽdens:dictum q̧ ſubtus appareat.Poeta tñ per ſuppara indicat maniculas:q̃ a ſummo humero ad imũ brachium anguſte pducunť. Hęrentia humeris:q̃ inhærent:& apparent in humerorũ ſummitate. Anguſta:ſtricta. Cingunt:circũdant. Nudatos:ſeminudos: quia anguſta. Lugubria mœſti cultus: luctum & ſqualorẽ: erat.n. ſordidata: & pullata quoq́ modo eadem pietate: & integritate. Purpura:ueſtis purpurea. Obſita:circundata. Terẽ. Annis:panniſq́ obſitus. Sales ſoliti:ridicula dicteria:q̃ dici in nuptiis ſolẽt. More Sabino:more feſcẽnino:feſcẽnini.n.uerſus canebanť in nuptiis ex urbe Feſcẽnina allati.q̃ a Sabinis trahebant originẽ:ſiue ita dicti:quia faſcinationem putabantur arcere.Catulus in Epithalamio:Ite concinite in modũ:Nec diu taceat procax feſcẽnina locutio. Conuitia feſta:maledicta feſtiua. Excepit:audiuit. Nulla pignora:nulli filii Catonis & Martiæ. Coiere:conuenerunt. Auſpice: auſpex eſt qui præeſt nuptiis celebrandis: idem dicitur & para-

Auſpex quis nymphus:fœmina uero pronuba appellatur.Quandoq́ uero auſpex eſt militiæ dux.

OMNI BON. ℂDiſcriminat:uariat. Auro:non ueſtibus aureis.i.auleis aureis tectus erat torus. Frontem:ſponſæ. Corona turrita:qa matronæ ĩponebant coronã nouæ nuptæ uerbenis floribus:herbiſq́ factã. Turrita: qa in cinti nato capite eminens corona erat. Planta.i.cauerẽt ne pede tangerẽt limen:tribus rationibus:qa nec Sabinæ raptæ a Rõanis:cum domũ ingrederenť:uectæ ſunt ultra limen:qa ſpõſæ fuitæ eo ĩgredi uideнť:ubi pudorem ſuũ amiſſuræ ſunt:aut certe q̧ ſponſa domo patris egreſſa:nec ad ſuos amplius reuerſura:cum uiro perpetuo permanſura proficiſcitur:unde apud Roma.axem currus ferebant:pro foribus curua rõburebatur:ut intelligerent illic ppetuo habitandum eſſe. Non timidũ:quæ in nuptiis fieri cõſueuerant apud priſcos:nihil celebratum fuiſſe rõmemorat in reuocatione huius matrimonii:dicit.n.Martiam uelo flãmeo non fuiſſe uelatã. Flammeũ uelũ,eſt: quo noua nupta tegi ſolet ad cęlandũ pudorẽ:uñ Flãminica uxor Flãminis ſacerdotis:illo utebať:cui nõ licebat facere diuortiũ:erat ãt crocei coloris:quo(ut dictũ eſt)noua nupta tegebať:ut cęlaret pudorẽ.ſed eſt ẽt alia rã:ut ĩ hiſtoriis legiť:flãmeo utebať Flãminica uxor Flãminis:cui Flamini nõ licebat facere diuortiũ uſq́ ĩ ſenectutẽ: ergo ut perpetuã oſtẽderent coniũctionẽ futurã inter uirũ & uxorẽ hoc flãmeo utebanť. Gemmis.i.gẽmatis

Monile unde fibulis. Fluxos amictus.i fluentis:lõgos: & ſyrma trahẽtes. Monile:ornamẽtũ colli:a munio dicitur: qđ pectus ambit. Suppara:ſupparus eſt puellare ueſtimẽtũ lineũ:qđ alio nomine dť ſubucula:ideſt camiſia:quia ſub

Supparus qd aliis ueſtimẽtis eſt poſita. Humeris hęrẽtia:quia mulieres faciebant extremam oram ſuppari apparere in ſummis humeris:& lacertos tegere:ut non nihil appareat in extremo lacerto:dicit ergo iſtis ornamentis: non tam exquiſite inſtructam fuiſſe Martiã Catonis:ac noſtræ matronæ diem ipſum cõſumunt in ſe ornando. Sic,ut erat: quẽadmodũ interfuerat funeri Hortẽſii paulo ante ſepulti:ita ſe Catoni obtulerat. Mœſti cultus:quo comitata eſt Hortenſii funus. Purpura:quę & ſi purpuram habebat:tamẽ atra ueſte tegebatur. Funerea lana:ueſte ſe tali:quæ funeſtis conueniret. Non ſoliti lu.ſales:non uerſus ioculares auditi ſunt:quos iactabant in ſponſos:ut nimiam lætitiã tẽperarent. Sales:ioculares uerſus. Feſta conui.i.ioculatoria:quæ iactabãt in ſponſos:& ipſos mordebant uerſibus tã inurbanis:ut lætitiã tẽperarẽt. Pignora.ſ.conuenerunt:ideſt nulli affines utriuſq́ familiæ interfuerunt. Iunguntur taciti:ſine ſtrepitu: & cantu tibiarum. Auſpice Bruto:ad antiquã conſuetudinẽ reſpexit:nam ſicut Cicero in li.de diuinatione ait:Maiores quondã:nil publice quidem:priuatimue gerebant niſi auſpicatu:quem morem nunc in his nuptiis declarat:ſicut & Iuue. Veniet cum ſignatoribus auſpex: omiſſa re: nomen tantũ declaratur: quia ſatis fuit intereſſe nuptiis nomen auſpicis:auſpicium uero captare non poterant.

ℂIlle

¶ Ille nec horrificam:eodẽ horrore:& ſquallore:quo erat Cato:nuptias fecit. Horrificã:horridã:& uenerabilem. Cæſariẽ:quam nutrierat. Duroq; admiſit gaudia:non tulit præ ſe lætitiam. Vt primũ:tempus indicat: ex quo fuit in luctu Cato. Tolli arma feralia:geri bellum ciuile ſumptis armis. Rigidam:ſeueram. Increſcere:ualde creſcere. Vni qppe:ratio:qua hunc habitũ ſibi aſſumpſit. Vacat:uacuũ ẽ:& decens. Studiis:odiiſq; carenti:q neq; gratia:cupiditate:aut ambitione:neq; odio mouebaꝛ:ſed ipſo honeſto. Nec fœdera priſci:nec cũ uxore rem habuit:tãtaq; fuit abſtinẽtia:ut etiam ab honeſta ſibi Venere tẽperauerit. Robur:cõſtãtia:& cõtinẽtia. Hi mores:de uita & moribus Catonis Catilinam Saluſtii lege. Secta:iſtitutũ:& habitus ait dicta a ſectando:qđ ẽ ſequor & teneo:græce herẽſis dr̃. Immota:cõſtãs. Modũ:modeſtiã. Tenere:itelligere,& ꝑſpicere. Naturãq; ſeq:qua duce,ut iqt Cice.errare non poſſumus. Patriæq; impẽdere uitã.i.mori ꝑ patria:pro q̃ ut Ci.ait:uir bonus nõ dubitet mortẽ occũbere:mõ ſit ei ꝓfuturus. Nec genitũ ſibi:nec natũ ad ſuam utilitatẽ. Huic epulæ:laus a tẽperãtia. Nã ut ad Hereñiũ Cic.ait:Eſſe decet:ut uiuas:nõ uiue ſ:ut edas. Eſtq; etiã Socratis dcm̃,ut Seneca ait:Ede citra crapulã:& bibe citra ebrietatẽ. Viciſſe f.pellere famẽ:nõ oblectare ſe. Magniq; pe.domũ habebat puã non ad luxũ & delitias:ſed ad uſus uitę neceſſarios:& ut eẽt ab imbribus tutus. Hirtam:aſperã:& piloſam. More Qui. Ro.more illorũ Sabinorũ:qui facti fuere ciues Romani.Quirites.n.a Curibus Sabinorũ oppido dicti ſunt:q Romuli tẽpore in urbẽ habitatũ ſe cõtulerũt. Venerisq;:hic ſolũ coibat:ut filios ꝓcrearet. Pater urbi:ſouebat.n.& piẽtiſſime utebaꝛ. Marit⁹:fidus cuſtos:& ſoci⁹. Rigidi honeſti:ſeuerę uirtutis. Quippe(ut ait Salu.)huic ſeueritas dignitatẽ addiderat.& paulo poſt:At Catoni ſtudiũ modeſtiæ:decoris:ſed maxiẽ ſeueritatis erat. In cõmune:erga rẽp.& oẽs hoies. Subrepſit:ſubintrauit.nõq̃.n.in ſua uita:& i actibus ſuis uoluptates admiſit. Nata ſibi:nã iſicere eũ non potuit. ¶ Ille:Cato in hac renouatiõe matrimonii nõ iuſſit ſibi tonderi barbam:nã graui mœrore afficiebaꝛ:q ĩtelligeret bella ciuilia futura.

SVLPITIVS

Ille nec horrificam ſancto dimouit ab ore
Cæſariem:duroq; admiſit gaudia uultu:
Vt primum tolli feralia uiderat arma:
Intonſos rigidã in frontem deſcendere canos
Paſſus erat:mœſtãq; genis increſcere barbam.
Vni quippe uacat ſtudiis:odiiſq; carenti
Humanum lugere genus:nec fœdera priſci
Sunt tentata tori:iuſto quoq; robur amori
Reſtitit.hi mores:hæc duri immota Catonis
Secta fuit:ſeruare modum:finemq; tenere:
Naturamq; ſequi:patriæq; impẽdere uitam:
Nec ſibi:ſed toti genitum ſe credere mundo.
Huic epulæ uiciſſe famem:magniq; penates
Submouiſſe hyemem tecto:pretioſaq; ueſtis
Hirtã mẽbra ſuper Romani more Quiritis
Induxiſſe togã:Venerisq; huic maximus uſus
Progenies.urbi pater eſt:urbiq; maritus:
Iuſtitiæ cultor:rigidi ſeruator honeſti:
In cõmune bonus:nulloſq; Catonis in actus
Subrepſit:partemq; tulit ſibi nata uoluptas.

Secta unde

Quirites unde

OMNI BON.

Horrificã:qa horrorem i uultu oſtẽdit ituentibus. Duro.i.ſæuo uulto nullã humanitatem oſtendens. Vt primum:dicit cauſam:cur permiſerat creſcere crines:& barbã. Rigidã.i.aſperã frontẽ:deſcenderãt crines. Mœſtã.ſ.erat paſſus barbã creſcere:quæ mœrorẽ ſignificat. Vni:ſolus Cato erat:qui poſſet a pie humani generis lugere miſeriam:quæ inſtare uidebatur:expers erat ipſe cupiditatis:nec huic magis q̃ illi fauebat:ſed communem tantummodo reip.utilitatem ſeruabat. Vni ua.i.licet ipſi Catoni. Odiis.i.inimicitia:quia nec amore:nec odio cuiuſq̃ mouebatur Cato:uacuus erat.n.oĩ perturbatione mentis. Priſci tori.i.nec uoluit cum uxore concumbere. Iuſto amo.nam tanto robore animi fuit Cato:ut etiam legitimũ amorẽ prętermitteret. Robur.i.fortitudo animi. Iuſto:legitimo.matrimoniali. Immota:ſtabilis:quæ cõcuti nõ poterat. Seruare modum:laudat eum a modeſtia:quæ eſt quaſi firmamentum:& ſolida uirtus:ex ea naſcitur moderatio:quæ temperat omnia in dictis:aut factis:& in cæteris officiis. Naturamq; ſequi:hoc idem Cice.ait.primo Officiorum:quod a Catone præclare ſcriptum eſt.Non nobis ſolum nati ſumus:ſed etiam ortus noſtri partẽ patria:partem amici uendicant:deinde infra:in quo debemus naturam ſequi:tanq̃ optimam ducem:nam ſeq naturam:eſt ipendere uitã patriæ. Genitũ.i.nõ ſibi ſoli natũ eẽ. Huic epulæ:comedebat ipſe Cato:ut uiueret:nõ uiuebat ut comederet:ſecũdũ illud Virgilii:Poſtq̃ exẽpta fames epulis:ſignificat ipſos comediſſe q̃tum ſatis erat.

Magniq; pe.ſignificat ipſum in ædificiis ſeruaſſe cõtinẽtiã:nã cõtinẽtia eſt:ꝑ qua appetitus conſilio & rõne innititꝛ:ea eſt:cũ rõni appetitus obtẽperat. Sũmouiſſe hyemẽ tecto.i.ut tãtũ haberet ædiũ:q̃tum ſatis eẽt defendere ſe a frigore & uẽto. Togã hirtã:ut togat⁹ icederet. More Quiritis:more Ro.ciuis.Quirites dicti ſũt Ro.a Curib⁹ ciuitate Sabiorũ:nã id ſtatuit primũ Romulus:ut ſe gratificareꝛ Tatio:& cæteris Sabinis:quos i partẽ regni acceperat. Hirtã:togã.i.piloſã:aut hypallage eſt:ꝑ iduxiſſe togã ſup hirta mẽbra. Veneris huic:ipſe tantũ Veneri idulgebat:q̃tũ ſatis erat ad ꝓcreãdã ſobolẽ. Vrbi pr.qa ipſe ꝓ ſuæ libertatẽ defẽdebat:& i eo ſemp occupatus erat:ut nullius opes plus ualerẽt q̃ reſp. Vrbiq; maritus:ſignificat pietatẽ in patriã:q iuris naturalis ps eſt.nã ſex ſunt ptes iuris naturalis:uidelicet:iuſtitia:pietas:gratia:uĩdicatio:uirtus:obſeruantia. Iuſtitiæ cultor:uñ poſt ſpeciẽ cõtinuo poſuit genus:ſic Vir.ευτοξιαν.i.bonũ ordinẽ ſeruauit:ubi dicit de Aenea:Quo iuſtior alter Nec pietate fuit:nec bello maior & armis.nã primo Iuſtitiã tetigit:quæ eſt genus:deĩde ad ſpeciẽ deſcẽdit.i.pietatẽ. Rigidũ:dicitur rectũ:& qđ flecti non põt ulla animi ꝑturbatione. In cõmune bo.quia propriũ inocẽtis ẽ omnibus ꝓdeſſe:nulli nocere. Nata uoluptas.i.naturalis uoluptas:quæ naturalis eſt hoĩ:ſic cupiditas:& libido non ſolũ Veneris:ſed ẽt aliarũ rerum:quæ uolgo appetunꝛ:ut diuitiarũ:& honorum:nullam partẽ habẽt in Catonẽ inimicũ uoluptatũ omniũ. Nata.i.naturalis. Subrepſit.i.clã irrepſit:quia titillationibus quibuſdam uidetur irrepere uoluptas:cum ſenſus naturæ flectitur. Partẽq;:q nulla cupiditate flecti poterat.

Quirites

Iuris naturalis partes

SVLPITIVS ¶ Interea:pterritus Pōpeius falſo nūtio:breui Cæſarē eē Romā uētuꝝ:fugā ex urbe arripuit Capuā:ubi cū ſenatu ſe cōfirmauit atq; collegit:cōſtituēs legiones:quas antea accepat a Cæſare:i Appolia hybernátes cōtra Cæſarē mittere:q Aretinū:Piſauꝝ:Fanū:& Anconá ſingulis cohortibus iá occupauerat. Trepido agmine:timido īpetu & motu uel multitudine. (Capuæ cōditor qui) Mœnia cápa.Capuā:quā Capys Troianus fert ædificaſſe:ut īdicat Sueto.& Vir.in.x. At Capys:hinc nomē Cápanæ dicit urbi. Alii Capuā dictá uolūt a cāpoꝝ latitudine: alii a capy.i.falconis augurio. Extēdere ptes:mittere & dimittere cohortes:& copias. In oc.h.cōtra Cæ.mouērē bella. Apēninus: mōs q p mediā & uniuerſam Italiā i lōgū extēdit. Quaer. Liguriá:Galliá:Hetruriá:Vmbriá:Picenos:Brutios:& Marſos intelligit. Nullo uer.nullo mōte:& altitudine. Intumuit p.ol.erexit ſe uicinus cęlo. Mōs īter:Apēnini mira deſcriptio:cui⁹ dextrá ptē eē dicit ad Tyrrhenū mare:meridieq; cōuerſam:ſiniſtrá uero ad Adriacū. Inferni:Tyrrheni:qd' eſt ab īferiori Italiæ pte.Nā orbis terrę i meridiē pēdet. Supi:Adriaci. Hic:a dextra. Frágētes æquo.apud quas frāgit mare Tyrrhenū in (Piſæ unde) locis uadoſis:& nō pfundis. Piſæ:dictæ a Piſa oppido i Achaia:unde ſunt oriūdæ.Neſtoris.n.milites ab illo re nauigātes illuc delati eas cōdidere. Coercēt col.ſtringūt ipſam Italiá:q(ut ait Mela)tota anguſta ē:& alicubi q̄ ubi cœpit anguſtior.Pli.eá frōdi quercus cōparat. Alii legūt coercet & credo melius:ut referat ad moutē & nō ad maria. Ancō:oppidū in Piceno ad Adriacū (Ancon) mare:Cunero pmōtorio oppoſitū:dictūq; ab Ancon: qd ē cubitus:eſt.n.in ipſo littoris flexu. Obnoxia:repcuſſa:& q fugere fluctus non pōt. Dalmaticis:a Dalmatia uenientes:q Macedoniæ regio eſt: contra Adriacū mare ſpectans. Hic:mōs. Cōcipit amnes: gignit fluuios. In diuortia:in diuerticula:& i diuerſa maria: q quaſi diuortio.i.diſcordia:& diuiſione q̄dá ſunt ſeparata. Gemini pōti:Adriaci: & Thyrreni. Metaurus: Vmbriæ fluuius. Cruſtumiū:haud lōge ab Arimino. Rapax:uelox. Sapis:cisalpinæ Galliæ fluuius:Senegallia urbē ſubterlabēs:iuxta quē & Iſaurus eſt. Séna:Galliæ flumē. Aufidus: Appuliæ amnis ex Hirpinis oriens mōtibus Cánuſinū pterfluit. Verberat:qa uiolētus exit. Quoq; magis:Padus ēt: quo nullus eſt maior in terris:cecidit i leuū latus. Eridanus:fluuius q & Padus:ab Eridano rege:ſiue a Phaetōte:q dicebat Eridanus:dictus ē. Deuoluit ſil.eius uiolētiā indicāt:nā cū aggeres ripaꝝ egredit:Cū ſtabulis armenta trahit:ut ait Maro.

Interea trepido díſcedens agmine Magnus:
Mœnía Dardanii renuit campana coloni.
Hæc placuit belli ſedes:hinc ſumma mouētī
Hoſtis ín occurſum ſparſas extēdere partes:
Vmbroſis mediam:qua collibus Apenninus
Erígit Italíam:nullo qua uertice tellus
Altius intumuit:propiuſq; acceſſit olympo.
Mōs íter geminas medius ſe porrigit undas
Inferni:ſuperiq; maris:colleſq; coercet.
Hic Tyrrhena uado frāgētes æquora Píſæ:
Illínc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.
Fontibus hic uaſtis ímenſos concipit amnes:
Fluminaq; ín gemini ſparſit díuortía ponti:
In leuum cecidere latus:ueloxq; Metaurus:
Cruſtumiūq; rapax:& iunctus Sapis Iſauro:
Sēnaq;: & Adriacas q uerberat Aufid⁹ ūdas:
Quoq; magis nullū tellus ſe ſoluit in amnē
Eridanus:fractas deuoluit ín æquore ſiluas:

OMNIBON. ¶ Interea:cū tāta eēt in urbe trepidatio q̄tā ſupius Luca.deſcripſit:iá Pōpe.ex urbe trepidus diſceſſerat:& in Cápaniá uenerat:ubi cōparato exercitu caſtra poſiturus erat:obſeruās qd nā Cæ.facturus eſſet:ut illi uenienti in Italia occurreret. Magnus:Pōpe.nā maximo rex oīuꝫ metu uerſat Pōpe. Trepido:feſtino:& timēti ſimul. Dardanii.i.Capuæ a Capy:nā Capys cū Aenea Troiano in Italiā uenit:de quo Vir. At Capys:hinc nomē Cápanæ dr urbi. Hæc ſedes.ſ.Cápana. Placuit.ſ.Pō. Hinc:ex Cápania. Sūma mouē.i.de ſumma reꝝ paranti. Sparſas partes.ſ.ne qua parte Cæſar poſſet in Italia uenire:qn obuios haberet. Occurſum.i.ut occurreret hoſti Cæſari. Vmbroſis:nūc deſcribit locū:ubi caſtra Pōpe.poſuerat:expectaturus & obſeruaturus:qd Cæ.faceret:placuit Pōpe.extēdere ſparſas ptes ea pte:qua Apēninus mons oēm Italiā mediā umbroſis collibus Senegalliá:atq; Cápaniā mediā diuidēs:ſcabroſis:& cliuoſis collibus in finē Cápaniæ tēdit. Vmbroſis col.qa ſcabroſis finibus Apenninus in finē Cápaniæ tēdit. Nullo uer.a nulla pte. Olympo.i.cælo:ut ibi tuto loco caſtra poneret. Mons:de hoc Apennino loquit dicens quō Italiā oēm mediā diuidit. Geminas un. hic mons ea pte:qua tendit in longū mediā diuidit Italiā:a dextra parte mare infeꝝ ſpectat: a ſiniſtra ſiculū uſq; fretū pgredit. Inferni.i.Tyrrheni. Supi.i.Adriatici. Colleſq; in Italia ſint utrinq;. Tyrrhena uado:primo qdē hic mōs Apenninus nō nihil tēdit in Boreā:deinde uergēs in Auſtrū Tyrrhenū mare ſpectat:& Lucā ciuitatē:Lucā:Piſas:Piſtoriūq;:& Florētiā nobiliſſimā Thuſciæ ciuitatē ad meridiē lingt:hic tādē in modū cubiti flectēs:ceu portus ſui partē in Adriaticū mare iaciēs:pmōtoriū facit:i cuius pmōtorii extremitate Syracuſani tyrānidē Dionyſii fugiētes urbē Anconaꝫ cōdidere. Hinc:ab hac pte. Tyrrhena æquora:qa nō nihil i Boreā rēdit. Illinc: ab ea pte. Ancō obnoxia.ſ.eſt.i.ſubiecta. Dalmaticis fluctibus:ubi ſunt populi Hiſtriæ. Fōtibus hic uaſtis:nūc dicit de Apennino multos fluuios deſcēdere:& alios qdē in ſupeꝝ mare:alios in inferū defluere. Hic.ſ.Apēninus. Cōcipit:generat. Gemini pōti.i.inferi:& ſupi maris. Metaurus:flu.eſt,q pterlabit Fanū oppidū:qa ibi fortunæ Fanuꝫ fuit:uō Fanū eſſe appellatū uolūt. Cruſtumiū:flu.q pterlabit Ariminū. Sapis:flu.q pterlabit Ceſenā. Iſaurus:flu.q pterlabit Piſauꝝ. Sēna:flu.q pterlabit Senegalliā:q finus Galliæ dr. Aufidus:fluuius ē Cánarū:ubi Hánibal exercitū Romanū deleuit. Vndas Adriacas:hūc fluuiū mōs Apēninus effundit i Adriaticū mare:& Galliā ciſalpinā reſpicit. Quoq; magis nullū.ſ.cōſpicit ab hac pte. Soluit ſe i nullū.i.nō capit ullo amne: Eridanus græce:Padus latine dr.Eridanus(ut nōnulli uere ſentiūt)dictus ē eo q circa Padū paſcua optima ſunt: & ouibus opportuna:ab erio lana:& daneion lucrū:unde daniſtæ appellant fœneratores lucri. Tellus ſoluit:quia oēs Italiæ fluuii in Padū deriuant. Fractas ſil. Vir.Fluuiorū rex Eridanus: cāpoſq; p oēs:Cum ſtabulis armēta tulit.

¶ Exhaurit:

¶ Exhaurit Heſperiam:quicquid.n.aquaꝫ eſt in Italia ſecum uſ arripere:nam multa in eum influunt flumina. Fabula:fama ſupple eſt:uidelicet hūc fluuium primum in ripis ſuis habuiſſe populos arbores:alluſitq; ad Phaetontidas Phaetontis ſorores:quæ cum lugerēt fratrem a Ioue præcipitatum in arbores uerſæ fuerunt. Phaeton.n.Phœbi ex Climene filius impetrato a patre curru ſolari:cum eum regere ignoraret:& mundū,fluminibus deſiccatis,ſolo Pado relicto combureret:a Ioue fulminatus eſt. Diem pronum:Solem præcipitem. Tranſuerſo limite:non recta uia euntem. Flagrantibus loris:habenis,& curru ardentibus. Succendit:combuſſit. Raptis:

SVLPITIVS Phaetōtis fabula

Heſperiāq; exhaurit aq̄s. hūc fabula primū
Populea fluuium ripas umbraſſe coronas
Cūq; diem pronum tranſuerſo limite ducens
Succēdit Phaeton flagrātibus æthera loris.
Gurgitibus raptis penitus tellure peruſta
Hūc habuiſſe pares phœbeis ignibus ūdas.
Non minor hic Nilo:ſi nō per plana iacētis
Aegypti libycas Nilus ſtagnaret arenas.
Nec minor hic Iſtro: niſi q; dū pmeat orbem
Iſter:caſuros in quælibet æquora fontes
Accipit:& ſcythicas exit non ſolus in undas.
Dexteriora petens montis decliuia Tybrim
Vnda facit:Rutubāq; cauum:delabitur inde
Vulturnuſq; celer: nocturnæq; editor auræ
Sarnus:& umbroſæ Lyris per regna Maricę
Veſtinis impulſus aquis:radenſq; Salerni

deſiccatis. Pares undas ignibus:quia tanto æſtui reſiſtere potuerunt. Nilo:Aegypti fluuio. Stagnaret:inundaret:& in formā ſtagni redderet. Libycas:quas ſecum ex Libya trahit. Extendit.n.Nilus p Aegypti planitiē in maris ſimilitudinem:non tñ quod habeat plus aquam:q̄ ipſe Padus. Iacentis:accuſandi caſus eſt. Iſtro:Iſter,qui & Danubius dr,ex iugis Arnobæ Germaniæ montis oritur:ſexaginta fluminibus augetur,& mergitur in Euxinū ſex hoſtiis ſiue ſeptē: ut alii tradūt. Permeat:circuit. Fontes:flumina. Quælibet: circa quæ uagatur. In undas ſcythicas:in mare ponticū.

Iſter unde

Dexteriora petens: aquæ: quæ ab Apennini dextra cadunt:hæc conficidit flumina. Tybrim:qui Thuſciam ab Vmbris:Sabinis:& Latinis diſterminans in tyrrhenum exit. Rutubam:ex Apennino in Tybrim fluentē:non deſunt,qui dirūt promōtorio Moneco in finibus Liguꝫ eſſe propinquum. Cauum:pp ripaꝫ altitudinē. Vulturnuſq;:qui in Sanno oriens per Campanā ſaxa rapiens labitur:& Capuam alluit. Sarnus: Campaniæ fluuius ad oppidum Sannum: qui quicqd in eo cadit:cū mora durat i ſaxū:& prope Stabiā mare tyrrhenum ingreditur. Nocturnæq; editor auræ:ob ſturi aeris emiſſionem:eſt enim ea natura:ut & ipſæ paludes:quas in planitie facit:ſupra Pompeianum nebulas gignant. Lyris:non longe a Sora naſcens: & Fibrenum accipiens:& iterum Fragellas præterit:Minturnaſq; diuidit:& effluit in tyrrhenum. Impulſis aquis ueſtinis:in quē influunt flumina Veſtinorum. Sunt aūt Veſtini Marſis:Campanis:Sannitibuſq; cōtermini:& ad Sinueſſam uſq; ad Falernum exporriguntur:ut docet Liuius lib.x altera in ſaltu Veſcino falernum contingente agrum. Sūt & alii Picētibus:& Marſis cōiuncti. Maricæ:Marica nympha Latini mr in Minturnenſiū littore tēplū celeberrimū fecit:a q̄ & oppidū nomē accepit. Hora. Et inantē Maricæ littoribus Tenuiſſe Lyrim. Vmbroſæ: ſiluoſę.

Rutuba

Vulturnus

Sarnus ubi

Lyris

Veſtini qui

¶ Heſperiamq; ex. aquis:quia omnes pene Italiæ fluuii deriuantur in illum. Fabula.ſ.eſt : dicit notam eſſe fabulam Phaetontis filii Phœbi & Climenes:qui decidit in Padum: dicit ergo Phaetontem currum duxiſſe haud procul a terra: adeo ut omnes fluuii nimio calore Solis deſiccauerit:ſed ſolus Eridanus tanto calori reſtitit:ut deſiccari nequiuerit:ex quo magnitudinem illius amnis oſtendit. Corona popu.quia circundatæ ſunt ripæ Padi his arboribus in coronarum modum. Phaeton:filius Solis:eſt autem dictio triſyllaba. Varro per ſynaliphē protulit:Cum te flagranti flumine Phaeton. Ducens diem pronum:quia neſciebat regere paternos currus.

OMNIBON.

Pronum:procliuem:in terra uergentem. Tranſuerſo limite:non recto:quo ire conſueuerat. Loris: curribus.partem pro toto. Flagrantibus loris:ideſt ardenti curru. Gurgitibus raptis:nimio calore deſiccatis. Penitus tellure peruſta:quia penitus ardebat:& tantum calorem Solis ſubſtinere non poterat. Pares un. Phœb. igni.quia ſolus calori teſtitit. Nec minor:non minor etiam Padus Nilo:niſi q; Nilus maior uidetur: quia quotannis uniuerſam inundat Aegyptum:& eam fœcundiſſimam facit:unde Nilus:quaſi Neoſilus:nouus limus.

Aegypti iacentis per plana: quia Aegyptus in plano poſita eſt:unde inter Scythas: & Aegyptios maximum certamen fuit:qui nam priores nati eſſent: Aegyptii,ſe primum his rationibus natos dicebant:q; illa regio eſſet temperatior:& per conſequens:ubi aer temperatior eſſet:ibi primum etiam genus humanum natum fuiſſe. At uero Scythæ contra dicebant:cum ſe prius natos aſſererent:non fieri poſſe huic:ſed cum ſit humilis Aegyptus: & in plano iacet:ideo poſtremam fuiſſe:quæ a fluctibus maris derelicta fuerit:nam cum primum Deus elementa:& aquas a terra ſeparauit:primo regionem ſuam:ideſt ſeptentrionem:quia altior eſt: a mari deſtitutam fuiſſe: & ideo ibi primum homines natos eſſe. Stagnaret:quia facit Aegyptum omnem Nilus eſſe ſtagnum tum: cum inundat eam. Nec mi.hoc Iſtro:nec Padus minor eſſet Iſtro:niſi q; Iſter antequam in mare ueniat:omnes undiq; amnes comprehendit:hic fluuius alio nomine Danubius dicitur:per ſexaginta amnes capiēs ſeptem hoſtus in pontum influit. Non ſolus:quia ſexaginta amnes accipit:&.vii.hoſtiis in pontum influit. Dexteriora petens:nunc.d.a dextera parte quos flu.hēbat. Tybrim:Tybris a dextera parte ex hoc monte deſcendit:Thuſciā uerſus. Rutubamq; cauum.i.profundum flu.qui in finibus Ligurię labitur. Vulturnus:flu.eſt:qui prętetlabitur Capuam. Nocturnæ editor au.Sar. Sarnus flu.qui præterfluit Veſeuum Campaniæ. Et oſtēdunt naturam huius flu.qui nebulam craſſam: & obſcuram facit:ut noctem immitari uideatur. Lyris:flu.inter Pompeios & Vulturnos labens iuxta Minturnas. Maricæ umbro.ſ. ſiluę a Marica nympha Latini matre: quæ templum habuit in ripa Lyris. Veſtins aquis:ideſt auctus curſu ab aquis:quæ defluunt a Veſtinis populis: nam Lyris, quem antea Clanin appellabant,labitur inter agros Veſtinorum.

SVLPITIVS

Siler fluuius

Luna ubi

¶ Siler: Lucaniæ fluuius Salernũ p̃terit: dr̃ & Silarus. Sillius lib. viii. Nũc Silarus quoſdã nutrit aquis: quo gurgite traduut: Duritiem lapidũ merſi molleſcere ramis. Culta: arua. Macra: hic p Liguꝝ mõtes iuxta Lunã ſſluit tyrrhenũ: & eſt inauigabilis: quia uadoſus: & p̃ceps. Moratus alnos nullos: nullã retinens nauim. Luna uero eſt Hetruriæ oppidũ nobiliſſimum portu celeberrimo: & metallis abundans. Lõgior: ea: qua magis longus erigitur. Dorſo: longa ſũmitate. Gallica rura uidet: deſpicit Galliã trãſalpinã. Alpes deuexos: mõtes inclinatos: & pẽdulos. Vmbris: Vmbria dicta ꝙ imbribus ſupfuerit: cõtermina eſt Hetruriæ & Piceno: hancq̧ Rauẽnam uſq̧ ptendi cõſentiunt oẽs. Marſi: populi montani: Sabinos: Vmbros: Hernicos attingẽtes. Ferax: abundãs. Domitus: aratus. Sabellos: Sabelli populi ſunt: qui & Samnites dñr: auctore Strabone: & Pli. Rupibus piniferis: monte fẽrẽte pinus. Indigenas: natiuos ab eo. Indigenæ. n. ſunt: q eo in loco geniti ſunt: & non uenerũt aliũde: igiť p indigenas habitatores antiquos accipimus. Nõ deſerit: nõ prius terminať q̃ puenerit in ſiculũ mare ad Regiũ: ubi Italia in duo cornua ſciſſa eſt: reſpicitq̧ altero ſiculum pelagus: altero Ionicum.

Indigenę

Tẽpla lacinia: Iuno lacinia in Calabria colebať in tẽplo ditiſſimo: atq̧ ſciſſimo: quod ei conſtituit Hercules Lacinio latrone illic occiſo. Laciniũ ẽt pmontoriũ eſt ibidẽ ppe Petiliã & Orotonẽ. Põtus: mare Ioniũ & ſiculũ. Solueret cõ. diſſolueret uicinitatẽ. Tellus: Italia cõiuncta Siciliæ. Eliſa: excuſſa: ſiue ſubmerſa: nam ut in tertio ingt: Qua mare tellurem ſubitis aut obruit undis: Aut ſcidit. Et Strabo ait: Vi terrę motuũ auulſaꝫ fuiſſe. Gemino pfundo: tyrrheno: & adriaco. Extremi col. ultima pars Apennini. Ceſſere: i ſortẽ uenere: qm̃ annexi ſunt Peloro Siciliæ pmõtorio: q denoiatus eſt a Peloro nauis Hãnibalis gubernatore illic ſepulto. Vir. li. iii. de hoc loco ſic ait: Venit medio uim põtus & undis Heſperiũ ſiculo latꝰ abſcidit: aruaq̧ & urbes Littore diductas anguſto interluit æſtu. Cæſar in ar. fu. q̃ ui & ĩpetu Cæſar irrueret narrans poeta merũ ciuitatũ explicat: ut & Põpeiana p̃ſidia ſunt ex diuerſis locis eiecta. Furẽs: furẽti ſimilis: & ſæuiẽs. Vias: aditũ. Q̃d nõ: ordo ẽ. Nõ gaudet ꝙ. Terat: uaſtet. Vacãtes ho. i qbus p̃ſidia põpeiana nõ erãt. Vacuos: ſine hoſte. Nõ pdat ipm̃ iter: nõ uaſtet agros q̃cũq̧ itinerat. Cõſerta: cõnexa: & uno nõdũ finito: icipet aliud. Patẽtes: amice aptas.

Culta Siler: nullaſq̧ uado q̃ Macra moratus
Alnos: uicinæ percurrit in æquora Lunæ.
Longior educto qua ſurgit in aera dorſo
Gallica rura uidet: deuexaſq̧ aſpicit alpes.
Tũc Vmbris: Marſiſq̧ ferax: domituſq̧ ſabel
Vomere: piniferis amplexus rupibus oẽs (lo
Indigenas Latii populos; non deſerit ante
Heſperiam: q̃ cum ſcyllęis clauditur undis:
Extenditq̧ ſuas in templa Lacinia rupes
Longior Italia: donec confinia pontus
Solueret incũbẽs: terraſq̧ repelleret æquor.
At poſtq̃ gemino tellus eliſa profundo eſt:
Extremi colles ſiculo ceſſere Peloro:
Cæſar ĩ arma furẽs: nullas niſi ſanguine fuſo
Gaudet hẽre uias: ꝙ nõ terat hoſte uacantes
Heſperiæ fines: uacuoſq̧ irrumpat in agros:
Atq̧ ipſum non perdat iter: conſertaq̧ bellis
Bella gerat: non tam portas intrare patentes:

OMNIBON.

Salernũ ubi

¶ Culta. i. arua. Salernũ: q mõs in uiſceribus ſuis Bñuentũ hñs in ſalernũ reſpicit. Salernũ: oppidũ Cãpaniæ: dictũ a Silere amne p   . i. mutatã lĩam. Macra: dictus a pprietate rei: quia Macer eſt flu. per Põtremulũ labens: qa tã rapide humiliter fluit: ut ẽt naues ſuſtinere nõ poſſit. Nullas al. i naues. Lõgior cd. i. ab aqlone reſpicit Padũ: & Galliã oẽm ciſalpinã. Surgit: attolliť in acrẽ. Gallica ru. i. Galliã ciſalpinã. Deuexas: iclinatas alpes: pars altior Apennini ab aqlone Padũ pſpicit: deinde Mantuã: Parmã: Regiũ: Paduã: & alia oppida: lõgior hoc dicit: qđ & ſuperius dictũ eſt: qũo Apenninus in modũ cubiti ſe flectens: uel ptem ſui potius in adriaticũ mare uergẽs pmontoriũ facit: in cuius extremitate ueteres Græci urbẽ Anconã cõdidere: poſt uero Firmũ: Picenũ: Auſulũ: Marſos: Pelignos reſpicit: deinde alteꝝ flexũ faciẽs altiſſimis uerticibus Garganeis appellatis: in adriaticũ mare influẽs Maſſiliã ciuitatẽ amplectiť. Ferax. ſ. Apenninus abundans: qa ibi ſunt populi fertiliſſimi. Nã Vmbria: & Marſia abundãtiſſimæ regiones fuere. Sabello. i. Sabino in eã ptẽ uergẽs. Piniferis. i. ferentibus pinus. Indigenas. i. inde genitos. Indigenæ dicuntur: q nõ aliũde uenerunt: ſed inde nati ſunt: ubi habitant: a grecis   . Nõ deſerit ante: ut ante dictũ. hẽt fere ĩ uiſceribus Beneuentum: Salernos: Lucanos: donec extremũ Italiæ oppidum Regiũ reſpicit: ubi a Peloro diuiſus a dextra Scyllã facit. Nõ deſerit Heſ. non terminat ante Italiã. Scyllæis un. nã qua parte aſſiduis maris fluctibus claudiť: ibi ſtatim Scyllã facit a dextro latere. Suas rupes in tẽpla lacinia. i. promontoriũ Lacinium: ubi eſt templũ Iunonis laciniæ: ubi Hercules ſuperato Lacinio latrone templum cõdidit in honorẽ Iunonis: & de noie laciniæ Iunonis Laciniũ appellauit. Eſt aũt pmontoriũ haud pcul a Petilia. Lõgior Italia: Apenninus eſt lõgior q̃ ſit Italia: qa in Siciliã uſq̧ tẽdit: uel uerius totam continens Italiam terminat. qđ Vir. oſtẽdit. Hæc loca ui quõdã: & uaſta conuulſa ruina Diſſiluiſſe ferũt: cũ protinus utraq̧ tellus Vna foret: idest Italia & Sicilia: & ſimul cõiunctæ erant. Incũbens. ſ. Apennino; qua parte cũ Sicilia iungebať Italia. Cõfinia. ſ. Italiæ atq̧ Siciliæ. Terras: uidelicet: hinc terrã Siciliæ; hinc Italiæ. Gemino pfundo: ſiculo, & adriatico mari. Ceſſere colles Peloro: qa parte Siciliæ Pelorus terminať: & a pte Italiæ Apenninus. Cæſar in arma: Cæſar poſtq̃ ſenſit Põpeium: relicta urbe: in Cãpaniã cũ ſuis copiis pfectũ caſtra poſuiſſe: tuum & imperium Cæſaris oñdit Lucanus: dicit. n. illũ nihil magis q̃ fuiſſe: q̃ ut uires ſuſciperet: multoſq̧ iã dem ibi populos armatos inueniret: ut uiribus magis q̃ uolũtate uinceret. Furẽs: hoc ppetuo facit poeta: Pompei partes extollit: Cæſarẽ acerbiſſime inſectať: non inſpecta ueritate: fuit enim clementiſſimus: & humanitate uſq̧ ad penitentiam cunctos ſuperauit. Terat hoſte ua. i. non gaudebat populari terras hoſte carentes; immo hoſtibus plenas. Terat: uaſtet: populeť. Atq̧ ip. nõ per. iter. ſ. uincẽdo non perdat iter: qa niſi uinceret: perdere uideretur. Conſertaq̧ bellis Bella gerat. i. bella bellis inferre: nam finis unius belli: principium eſt alterius.

Laciniũ quid

¶ Nec tam

℄ Nec tam pa.col.Ar.pre.nec tam:q; tráſeat per agros oppidorum permiſſu: mallet eni illos uaſtare. Populet: deſtruat. Pudet: ardebat enim omnia uiolenter potius agere. Ciuem: amicum Romanum. Tunc ur. urbes inquit breui defecturæ ad Cæſarem: ſeſe muniebant: ut in hoſtem. Ancipites: incertæ: cui faueant: & inſtabiles. Ceſſuræ: defecturæ: deſituræ. Primo ter. primo metu. Denſo aggere: ſpiſſis monumẽtis ſe ꝑparãt: & muniunt. Abruto: eminenti: erecto. Saxorũq; orbes: rotũda ſaxa: q̃ tormentis emitterent. Sup: deſuper: & loco eminentiori. Petãt eminus: feriãt a longe. Tela: ſagittas: haſtas: ſaxa: & quicqid longius iaci poteſt. Aptant: cõponũt. Pronior: inclinatior. Populus: populi ſynechdoche. Pugnatq; minaci Cũ terrore fides: nã fidus quidẽ erat: ſed metuebat Cæſarẽ: rixabantur ergo metus & fides. Verũ ma. Auſter Pompeio: mare populis: Eurus Cæſari comparat: curſuſq; maris fidei populoꝝ. Poſſidet: pſlat. Horriſonis: cũ horrore ſonantibus. Rurſus: cõtra. Tellus: Strongile: in qua regnauit Aeolus: & in qua eſt uentorũ antrũ. Laxata: apta. SVLPITIVS Telum quid

Q uã fregiſſe iuuat: nec tam patiẽte colono
Arua premi: q̃ ſi ferro populetur: & ignis
Conceſſa pudet ire uia: ciuemq; uideri.
Tunc urbes Latii dubiæ: uarioq; fauore
Ancipites: quanquã primo terrore ruentis
Ceſſuræ belli: denſo tamen aggere firmant
Mœnia: & abrupto circũdant undiq; uallo:
Saxorũq; orbes: & quæ ſup eminus hoſtem
Tela petant: aliis murorum turribus aptant.
Pronior i Magnũ populus: pugnatq; minaci
Cũ terrore fides. ut cũ mare poſſidet Auſter
Flatibus horriſõis nũc æquora tota ſequunt:
Si rurſus tellus pulſu laxata tridentis
Aeolii tumidis immittat fluctibus Eurum:
Q uãuis icta nouo uentum tenuere priorem
Aequora: nubiferoq; polus cõceſſerit Euro:
Vẽdicat unda Notũ. facilis ſed uertere mẽtes
Terror erat: dubiãq; fidem fortuna ferebat.
Gens hetruſca fuga trepidi nudata Libonis:
Iuſq; ſui pulſo iam pdidit Vmbria Thermo.
Nec gerit auſpiciis ciuilia bella paternis
Cæſaris audito conuerſus nomine Sylla.

Pulſu tridẽtis: iactu ſceptri: quo Aeolus uẽtos emittit. Vir. Conuerſa cuſpide montẽ Impulit in latus. Vtitur aũt Aeolus tridẽte ſicut Neptunus. Fluctibus: i mare. Nouo Euro. Tenuere: ſecuta ſunt. Nubiferoq; polus: q̃uis Eurus pulſo Noto aerẽ poſſideat: tamẽ mare ſecũdũ Notum: ſe mouet: & tenorẽ priſtinum ſeruat. Polus: aer nũc. Vendicat: acquirit: & retinet. Terror: metus Cæſaris. Dubiã: nutantem: & ancipitem. Gẽs he. Cæſar ab Arimino: M. Antoniũ cum quinq; cohortibus: ut miſit Aretiũ: Libo Scribonius: q ꝑerat Hetruriæ: in fugã ſe dedit. Nudata: ſpoliata militib9: & pſidio. Ius ſui: poteſtatẽ de ſe. Pulſo Thermo: Cæſar ſic hẽt in Cõmẽtariis. Interea certior fact9 Tignium Thermũ prætorem cohortibus quinq; tenere: oppidum munire: omniũq; Tigniorum eſſe optimam erga ſe uoluntatem: Curionem cum tribus cohortibus: q̃s Piſauri: & Arimini habebat, mittit: cuius aduentu cognito: diffiſus municipii uoluntate: Thermus cohortes ex urbe producit: & ꝓfugit: milites i itinere ab eo diſcedũt: ac domũ reuertunt. Curio omniũ ſũma uolũtate Thignium recipit. Sylla: Fauſtus Sylla Syllæ felicis filius: audita Cæſaris fama: ſtatĩ fugã arripuit. Auſpiciis paternis: qui fugare & uincere ſolitus eſt.

℄ Fregiſſe. ſ. uiolentia armoꝝ. Patienti colo i. uolente populo. Ciuemq; uideri: quia non ciuis: ſed hoſtis uult uideri Cæſar. Tunc urbes populi: licet uiderent non poſſe tantum Cæſaris imperium ſuſtinere: muniebant tamen ſua quiſq; oppida: & parati erant defendere: quoad uires haberent. Tunc: ipe: quo ita Cæſar craſſabatur per Italiam. Dubiæ: incertæ quid facerent. Varioq; fauore: quia hinc Cæſar timore trahebat eos: inde Pompeius terrebat auctoritate ſenatus: qui bellum iuſtum contra Cæſarem mouere uidebatur. Ceſſuræ. ſ. Cæſari. Denſo: forti. Abrupto: feſtinato, & abrupte facto. Saxorumq; orbes i. ſaxa rotũda: quaſi uĩ deſcribere machinam: quã uocamus bõbardam: nam legitur apud Ioſephũ & Plutar. ueteres uſos fuiſſe hoc genere tormenti: unde tormentum dr̃ a torquendo: quia magna ui torquet bombarda. Super: pro deſuper a ſrõtibus. Pronior: nunc dicit: populi qua uoluntate fuerint: omnes quidem erant proniores in Põpeium. tamen inde terror Cæſaris ab eodem illos deterret. Vt cum mare: per comparationẽ oſtẽdit quomodo animi populoꝝ in diuerſas partes diſtrahebant: nam ſicut maris unda incerta eſt: cum diuerſis uentis agitatur: primo ſi Auſter flauerit: ſequitur Auſtrum unda: at ſi deinde flare cœperit Eorus: tunc relicto Auſtro: Eurum ſequitur: ita animi populoꝝ diſtrahebantur in uarias partes. Vendicat un. no. i. unda maxima Notum trahit: uel põt eſſe hipallage pro uendicat Notus undam. Auſter: uentus a meridie perflans: græce Notos. Hunc: Auſtrũ. Laxata: pulſata. Tellus. i. ſubterranea ſpelunca: ubi Aeolus uentos clauſos habere dr̃ a poetis: quos cũ uult emittere: ſua uirga percutit terram. Tridentis Aeo. qa Aeolus tridentẽ habet: ſicut Neptunus: quo imperat uẽtis. Eurũ: uentũ orientalem: qui dictus eſt quaſi .i. Aurora fluens. Priorem uentum: ideſt prioris uenti reliquias: quia prioris uenti ipetu adhuc mare criſpatur: & tremulum eſt. Facilis ter. q̃uis pugnet cum terrore fides: tamẽ uim maiorem hẽt terror a Cæ. Dubiãq; fi. quia pro fortuna mutabat fides. Gẽs: Libo præerat Hetruriæ: Cæſ. M. Ant. cum cohortibus qnq; miſit Aretiũ. Libo ubi audiuit iam adeſſe Ant. trepidus aufugit. Nudata. ſ. ẽ. Vmbria Ther. Thermus prætor tenebat Tigniũ oppidũ Vmbriæ: Cæſar factus certior: Vmbriã a Thermo teneri: & omnium uoluntates ſibi conciliare Pompeium: Curionem cum tribus cohortibus: quas Piſauri: & Arimini habebat: miſit. Cuius aduentu congnito: diffiſus municipii uoluntatem: cum quinq; cohortibus Thermus aufugit: & Curio oppidum recepit. Nec Sylla: hic ſenioris fuit filius: qui Fauſtus eſt agnominatus: ubi ſenatuſcõſulto cum decreta Mauritania eſſet: Philippus tri. pleb. interceſſit. Auſpiciis paternis: quia bella feliciter geſſit Sylla: unde ſe felicem appellari uoluit: qui etiam filio Fauſtum Syllam nomen impoſuit. OMNI BON. Tormẽtũ unde Auſter Fauſtus Sylla q

Varrus ut admotæ pulſarunt Auximon alæ
Per diuerſa ruens neglecto mœnia tergo:
Qua ſiluæ:qua ſaxa fugit:depellitur arce
Lentulus eſculea.uictor cedentibus inſtat:
Diuertitq̧ acies:ſoluſq̧ ex agmine tanto
Dux fugit: & nullas ducẽtia ſigna cohortes.
Tu quoq̧ cõmiſſæ nudatam deſeris arcem
Scipio Luceriæ:q̃q̃ fortiſſima pubes
His ſedeat caſtris:iam pridem Cęſaris armis
Parthorum ſeducta metu:qua Gallica dãna
Suppleuit Magn⁹:dũq̧ ĩp̃e ad bella uocaret:
Donauit ſocero Romani ſanguinis uſum.
At te Corſini ualidis circundata muris

SVLPITIVS

CVarrus: Accius Varrus Auxinũ oppidum cohortibus introductis tenebat:delectũq̧ toto Piceno: circummiſſis ſenatoribus:habebat. Aduẽtu Cæſaris cognito:decuriones Auxinii ad Acciũ Varrum frequenter conueniunt:docent ſui iudicii rem non eſſe:neq̧ ſe neq̧ reliquos municipes pati poſſe.C.Cæſarem imperatorem bene de repub.meritum: tantis rebus geſtis:oppido: mœnibuſq̧ prohiberi: proinde habeat rationem poſteritatis: & periculi ſui. Quorum oratione promotus M.Varrus præſidium: quod introduxerat: ex oppido educit: & profugit: hunc ex primo ordine pauci Cæſaris conſecuti milites conſiſtere coegerunt: commiſſoq̧ prælio deſeritur a ſuis Varrus: nonnulla pars militum diſcedit: reliqui ad Cæſarem perueniunt. Alæ admotæ:cohortes propinquæ. Pulſarunt Auximon: pedibus calcarunt agrum Auximilum oppidum in Piceno: qui Cæſaris aduentu cognito profugit: cohorteſq̧ ſecum adducere coactus: a magna militum parte deſeritur. Dicimus autem Aſculum & Eſculum. Victor: Cæſar. Inſtat cedentibus: perſequitur fugientes. Diuertitq̧ acies:abducit illius cohortes dux Lẽtulus. Et ſigna:hoc eſt ſigniferi. Tu quoq̧:Scipio quoq̧ Põpei ſocer p̃fectus Luceriæ oppido in Venetia p̃pe Adriã fugã arripuit:q̃q̃ haberet ſecũ milites:& cohortes eius primæ legionis: quã Cæſar Põpeio reſtituerat ut in bellũ parthicum mitteret:Põpeius enim rogatu Cæſaris:qui maiorẽ Galliæ motum expectabat: duas ei legiones miſit:primãq̧ confectam ex delectu prouinciæ:tanq̃ ex ſuo numero dedit:inde ex ſenatuſcõſul.cõſtitutũ eſt:ut ad bellũ parthicum legio una a Cn.Pompeio: altera a Cæſare mitteret.Ita hæ ambę a Cæſare ſunt abductæ:cẽſeo autem Luceriæ legẽdũ:tum quia ante captum Corſinum:nihil in Appulia metuere potuiſſet:& poſtq̃ Cæſar Domitium cœpit:cõſtat Pompeium fuiſſe Luceriam: & inde Cãnuxium: & Brũduſium petiſſe:ut Cæſar in Cõmẽtariis tradit. Cõmiſſæ:traditæ tibi: & cui tu p̃eras. Nudatam i ſpoliatam præſidio. Pubes: iuuentus. Seducta:ſubſtracta armis. Armis:potentia:exercitibus. Metu Parthorum:ob bellum parthicum. Dãna galli.quoniam Titurius Sabinus:& L.Cotta:cum magna militum parte fuerãt a Gallis occiſi. Suppleuit: reparauit: & in ſupplementum dedit. Dum: quouſq̧. Vſum romani ſanguinis:uſum illi patriæ legionis:quę præliis uulneraretur. Socero: Cæſari. At te Cor.L.Domitius Aenobarbi filius ſucceſſor imperii Cæſaris a ſenatu deſtinatus:cum Corſini præeſſet cum.xx. cohortibus:tredecimq̧ alias ad eum Rubilius adduxiſſet:cum primum Cæſarem uenire uidit: cohortes quinq̧ ad pontem fluminis excidendum pręmiſit:quibus repulſis a Cæſarianis:& cum aliis intra oppidũ coactis:Cæſar caſtra ad muros poſuit:dumq̧ munitiones ad obſidionem:expugnationemq̧ expediret: & Domitius a Põpeio: ad quem ſcripſerat:certior factus:ne rẽ in ſummũ diſcrimen adduceret:& ſi poſſet cũ oĩbus copiis inde faceſſeret: fugã clandeſtinã apparat: a ſuis eſt cõprehenſus:& Cęſari cũ oppido traditus.Eũ uero cũ oĩbus pecuniis,rebuſq̧ ſuis quocũq̧ libuiſſet:Cæſ.abire cõceſſit. Corſini:Corſinũ oppidũ Pelignoꝝ.vii.milliũ paſſuũ a Sulmõe diſtat.

Corſinũ ubi OMNI BON.

CVarrus:Cæſar audita deditione Thermi oppidi confiſus uoluntati municipum decimæ legionis cohortes euocauit ex p̃ſidio:Auximonq̧ p̱ficiſcitur:hoc oppidũ tenebat Accius Varrus:aduẽtu Cæſaris cognito:milites Varrum circunſiſtunt oratione.dicuntq̧:q̃ ſit uoluntas municipum:hoꝝ oratione promotus Varrus: eductis cohortibus fugere tentauit:ſed tamen ex primo ordine:pauci milites illum conſerere manum adhortantur:ſed commiſſo prælio deſeritur a ſuis:pars demũ fugerunt:reliq ad Cæſarẽ tranſfugiunt. Varrus:ordo eſt: Varrus ruens per diuerſa mœnia:neglecto tergo:fugit ea parte:qua ſiluæ ſunt: & ſaxa. Alæ admotæ.i.cohortes Cæſaris appropinquatæ pulſarunt Auximon oppidũ:nõ procul ab Ancona. Neglecto tergo:quia mõ hac: modo illac petebant milites. Siluæ: per loca auia fugit trepidus deſertus a ſuis. Lẽtulus: qui præerat Aſculo cũ decẽ cohortibus: & cum audiuit aduentare Cæſarẽ:ipſe quoq̧ trepidus:relicto oppido fugit:hic Lentulus cũ deſerto Aſculo fugeret: incidit in Rubiliũ Rufum:q p̃mittebatur a Põpeio:ut Picẽi agri ciuitates:& populos confirmaret:ab eo admonitus:quæ gerantur a Cæſare:milites accepit:& contractis militibus Põpeii Corſinũ ad Lucium Domitium Aenobarbũ perueniũt: & coniũctis copiis:oppidũ muniuerũt ut ſe a Cæſare tueãtur. Diuertit.i.a fuga ad ſe.reuocat acies Aſculanoꝝ. Dux.ſ.Lentulus. Agmine: quia a ſuis deſertus eſt. Nullas cohor.quia ſolus ipſe Lentulus cum uexillis aufugit:alii uero milites eius ad Cæſarem confugerũt. Tu quoq̧ nudatã:nunc dicit Scipionem deſeruiſſe Luceriã ciuitatem:quãquã robuſtiſſimis illã munitã cohortibus teneret. Nã ibi duabus legionibus Scipio p̃fectus erat. Legiones aũt hæ ante ſub Cæſare militauerãt:nam cũ Gallia in aliud q̃nquẽniũ Cæſari p̱rogata eſſet:fauente Põpeio:cum quo Cæſar affinitate tũc coniũctus erat:q̃ cum ſtipẽdiis decreta eſſet: in ſupplementum unam legionem Cæſari Põpeius dedit:poſtq̃ uero Craſſus cum exercitu a Parthis deletus eſt: duæ legiones Cæſari detractæ ſunt,ſub p̃textu parthici belli ĩminentis:q̃a ſenatuſconſultum factũ eſt: ut duæ legiones ad bellum parthicum mitterentur:una a Cneo Põpeio:altera a Cæſare.Sed Cæſar: cum eſſet certus de uoluntate inimicoꝝ ſuorum:ex ſenatuſcõſulto legionem ſuã; Pompeio reddidit: & quintãdecimam legionem: quam ipſe ĩ Gallia citeriore habuerat:ex ſenatuſconſulto item tradidit:has legiões dicit p̃ſidio Luceriæ poſitas fuiſſe:quibus p̃erat Scipio:qui tametſi firmos;ac certos milites haberet: tamen & ipſe terrore Cæſaris p̃ſidiũ deſeruit. Nudatam.ſ.præſidio:& militibus ſuis. His caſtris:in p̃ſidio Luceriæ. Seducta Cæſaris armis:ideſt ab

armis qua:

armis:quia ſenatuſcōſoltū factom eſſet:ut duæ legiones mitterentor ad bellum Parthicum:una a Cæſare:altera a Pōpeio:ſed has legiones prius in ſupplementū exercitus Pom.Cæſ tradiderat. Qua:pube. Suppleuit gal.dā. ideſt in ſupplemētū exercitus Pom.dedit Cæ.& ſuppleuit exercitū.cuius partē bello gallico Cęſ.amiſerat. Ipſe: Cęſar. Ad bella uoca.ſ.gallica. Socero:Cęſari:ut uteret hac legione:& ſanguinem eoꝝ pro ſanguine:& gloria ſua effunderet. At te Corfini:Lentulus(ut dictū eſt) Aſculom tenebat.Hic audito Cæſaris aduentu: ex oppido ſtatim ꝓgrediens:milites ſecū ducere conatus eſt:ſed a maiori pte militū deſerit:incidit aūt in Rubiliū Roſum: a Pōpeio magno miſſum ad confirmandas Piceni agri ciuitates.hic a Lentulo multos milites:auditis,q̄ facta erāt a Cæſare.ſ.q municipū uoluntates inclinatę erāt in Cæſarem:cōtractis undiq; cohortibus: quos potuit milites ſecum adduxit: & magnis itineribus Corfinū intendit ad L. Domitium Aenobarbum ſucceſſorem Cæſari a ſenatu deſtinatum: qui ꝑerat Corfino.Cæſar eo cōfeſtim cohortes duxit:tum cohortibus iam quinq; præmiſſis:qui pontē fluminis interrumperent: diſtantē ab oppido paſſuum circa tria millia:Cæſar cū ad pōtem ueniſſet: ꝓlium cōmiſſum eſt: milites ſtatim Domitiani repulſi ſe in oppidum receperūt.Cæ.ad oppidū cohortes ducit:ad muroſq; caſtra ponit:& oppidū magnis operibus intercludere inſtituit. Interea L. Domitius:deſperatis Cn.Pōpei auxiliis:fugam parabat:cum ſenſiſſent milites cenſentes ſalutis ſuæ quoq; habendā eſſe rationem:ipſi cum cæteris Domitium circunſtāt: ipſumq; productū in publicom cuſtodiunt:poſtera diē ubi illuxit:per Lentulom facta deditione:Cæſar in poteſtatem acceptos educi iuſſit.Fuerunt autem patricii: tribuni militom:equiteſq; Romani:& patriciorū liberi:inter quos erat L.Domitius Corfini præfectus: & Lētulus Spinter Rufus:Varrus:Quītilius quæſtor:L.Rubrius:& Domitii filius: hos omnes Cæſar contumeliis & conuitus militum ſuorū prohibitos incolumes ex uinculis dimiſit:accepto tamen Corfino:hoc habet hiſtoria:quam breuiter Lucanus amplectitor.

Tecta tenēt pugnax Domiti:tua claſſica ſuat
Oppoſitus quondam polluto tiro Miloni.
Vt procul īmenſam cāpo cōſurgere nubem:
Ardenteſq; acies percuſſis Sole coruſco
Conſpexit telis:ſocii decurrite dixit
Fluminis ad ripas:undæq; immergite pontē:
Et tu montanis totus nunc fontibus exi:
Atq; oēs trahe gurges aq̄s:ut ſpumeus alnos
Diſcuſſa compage feras:hoc limite bellum
Hæreat:hac hoſtis lentus terat otia ripa:
Præcipitem cohibete ducem:uictoria nobis
Hic primū ſtās Cæſar erit. nec plura locutus
Deuoluit rapidū nequicq̄ mœnibus agmen.
Nam prior e campis ut cōſpicit amne ſoluto
Rumpi Cæſar iter:calida prolatus ab ira:
Non ſatis eſt muris latebras quæſiſſe pauori:

❡Claſſica:tubas:& cōcentum earom. Tiro oppoſitus:hi erāt milites illi:quos Pompeius locauerat in foro:ne quis tumultus populi concitaretur:dum ageretur cauſa Milonis:nō quidē:q eſſent contra Milonē poſiti:ſed in cōſpectū ipſius:inqt eni Cice.Quanq̄ præſidiis ſalutaribus:& neceſſariis ſepti ſumus:tamē ne nō timere ſine aliquo timore poſſumus:q̄ ſi oppoſita Miloni putarē:crederem temporī iudices. Polluto reo:& cæde maculato. Nubem:puluerē:quā cohortes excitabant. Ardentes: ſplendentes. Fluminis: ideſt Aterni: qui ab Adria per Marſos labitur:tranſitq; iuxta Corfinum ad tertium fere miliarium. Et tu montanis:apoſtrophe ad fluuiū:ut inſurgat:pontemq; aquarū impetu auferat. Exi totus:egredere cum omni aquarum copia. Alnos: trabes ex alno arbore : ex quibus pons conſtabat. Diſcuſſa compage : diſſolutis iuncturis. Hæreat hoc limite:firmetur:& remoueatur hoc termino. Terat otia: amittat tempus. Cohibete: o cohortes retinete. Ducem præcipitem: Cæſarem feſtinantem. Stans: detentus. Deuoluit agmen:emittit quinq; cohortes. Nequicq̄: fruſtra: nihil enim profecerunt:quoniā Cæ.ut primum animaduertit:ſuos equites in Domitianos emiſit: repulſiſq; illis: oppidum obſedit. Prior:ut erat in agmine. Soluto amne:ſi pons deiceretur : nam ligatus dicitur quādo pons eſt integer. Quæſiſſe latebras:abſcondiſſe uos intra muros:& non audere in campo aperto concurrere. SVLPITIVS

❡Tecta.i.mœnia: non priuata ædificia dixit Corfini. Tua claſſica ſer.hi.n.milites: uel pars eorum ex delectibus Pompei fuerunt:quos ſub poteſtate ſua dicit habuiſſe Domitium:quibus aliquādo forū Pompeius obſederat:quo tpe Milo circundatus corona militum non auſus dicere cām damnatus eſt de cæde Clodii. Polluto Miloni.i.nocenti cædis Clodianæ. Oppoſitus:obſeſſo a militibus Pompei foro: ne qua uis fieret iudicibus: & cauſam ſuam dicere coactus eſt Milo:pro quo orationem inſignē Cicero habuit. Dixit.ſ. Domitius. Nubē.ſ.pulueris:nam ex puluere:qui ſublatus erat: cognouit adeſſe Cæſarem: deinde poſt puluerem acies conſpexit ardentes.i.fulgentes. Virgi. Ardentes ære cateruas. Immergite:rūpite fluminis pontē. Et tu montanis: ad ipſum torrentē apoſtrophat L.Domitius:quē rogat: ut totas uires cōtrahat : & inflatus hunc Cæſaris impetū retineat: quod ſi fecerit:uictoria prima Domitio attribuetur:q ibi primō ab impetu ſuo Cæſar remotus fuerit. Exi:egredere o amnis:ſed torrēs erat ſine noīe. Ingētes trahe aquas.i. cōtrahe oēs aquas:ut implearis: & ingētes quoq; naues ſuſtinere poſſis. Alnos:naues. Diſcuſſa compa.i.ut diſſoluant naues nimia ui aquarū. Hoc li.Hæreat: hoc termino retardetur Cæſaris impetus. Lentus : ab impetu ſuo tardatus. Cohibete .ſ. commilitones comprimite. Victoria nobis:ideſt Cæſarem ab impetu ſuo repſſum eſſe inſtar uictoriæ nobis erit. Nec plura locutus:hæc ut dixit Domitius:ita etiam fecit:nam milites ſtatim ad flumen concurrunt:& pontem demoliri parāt. OMNIBON.

Deuoluit.i.emittit ex mœnibus. Nequicquam: nam Cæſar audiens aduentare cohortes Domitii: indignatus magna celeritate cohortes ſuas duxit: & ibi commiſſo prælio: ſtatim Domitiani repulſi in oppidum ſe recipiunt. Prior: Cæſar.ſignificat ducis diligentiam:qui prior ex omnibus uidit:ubi ſibi obſtaculum fieret. Amne ſoluto: ideſt ſoluto ponte amnis. Prolatus: quaſi porro latus a ſeipſo: quaſi alienus eſſet ira nimia percitus. Quæſiſſe latebras pauori:ideſt ut ſe in muris abſcondant pauore deterriti.

SVLPITIVS Ganges ubi

¶Obſtruitis:clauditis:impeditis ruina pontis. Gáges:Indiæ fluuius: qui decem & nouem alios ſuſcipit. Eum Cyrus in quadringétos:& ſexaginta alueos diuidens pene in riuũ attenuauit: is Alexádrũ: ne Indos magis perſequeref:prohibuit.audiuerát enim Macedones duo & triginta ſtadia latum eſſe: profundum uero centum. Submoueat: ꝓhibeat. Stabit:firmabit ſe. Ruiturum:quem diruere parant. Accepit totas habenas: celeriter cucurrit. Leuis ſonipes: equus celer: ideſt eqſitatus ipſe. Nimbo: grandini: & multitudinem militum indicat. Vacantem:uacuum. Statione pulſa:reiectis Domitianis. Ad tutas arces:intra Corfinum. Moturas ponderaſonde ſaxa e tormentis mitterentur. Erigit;Cæſar.

Obſtruitis campos:fluuiiſq; arcere paratis?
Ignaui non:ſi tumido me gurgite Ganges
Sũmoueat: ſtabit iam flumine Cæſar in ullo
Poſt Rubicõis aquas:eqtũ ꝓperate cateruæ:
Ite ſimul pedites: ruiturum aſcendite pontẽ.
Hæc ubi dicta:leuis totas accepit habenas
In campũ ſonipes: crebroq; ſimillima nimbo
Trans ripam ualidi torſerunt tela lacerti.
Ingreditur pulſa fluuiũ ſtatione uacantem
Cæſar:& ad tutas hoſtis compellitur arces.
Etiam moturas ingentia pondera turres
Erigit:& mediis ſubrepſit uinea muris.
Ecce nefas belli,reſeratis agmina portis
Captiuum traxere ducem:ciuiſq; ſuperbi
Conſtitit ante pedes: uultu tamẽ alta minaci
Nobilitas recta ferrum ceruice popoſcit.
Scit Cæſar pœnamq; peti:ueniamq; timeri:
Viue:licet nolis:& noſtro munere dixit
Cerne diẽ:uictis iam ſpes bona partibus eſto:
Exemplumq; mei:uel ſi libet arma retenta:
Et nihil hac uenia:ſi uiceris ipſe:paciſcor.
Fatur:& aſtrictis laxari uincula palmis
Imperat:heu quãtũ melius uel cæde peracta
Parcere Romano potuit fortuna pudori.

Vinea quid

Vinea: machina quædam lata pedibus octo: alta ſeptẽ:longa.xv.duplici tabulato: cratibuſq; cõtexitur:& latera uimine muniuntur: ne intra eam ſtantes milites lędátur. Eam li.quarto ſcribit Vegetius:& noſter poeta tertio:Tunc adoperta leui procedit uinea terra:Sub cuius pluteis:& tecta fronte latentes:Moliri nunc ima parát. Subrepſit: paulatim peruenit. Nefas: ingẽs: quia ducem prodiderũt cohortes ipſæ. Agmina: Domitii milites. Reſeratis portis: facta deditione. Ducem:Domitiũ. Ciuis:Cæſaris. Alta nobilitas: laudat eum poeta ut Neroni principi:qui ab hoc duxit genus,aſſentetur. Alta: antiqua: egregia. Minaci: minarum pleno: & interitu. Popoſcit ferrum: non deprecatus eſt mortem:ſed petiit. Recta ceruí.nulla capitis inclinatione: & ſupplicis ſigno. Pœnamq; peti.mortẽ a Domitio optari:& metui uita donari. Licet nolis: inuitus. Munere: beneficio. Cerne diem:fruere luce & uita. Bona ſpes:quod eis etiam ſim ignoturus.

Partibus uictis:aduerſariis meis ofcẽdis: ut Submerſaſq; obrue puppes. Exẽplũq; mei: ſignum meæ benignitatis:atq; clemẽtiæ: cuius exemplũ in te conſpiciant. Retenta ar.reſume: & iterum in me pugna. Et nihil hac uenia: nolo mihi qoicq̃ debeas pro hoc beneficio:ſi me uiceris. Venia:remiſſione pœnæ ſine beneficio.Terentius:Da ueniã pater. Heu quãtũ:cõmiſeratio a rei indignitate. Vel cæde peracta: etiam occiſo Domitio. Parcere romano pudori: abſtinere: & non afficere Romanos tanto dedecore.Turpe enim erat: ꝙ ueniam ab hoſte inuiti cogerentur accipere.

OMNIBON.

¶Ganges: flumen eſt Indiæ:de cuius orto ignoratur: ſicut Nili: hic non paucioribus hoſtiis Oceanũ ingreditur: q̃ Nilus:bene elegit hunc fluuium Gãgẽ Cæſar ingẽtem:ut oſtẽdat ſe nulla ui reprimi poſſe. Poſt Rubiconis aq̃s: poſtq̃ Rubiconem ſemel traieci:nullus fluuius erit:q me retinere poſſit. Pontẽ ruituꝝ:priuſq̃ euertaf. Hæc ubi dicta.ſ.ſunt a Cæ.ſtatim eius iperiũ executi ſunt milites. Leuis:uelox. Totas acce.ha.i.omnibus equis:ad pontẽ delati ſunt milites. Crebroq; ſimillima nimbo: tãta telorum copia fuit:ut imber cęlitus cadere uidereſ:poſuit nimbum ꝓ uento cũ pluuia. Validi lacerti: ꝓ ualidorũ militum lacerti. Vacantẽ: uacuum hoſtibus. Pulſa ſta.i.pulſis militibus:q in ſtatione pontis poſiti fuerant. Arces: Corſini. Erigitur: nã poſitis ad muros caſtris:oppidum ipm magnis opibus munire inſtituit Cæſar:ut illud expugnaret. Ingentia põ.turres fecit:q̃ rotis uehi poſſent quocũq; uellent. Subrepſit:clã admota eſt. Vinea: tegmẽ eſt in modũ turris:q̃ admota muris defendit milites.q mœnia cõcutere:& effodere uoluerũt. Ecce:facta p Lentulũ deditione: Lu.Domitiũ milites ſui cũ cæteris apphẽſum ad Cæſarẽ traxerũt. Agmina:milites Domitiani. Nefas: põt eſſe interpoſitio:ut dicat o nefas:q̃ſi deteſteſ hác ꝓſidiã militũ:q ducẽ ſuũ ꝓdiderũt hoſti. Cõſtitit.ſ.Lu.Domitius. Ciuis ſu.Cæſaris. Vultu minaci:q̃uis ante pedes Cæſaris ſteuſſet Domitius: tamẽ minaci uultu intuebaſ Cæ.q cupiebat potius interfici:q̃ ſupplex uiuere. Nobilitas:Domitii generoſitas:& magnanimitas. Recta cer.nõ demiſſo collo:ſicut ſupplices facere ſolẽt. Popoſcit fer.qa mori mallet. Scit Cæſ. Cæſar intellexit illũ potius mori uelle q̃ uiuere:ſed tñ ueniã dedit Domitio ac cæteris:quos in captiuitatẽ redactos cõtumelus militũ ꝓhibitos incolumes dimiſit. Pœnãq; pe.ſcit Domitiũ petere mortẽ. Viue li.no.licet ſciat hoc eẽ Cæſ.tñ ait:uiue ẽt inuitus. Nro mu.qa in ptãte nr̃a ſita ẽ uita tua. Cerne di.i. uiue. Victis iã bo.ſpes par.eſto:hoc uelim eẽ pricipiũ meæ clemẽtiæ:ut oẽs intelligãt aduerſæ ptis:me nõ ideo arma ſumpſiſſe:ut crudelitatẽ uelim exercere in ciues: ſed ut iniuriã potius ꝓpulſem:q̃ inferã. Eſto bo.ſpes:exẽplo tui ſeruati:cæteri ciues oẽs bene ſperẽt de Cæſare: ut facile a nobis ueniã impetrẽt. Exẽplũq; mei.i.eſto exẽplũ meæ mãſuetudinis:& clemẽtiæ. Vel ſi li.ar.nõ recuſo:qn arma repetas cõtra me:& ſi uiceris:nolo mihi gratiam fieri. Vel:ꝓ ẽt. Retẽta:iteꝝ tẽta: q̃uis tibi ſemel male ceſſerit. Nihil pa.i.nullũ pactum faciã ueniæ:quã tibi cedo. Heu quã.deplorat ignominiam Lu. Domitii Lucanus:ꝙ coactus fuerit ueniã a Cæſare accipere: cũ honeſtius mori debuerit. Parcere Romano pudori: hoc fuit magno dedecori Romanis ciuibus:ut ueniam ab hoſte accipere cogerentur.

¶Cui ſit

¶ Cui ſit extre. pœnarū: cui ſit maxima & grauiſſima pœna. Ignoſci: q ignoſcaẽ: & non ſumatur de eo ſuppli. SVLPI cium: q fuerit Pompe. & ſenatū ſecutus. Premit iras: diſſimulat irā Domitius: dimiſſus uelut contemptus. Ro TIVS mā ne petes. q d. cogeris in otio uiuere. Receſſus pa. loca ſemota a bellis. Degener: uilis: & abiectus ſi id egeris. Iam dudū: paulopoſt. Vita. n. noſtra incerta eſt: & oio breuis: uel iādudū morituri. i. qui paulo ante mori debue ras. Paras non ire: ſtimulis ſe concitat. Lucis rumpe mo. noli amplius uita fungi beneficio Cæſaris. Contulit aūt ſe Domitius ad Pompeium: a quo Maſſiliā poſtea miſſus: cum obſeſſam confirmaſſet: ſtatim diſceſſit. Inde in acie Pharſalica periit. Neſcius interea: cum Pompeius ex Campania in Appuliam ſe contuliſſet: & ſuas uellet copias Domitianis coniungere: eas ad concionem uo- cauit: qua illi nihilo magis excitati: uehementer ſe ti- mere Cæſarem oſtenderunt. Ducis capti: Domitii.

Pœnarum extremū cui ſit: qđ caſtra ſecutus
Sit patriæ: Magnūq ducem: totumq ſenatū:
Ignoſci: premit ille graues interritus iras:
Et ſecum: Romam ne petes: paciſq receſſus
Degener? in medios belli non ire furores
Iam dudū moriture paras? rue certus: & oēs
Lucis rūpe moras: & Cæſaris effuge munus.
Neſcius interea capti ducis arma parabat
Magnus: ut īmiſto firmaret robore partes.
Iamq ſecuturo iuſſurus claſſica Phœbo:
Tentandaſq ratus moturi militis iras:
Alloquitur tacitas ueneranda uoce cohortes:
O ſcelerum ultores: melioraq ſigna ſecuti:
O uere Romana manus: qbus arma ſenatus
Non priuata dedit: uotis depoſcite pugnam.
Ardent heſperii ſæuis populatibus agri.
Gallica per gelidas rabies effunditur alpes:

Arma parabat: cogebat exercitū. Vt immiſ. fir. ro. par. ut ſe Domitio coniungendo fortior fieret. Iuſ- ſurus claſſica: concentū tubarum in expeditionem: & iter. Ratus: putans. Tentandas iras: irritandos ani- mos. Moturi: iter arrepturi. O ſcelerum: hęc oro in genere deliberatiuo: genus demonſtratiuum hēt ad- miſtū. Suadet enim Pompeius ab honeſto, & facili for titer eſſe pugnandum in Cæſarē parricidam: quē plu- ribus uituperat: inde ſeipſū laudat. Primū igiẽ captat beneuolentiā a rebus aduerſariorū: quas dicendo ſcele rum deprimit: tū ab auditoribus: quod ſapiēter: & for titer fecerint: cū arma in ultionē patriæ ſumpſerint: & ſint parati pugnare. Meliora: a rebus ſuis: quas com- mēdas: auditorē conciliat. Vere Romana: ideſt fortis ſeruitutis impatiēs: libertatiſq: & patriæ ſtudioſa: hæc eni ſunt ꝓpria Romanorū. Manus: multitudo. Nō priuata: ut ſunt Cæſaris. Votis depoſcite pugnas: ala cri ſitis i hoſtes aīo: & hucuſq exordiū eſt. Ardēt heſ. narratio: q̄ explicat factorū atrocitatē. Populatibus: populationibus: & prædis. Gallica rabies: inuidioſe dicit Cæſarē accerrimos in pſiam hoſtes immittere. Effun- ditur: ſpargitur: immittitur. Iam tetigit: iam imbutum eſt ſanguine bellum: ut ait Maro: iam certę fieri cædes.

¶ Pœnarū: declarat illud pudore: hoc inqt loco ſupplicii magni: ut ignoſcaẽ, habuit: q a meliorē cām ſecutus eſt. Ignoſci: ei: Domitio. ordo eſt: Hoc ignoſci fuit extremū pœnarū cui: q quia ſit ſecutus caſtra patriæ. Extre- OMNI mū pœ. hoc fuit loco extremi ſupplicii: ut ſibi ignoſcereẽ: q̄ſi ingēs facinus admiſerit. Extremū: ultima pœna: BON. qua nulla maior eſſe poterat. Premit ille: q̄q indignabundus: & interritus a Cæſare eſſet Domitius: tamē in pe ctore claudebat: & cū diu cogitaſſet: qđ nā faceret: an bello ſecederet: an in aliquā ſolitudinem ſe reciperet: delibe- rauit potius moriaẽ: q̄ ipſe cæteris bellū gerentibus: in pace qeſceret. Premit: claudit. Vir. Premit altum corde dolorē. Et ſecū. ſ. cogitat quæ ſequuntur. Petes: adibis ne Romā: quaſi beneficiū Cæſaris ꝓbans: q te dimiſe- rit incolumē. Degener: ſi hoc feceris. ſ. Receſſus: ſolitudines. Medios belli: ſeipm alloquitur: o ignaue adhuc dubitas: quaſi tibi morituro non intelligas ſatius eſſe in bella ruere. Rumpe moras: ideſt oēs dilationes frange. Rue certus: ideſt rue in media hoſtiū arma: ut interficiaris: & ſic pereat donum Cæſaris: qui te incolumem eſſe uoluit: & ſicut dixerat Domitius fecit: nā ſe ad exercitū Pompeii recepit. Sed aliter res ipſa tamen ſeſe habet. Nā Domitius captus Corfini tædio uitæ: uenenū hauſit: poſt q̄ uero biberat: audita Cæſaris clementia: pœnituit fa- cti: & oī opere: ut uiueret: annixus eſt: ut ſcribit Pli. Neſcius interea: redit nunc ad Pōpeiū: dicēs qđ fecerit: poſt- q̄ audierit Cæſarē quæcunq pſidia Romana debellare. Parabat igiẽ Pōpeius: ut firmaret exercitū aduerſus Cæ ſarē. Capti ducis. ſ. Domitii. Immiſto robore: ex diuerſis militibus parabat exercitū. Partes: q̄ erant aduerſæ Cæſari. Iāq: anteq̄ caſtra moueret Pōpeius: prio orationē ad ſuos milites habere uoluit: ut animū tētaret oium: quo fortes: ſtudioſiq arma ſumerēt contra Cæ. Claſſica: ſigna mouendi caſtra. Claſſicū ſignū eſt militare: tuba Claſſicū quid contra. Secuturo Phœ. die ſequēti. Iras mili. i. ut irā ſumeret contra hoſtes. Venerāda uoce: pp uenerandam uocē ducis Pompei & maieſtatē: quo attentos orationi ſuæ milites faceret. O ſcele. ul. hæc oro eſt in deliberati uo genere: cuius finis eſt ſuadere arma contra Cæ. eſſe ſumenda: ſuaſio finem hēt utilitatis: honeſti: & facilis: ut cū oſtendimus: qđ ſuadere uolumus eſſe utile: delectabile: facile: honeſtū: & neceſſarium: hic arguit ab honeſto: & a facili magis: deīde beneuolentiā captat: primo a pſona cōmilitonū: q ſecuti ſunt Pompeium: & fortiter arma pro pria ſumpſerūt contra parricidā Cæ. O ſcelerū ultores: ſummi beneuolētiā laudās eorū res geſtas: q. ſ. arma for- titer ſumāt uindicandi ſceleris cauſa. Melioraq ſigna: a cā arguit: a re ipſa beneuolentiā cōparabimus: cū nſam cām extollendo laudabimus: aduerſariorūq uituperando deprimemus. Meliora. i. q̄. S. Po. q Ro. mihi tradidit. Vere Romana manus. q. d. ſtudioſa libertatis: & qui pati nōn poteſtis ſeruitutē Cæſaris. Non priuata arma: ſed publica: ad illud reſpicit: q Cæſar bellū gerebat cōtra pſiā priuato cōſilio. Ardent heſ. beneuolentiā compa ramus a perſona aduerſariorū tribus locis: uidelicet in odiū: in inuidiā: in contēptum: aduerſarios inducendo: quos nūc in inuidiam adducit: res eorū ſuperbe: & crudeliter factas proferens: q a contra patriam ſumpſit arma Cæſar. Heſperii: Itali: unde Quintilianus ardētē: & cōcitatū Lucanū dicit: & oratoribus magis q̄ poetis enumerandū. Populatibus: q a quocunq ibat Cæſar depopulabaẽ agros. Gallica ra. q a bellicoſos Gallos Cæſ. ſecum duxerat.

SVLPITIVS ℭ Pollutos: crudeles: maculatos. Dii melius: cauſam: quæ erat honeſta: factam honeſtiſſimam docet: quod ille prior laceſſerit: itaq; ab ultione: quæ honeſti pars eſt: argumentatur. Nam de male meritis de patria: eſt ſumendum ſupplicium. Dii melius: ſupple gerunt. q. d. gratia eſt eis habenda. Inde: a Cæſare. Me præſide: me duce. Petat ſuppli. ulciſeatur ſceleratos. Neq; enim: antipophora. non poteſt bellum uocari: quod eſt ſine hoſte. Vindicis: ulciſcentis ſe de latronibus. Nec magis: ſimilitudo, ſiue exemplum: quo crimen auget. Catilina: L. Catilina ex Corneliorum familia cum Lentulo: Cethego: Statilio: & Gabinio de patria: & Cicerone conſule opprimendo coniurauit. Exerti: habentis humerũ: & brachium dextrum nudatum: & inerme. ſic enim ſolebat hæc familia in aciem ire. Silius de Cethego alio loquens li. viii. ſic ait: Ipſe humero exertus gentili more parentum: Difficili gaudebat equo. O rabies: acris cum exclamatione accuſatio: q; ductus cupiditate Cæſar contra pietatis officium faciat: nam pro ſeruanda: augendaq; patria nõ pro euertenda laborare deberet.

Iam tetigit ſanguis pollutos Cæſaris enſes.
Dii melius: belli tulimus qđ damna priores:
Cœperit inde nefas: iam iam me p̄ſide Roma
Suppliciũ: pœnáq; petat: neq; enĩ iſta uocari
Prælia iuſta decet: patriæ ſed uindicis iram.
Nec magis hoc bellũ eſt: q̄ cũ Catilina pauit
Arſuras in tecta faces: ſociuſq; furoris
Lentulus: exertiq; manus ueſana Cethegi.
O rabies miſeranda ducis: cum fata Camillis
Te Cæſar: magniſq; uelint miſcere Metellis:
Ad Cinas: Marioſq; uenis: ſternere profecto:
Vt Catulo iacuit Lepidus: noſtraſq; ſecures
Paſſus: ſicanio tegitur qui Carbo ſepulchro:

Camillis: Camilli ſimilibus. Furius enim Camillus urbe a Gallis capta: dum Capitolium obſideretur: abſens dictator creatus: Gallos ad internitionem occidit: Romanoſq; propter incenſam patriam Veios migrare conſtituentes retinuit. Miſcere: æquiparare. Metellis: in Metellis tres fuere præclari: Macedonicus: Numidicus: & Pius: qui Numidici filius: cum prętor eſſet: Popedium Marſorũ ducem bello ſociali opp̄ſſit. Conſul Herculeios fratres ſuperauit: & Sertorium ex Hiſpania expulit. Ad Cinnas: Cinnæ ſimiles. Cornelius Cinna conſul Marium exulem ex Africa reuocauit: & una cum eo geſſit ciuile bellum. Sternere: locus a facili cum exemplis. Catulo: ipſo auctore. Lepidus enim conſul rerum nouarum cupidus acta Syllæ reſcindere: proſcriptoſq; reuocare conatus: concitata urbe in Hetruriam profectus eſt: & mox exercitum urbi admouit. At Luctatius Catulus collega eius: & Cne. Pompe. Syllam qui Ianiculum & Miluium pontem inſederat: primo ſtatim impetu eum repullerunt. Ille uero in Hetruriam: poſt in Sardiniam abiit: ibiq; morbo & penuria periit. Carbo: Sylla, deuicta Italia, dictator factus: Pompeium ſibi affinitate deuinctum in Perpennã & Carbonem: qui Siciliam occupauerant: miſit. is Perpenna fugato Siciliam recepit: Carbonemq; damnauit: & ſecuri percuti iuſſit.

Metelli quot

Cinna q

OMNIBON. ℭ Sanguis. ſ. Roma. Dii melius: a cauſa arguit: quia nos non bellum gerimus in alios: ſed ut propulſemus iniuriam: quia nocens, qui iniuriam infert: ſed innocẽs eſt, qui illatam propulſat. licet enim uim ui repellere. Dii melius. ſ. fecerunt. Tulimus: paſſi ſumus. non intulimus aliis: ergo licet iniuriam propulſare. Inde: ſcilicet ab aduerſariis: & a Cæſare. Iam iam: nunc incipit arguere bellum eſſe ſuſcipiendum contra Cæſarem: primo a partibus iuſtitiæ: quæ eſt pars iuris naturalis. Ius naturale diuidiť in religionem: pietatem: gratiam: uindicationem: obſeruantiam: ueritatem: hoc loco eſt a uindicatione. Vindicatio eſt per quã oſtendimus male merentibus pœnã eſſe ſtatuendam: q̄a Cæſar male meritus eſt de patria: ideo petit ſumi ab ipſo ſuppliciũ. Me præſi. me duce: & imperatore. Prælia iuſta: q̄a latrociniũ potius eſt q̄ bellum. Sed uindicis irã. i. ultoris patriæ non eſt bellum appellandum: ſed ira: ab attributis negocii arguit. Hoc bellum: quod ſuſcepimus contra Cæſarem. Q̄ cum Catilina: qui patriã eum eodem incendio: rapiniſq; conſumere parauit. Lentulus: qui p̄tor Romanus coniurationis huius conſcius & particeps fuit. Hiſtoria nota eſt apud Salluſtiũ. Exerti Cethegi. i. deſerti: & nudati. nam poſtea nudatus fuit cum in carcerem coniectus eſt: aut melius exerti. i. ſtrenui: & accincti. Cethegi. n. celeritatem maxime probarunt: & ideo nunq̄ tunica uſi ſunt: ut tradit Porphy. O rabies miſe. ecce breuis totius argumenti complexio: q̄d eſt q̄đ Cæſar agit: non eſt bellum: ſed eſt proditio patriæ: quã miſerandam rabiem appellat. Miſeranda. ſ. quæ deteſtabilitate ſua miſerabilis eſt. Ampliat hoc argumentũ per locum illũ: cũ oſtendimus id cõmiſſum eſſe ab illo: quod oporteret ipſum, ſi ab alio cõmitteretur, defendere. Cum fata Camillis: Dii te patriæ defenſorẽ Cæſar eſſe uolebant: non autem proditorem. Camillis: ſimilem facere Camillo: qui defendit patriam a Gallis. Metellis: quorũ alter a Iugurtha patriã defendit: alter uero a Cretenſibus. Ad Cinnas, Marioſq; uenis: ſimilis eſſe uoluiſti his: qui patriã prodiderũt: ut fuit Cinna: & Marius. Cinna flagitioſiſſimus rempu. ſumma crudelitate uaſtauit: primo conſulatu ferẽs de exulibus reuocandis legẽ: ab Octauio collega prohibitus: & honore priuatus: urbe p̄fugit: uocatiſq; ad pileum ſeruis aduerſarios uicit. Octauiũ interfecit: Ianiculum occupauit. Iterum & tertio conſulem ſe ipſe fecit: quarto conſulatu cũ bellum contra Syllam pararet: Anconæ ob nimiam crudelitatem occiſus eſt. Sternere: arguit a facili per ſimile. Catulo Lepidus: facile erit Pompeio uincere Cæſarẽ: quoniam ſemper uincere conſueuit. arguit etiam a poſſibili: a maiori ad minus: nam ſi magnos imperatores uicit: uincam etiam minores: præterea uult comparare Cæſarem fugitiuis: ut bellum hoc non dici poſſit: ſed potius latrocinium. Catulo Lepidus: M. Aemilius Lepidus: cum tentaſſet acta Syllæ reſcindere: bellum excitauit: unde a Q. Catulo eius collega pulſus eſt: qui eum ſe in Sardiniam recepiſſet: bellum molitus eſt: ubi paulo poſt periit. Carbo: Cn. Pompeius cum imperio miſſus eſt in Siciliam: Carbonem a Sylla proſcriptum: quẽ etiam occidit: ſed turpiter mortuus eſt. Nam cum duceretur ad ſupplicium: petiit tantum temporis ſpatium: ut aluum leuaret: eumq; illinc diutius moram traheret: a militibus ſedens in latrina detruncatus eſt. Secures: quia iuſſit eum uirgis cędi: & ſecuri percuti. Sicanio ſepulchro: in Sicilia enim res geſta eſt.

Vidicatio q̄d

ℭ Sertorius:

SVLPITIVS

ℭ Sertorius:hic a Sylla ꝓſcriptus oẽm Hiſpaniam & Mithridatem contra Romanos ſollicitauit:eoq; duce Luſitania & Celtiberia bella agitabat:Metel.& Cn.Pom.aduerſus eum miſſi ancipiti bello multis cum cladibus diu pugnando:non prius bellum conficere potuerunt:q̄ Serto.ſuoꝝ ſcelere & inſidiis eſt extinctus.Inde uicto deductoq; Perpẽna:Hiſpaniam in Romanam fidem receperũt. Iberos:Hiſpanos ab Ibero fluuio dictos. Si qua fi. ſi quid mihi credendum.& utiẽ argumento a facili:& a maiori ad minus per conteptũ. Inuideo:odio habeo:& doleo. Iungere:cõparare:& annumerare. Manus:arma.ipſi.n.fuerat demandatũ bellum. Furenti:furioſo:& impio in patriam. Parthoꝝ: inuidioſe ipſum Spartaco cõparat:& dignũ Craſſo ultore dicit. Scythicis pt. Parthi.n.e Scythia uenientes Aſſyriã occupauere: eaq; Parthiã appellatũt. Spartacus:hic e ſtipẽdiario Thrace miles:de milite desertus:inde latro:poſtea gladiator euaſit. Effractoq; ergaſtulo Lentuli Capuę cũ.xxx.eiuſdem fortunæ uiris:ſeruos ad uexilla uocauit : factoq; exercitu Creueſium montem in Campania occupauit ubi cum a Clodio Glabro obſideretur:eius caſtra diripuit:& Campaniam populatus raptis prætoꝝ faſcibus appellatus eſt imperator.Inde Lentuli exercitum in Apennino diſſipauit apud Mutinam Caſſii caſtra deleuit.Tandem cum de urbe inuadenda deliberaret:a Licinio Craſſo pulſus:fugatuſq; cum Brutium angulum occupaſſet:nec in Siciliam præ nauium penuria traiicere potuiſſet:cum ſuis uibus fortiſſime dimicans: quaſi imperatur occiſus eſt. Simili cã:latrocinio. Te quo. a uiribus:& a conſtantia ſe cõmendat. Feruidus ſanguis:in ſanguine calenti ſunt uires:ſi frixerit,debiles redimur,& puſillanimes,& tardi. Vir.Frigidus obſtiterit circũ præcordia ſanguis. Qui pacem potuere pati:q ſciunt in pace uiuere. Solutum : diſſolutum uiribus.

Parthia quæ

Q uiq; feros mouit Sertorius exul Iberos:
Q uãq̄ ſiqua fides his te quoq; iũgere Cæſar
Inuideo:noſtraſq; manus quod Roma furẽti
Oppoſuit:Parthoꝝ utinã poſt prælia ſoſpes:
Et ſcythicis Craſſuſ uictor remeaſſet ab oris:
Vt ſimili cauſa caderes:q̄ Spartacus hoſtis.
Te quoq; ſi ſuperi titulis accedere noſtris
Iuſſerunt:ualet in torquendo dextera pilo:
Feruidus hic iterũ circũ præcordia ſanguis
Incaluit:diſces non eſſe ad bella fugaces:
Q ui pacem potuere pati:licet ille ſolutum:
Defectumq; uocet:ne uos mea terreat ætas:
Dux ſit in his caſtris ſenior:dũ miles in illis.
Q uo potuit ciuem populuſ perducere:liber
Aſcendi:ſupraq; nihil niſi regna reliqui:

Defectum:debilitatum & in quo defecerunt uires. Ne uos mea:cõmendando ſe a rei militaris peritia:& clam Cæſarẽ carpit. Senior:qui peritior eſt:& grauior. Miles.q.d.iuuenis:& imperitus rei militaris:& ꝓceps ad uia.

Quo po.locus ẽ a modeſtia. Quo:ad q̃cunq; dignitates. Niſi regna:niſi patriæ occupatioñẽ:& tyrannidem.

OMNIBON.

ℭ Quiq; fe.mo.Sertorius a Sylla ꝓſcriptus:in Hiſpania citeriore bellum ingens excitauit:& pfligatus a M.Antonio:& M.Perpẽna:aliiſq; coniuratis in cõuiuio trucidatus eſt.x.ſui ducatus anno:imperiũ ad M. Perpennã trãſlatum eſt:quem paulo poſt uicit Pom.atq; interfecit. Mouit fe.Ibe.quia prius q̄ bellum motum fuit:illum recepit Hiſpania. Exul:quia proſcriptus eſt a Sylla. Iberia:Hiſpania:ab Ibero flu.appellata. Quãq;:arguit a facili per argumentũ a maiori ad minus.q.d.hoc mihi dedecori eſſe uidebiẽ:ut te o Cæſar uincam:qui magnos imperatores uincere conſueui:cum tu fugitiuis & gladiatoribus aſcribi potius debueris:q̄ ducibus Ro. Vtinã inq̃t Craſſus a Parthia uictor rediiſſet:quemadmodum.n.Spartacum fugitiuum,& gladiatorem uicit:ita te quoq; fugitiuum:& gladiatorem uinceret. Inuideo:indignor te cum his enumerari:qui cõnumerãdus es cum fugitiuis.

His:magnis imperatoribus:quos ſupra dixi. Oppoſuit furenti.i.tibi gloria erit:periiſſet auſpiciis noſtris:ideo inuideo tibi:quia mereris ſterni a minori duce:ut pote a Craſſo Parthoꝝ:utinã(ſi fieri poſſet) Craſſus e Parthia uictor rediiſſet:qui fugitiuos uincere conſueuit. Ab oris ſcythicis.ſ.ubi deletus eſt Craſſus cum exercitu ab Arſacide rege Syrioꝝ. Simili cauſa.ſ.latrocinii. Spartacus:e Thracia oriundus gladiator : Chryſus & Eunomaus ex ludo Lentuli:cum quatuor &.lxx.eiuſdem fortunæ uiris aufugerunt Capuam:congregataq; ſeruoꝝ,& ergaſtuloꝝ manu uſq; ad iuſtum exercitum bellum fecerunt populo Romano:eruperuntq; per Campaniam oẽm & infeſtam illam regionẽ reddidere:uniuerſa acie cũ Claudio legato:& Voreno ꝓtore conflixerunt:eoſq; cũ exercitu uicere.Tandem a Lucio Craſſo uicti:pulſi:atq; fugati:is ad extremum angulum Brutioꝝ incluſus fugam fruſtra tentauit:eruptione deinde ea(ut dignum uiro erat)mortem Spartacus non timens:in bello fortiter dimicans:tanq̄ bonus imperatur occiſus ẽ. Te quoq;:nũc arguit a poſſibili:uires.n.ſe paratas habere oñdit: atq; uirtutẽ:q̄ poſſit uincere. Titulis.i.uictoriis:trophęis. Hæc ꝓ.demonſtratiue. Diſces:o Cæſar diſces me longa pace a bellis diſſuetum:poſſe ẽt gerere bella:ſi neceſſitas ignuat. Pacem po.pa.quia ſicut pacem:ita bellum ſuſtinere poſſum. Licet il.Pompeius ſuis cõfirmat argumentis debere milites ſuos bellum ſuſcipere aduerſus Cęſarẽ: nunc argumenta aduerſarioꝝ.ſ.Cæſaris:qui dicebat ſuperius:Veniat longa dux pace ſolutus:oratorie refellit:& qđ ille obiiciebat:in ſuam uertit utilitatem. Dux:concedo,ꝙ ego ſim ſenior uobis:ſed quãto magis ſum ſenex tanto ẽt peritior in re militari . At uero Cæſar iuuenis eſt: ut miles potius q̄ imperator appellari poſſit. Senior: ſit miles ſenex in illis caſtris:& ſit iuuenis dux:ſed nobis ſit ſenior dux & milites iuuenes. Quo po. arguit nunc ab auctoritate:nam hæ ſunt partes:quæ ualent ad imperatorem ꝓbandum:ut dicit Cice.ſ.uirtus:& auctoritas: felicitas:& ſcientia rei militaris:oſtenditq; auctoritatem ſenatus tantam eſſe:ut fortuna ſine pudore pati non poſſit Pom.a latrone ſuperari.ab auctoritate ſua:ergo refellit dicens ſe ad eum dignitatis gradum euaſiſſe: quo nullus ſuperior eſt:niſi ſi aliquis regnum apetat:& ſic Cæſarem in inuidiam adducit:quia maior uult eſſe Pompeio: non ciuica:ſed tyrannica conditione. Aſcendi:ad eum dignitatis gradum euaſi. Quo:ad quem gradum. Liber.i.qui eſt in libertate ſit:non ſub tyranno. Supra nihil:ſupra gradum:quo euaſi nihil reliqui:niſi ſi aliquis fieri rex appetit:plane hæc in Cæſarem loquitur:qui cum maior eſſe Pompeio uelit,regnum appetit.

Spartaci excidium

SVLPI TIVS ¶ Non pri.non uult ciuis eſſe:ſed tyrãnus:qui uult me ſuperare. Hinc con.ab auctoritate:& tuto:& facili cũ irriſione argumentat᷑. Vterq; Lentulus:& Marcellus. Hinc.a partibus noſtris. Statura:non fugitiua. Ducũ: ſenatoꝝ:& proceꝝ. Non tra.oia tam cę.cur.non es adeo temeraria & cęca. Nam ut Cice. in Lælio ait: Non.n. ſolum ipſa fortuna cęca eſt:ſed eos ẽt plerunq; efficit cęcos:quos cõplexa eſt. Teq; ni.pu.ut certe pudet:nam nũq̃ hoc efficies. Multis ne:geſta eius a mora extenuat:& contemnit præ ſuis. Multis:inuidioſe dixit:duo.n.fuere. Rebellis:quam pacare non potuit & quin rebellaret efficere. Aetas:decennium. Dant aĩos:addunt audaciam Cæſari. Rheni gelidis:inſimulatio eſt cũ ironia.

Non priuata cupit᷑: Romana qſquis in urbe
Pompeium trãſire parat.hinc conſul uterq;:
Hinc acies ſtatura ducũ eſt:Cęſar ne ſenatus
Victor erit᷑ non tã cęco trahis omnia curſu:
Teq; nihil fortuna pudet.multis ne rebellis
Gallia iam luſtris:ætaſq; impenſa labori
Dant aĩos᷑ Rheni gelidis qđ fugit ab undis:
Oceanumq; uocans incerti ſtagna profundi:
Territa quæſitis oſtendit terga Britannis᷑
An uanæ tumuere minæ:quod fama furoris
Expulit armatam patriis e ſedibus urbem᷑
Heu demẽs nõ te fugiũt:me cũcta ſequunt᷑:
Qui cum ſigna tuli toto fulgentia ponto:

Cæſar poſt oppugnatos Germanos:& nõ amplius decẽ & octo dies trans Rhenum conſumptos:ſatis & ad laudem:& utilitatem feciſſe arbitratus:ſe in Galliam recepit:& pontem,quem fecerat,reſcidit:& ideo Pompeius eum fuiſſe dicit:& æſtuaria maris Gallici appellaſſe Oceanum. Stagna:æſtuaria. Incerti pro.dubii maris.

Britãnia ubi Britannis:Britannia inſula eſt in Oceano:adeo a terra remota:ut alius quidam orbis exiſtimet᷑. Ad eã Cæſar audita ipſius fama:ex Gallia traiecit exercitũ:& poſt eam iterum:atq; iterum uictam:illico imperatis obſidibus:in Galliam ſe recepit. Quæſitis: quia non plane norant nautæ ubi iaceret Britãnia:uel ideo quia cũ iterum in Britãniam ad Solis occaſum Cæſar naues ſoluiſſet:leui Africo prouectus media circiter nocte uento intermiſſo curſum non tenuit:& longius delatus æſtu orta luce:ſub ſiniſtra Britanniã relictam conſpexit: tum rurſus æſtus cõmutationem ſecutus remis contendit. An ua.cauillatio eſt:an ideo ſuperbis:ꝙ ciues profugerunt:erras inquit:nam me ſecuti ſunt. Furoris:belli. Vrbem:metonymia. Armatam:emphaſim habet ad terrorem. Heu de.diſſolutio falſæ opinionis. Qui cum ſi.tu.a præclaroꝝ geſtoꝝ celeritate ſe cõmendat:ſualiq; laudes:& geſta perſtringit. Fulgentia:glorioſa. Toto ponto:alludit ad Cilicas:qui cum maria undiq; inuaſiſſent:prouidentia:diligẽtiaq; Pompeii:ĩtra quadrageſimum diem certamine uix parato:in deditionem cum plauſu uenerunt:hos deinde Pompeius locis maritimis remouit:fecitq; mediteraneæ regionis colonos.

OMNI BON. ¶ Non pri.non priuatam uitam:ſed regiam dignitatẽ appetit. Hinc cõ.nunc ab auctoritate conſulũ arguit:totiuſq; ſenatus. Hinc:a parte noſtra. Vterq; cõſul.ſ.Lẽtulus & Marcellus. Cæſar ne.ſ.uictor erit ſenatus:cũ indignatione legendũ. Trahis oĩa cæ.cur.i.non adeo impudens eſt fortuna:ut tñ dedecus patiatur ſenatus. Nihil pu.pro non ullius rei te pudet:nomen pro aduerbio. Multis ne re.refellit ea:quæ ab aduerſario dici poterãt .ſ.non uinces Cæſarem o Pompei:qui Galliam:& fortiſſimas gentes ſubegit.unde Pompeius hoc argumentis leuat:qđ negare nõ põt. Gallia.ſ.quam uiciſti.x.anni fluxerunt:ex quo contra Gallos bellum geris:qui ubi ſemp rebelles fuere:nec unq̃ eos ſubigere potuiſti. Multis lu.hoc inuidioſe dicit:nam duobus tñ luſtris Galliã oẽm ſubegit Cæſar:quia cum quinq; annis Galliã po.Ro.ſubegiſſet:& pars illius tñ reſtaret:obtinuit in alteꝝ luſtrũ ut ſibi ꝓuincia ꝓrogaret᷑. Aetaſq; impenſa labori:quia ætatem conſumpſiſti in debellanda Gallia. Aĩos.i.audaciã.ut Iuue.Iram atq; aĩos a crimine ſumunt. Rheni ge.qđ ad Rhenũ flu.pertinet.ita legi:Cũ hunc flu.Cæ. ponte iunxiſſet:cũq; bellũ ſuſcepiſſet:qđ non alius unq̃ fecit:traductis copiis in finibus hoſtiũ:paucos dies moratus eſt:ut uicis:& ædificiis exuſtis:in fines Vbioꝝ ſe contulit:& illis auxiliũ pollicitus eſt:ſi a Sueuis ꝑmerent᷑:a quibus cognouit Sueuos more ſuo liberos:uxores:reſq; ſuas oẽs in ſiluis depoſuiſſe:& oẽs:qui arma ferre poſſent:in unũ locũ cõueniſſe:ibiq; Romanoꝝ exercitũ expectare:atq; ibi decertare cõſtituiſſe:hoc ubi cõperit Cę.cõfectis oĩbus rebus:ꝓp quas exercitũ traduxerat:ut Germanis metũ inferret:ut Sicãbros ulciſceret᷑:ut Vbios obſidione liberaret:ſatis eſſe ad gloriã:& utilitatẽ arbitrans:exercitũ in Galliã reduxit:pontẽq; reſcidit.iſte uero dicit fugiſſe ex Oceano in Galliã:ſed falſum eſt:quia domitis hoſtibus:ſe in Galliã recepit. Terga Britã.ſicut a Germanis:ita a Britannis dicit fugiſſe Cęſarẽ.Ita ſe habet de Britãnis hiſtoria:Caſſiuellaunus dux Britãnoꝝ:uaſtatis agris:detrimentiſq; acceptis:& in primis ciuitatum defectione permotus per Attebatem Comium:legatos ad Cæſ.de deditione miſit.Cæſar ꝙ incontinenti hyemare cupiebat:obſides Britannis imperauit:Britanniamq; po.Ro.tributariam fecit:& obſidibus acceptis:in Galliam copias traduxit:non igitur fugit:immo ſubactis Britannis ſponte ſua ſe cum exercitu recepit in Galliam:ſed Pompeius res,quas negare non poteſt,Cæſari leuat. Oceanumq;: nam uenit in Britanniam Cæſar:& duxerat ad Oceanum uſq; exercitum:poſt quem eſt Britannia:quæ alter orbis terrarum a nonnullis dicitur. Vnde & Virgi.Et penitus toto diuiſos orbe Britannos. Incerti ꝓfundi ſtagna: quia uocat Oceanum tanq̃ ſtagnum. Britannis:quos ipſe temere inuaſerat:ideo terga dare coactus eſt Cæſar.

An uanæ:refellit qđ Cæſar dicere poſſet:Facile erit uincere Pompeium:qui Romanis deſeruit:unde dicit inferius Cæſar:Pro qua pugnabit᷑ orbe:ac ſi dicat:ſi parum tutos in urbe Romana uidebat᷑ Pompeius:ubi tutos eſſe poterit a Cæſare. Vnde ſe non fugere inquit:ſed ſenatus me ſecutus eſt non fugientem:ſed conſilio bella gerentẽ. Nam ciuibus parcere uolui:ne ſi in urbe permanerẽ:aliquid detrimenti ciuitas caperet. Vanæ minę:ſcilicet Cæſaris:rurſus oratorie in laudem:& utilitatem ſuam uertit:quod Cæſar dicere poterat. Qui:ab auctoritate ſuã & uictoris arguit:& a maiori ad minus. Ego Pompeius:qui maiora bella confeci:minora etiam conficere potero,& uincere:unde introducitur a poeta Pompeius:qui res omnes geſtas ſuas breuiter:& ſuccincte cõmemorat. Signa tuli:me ideo,inquit,ſequuntur:cum ea ante oculos ponunt:quæ toto orbe terraꝝ magna uirtute geſſi.

¶ Ante bis

¶ Ante bis:anteq̄ luna bis uerteret:& curſum perficeret. Pelagi:tranquilli maris. Pyrata: prædo marinus Cilix. In anguſta ſede: pſertim ad urbē Solioꝝ: q̄ ē in Cilicia, & Pompeopolis eſt appellata: ut Plutarchus, & Pli. tradunt. Profugū per diuortia:fugiētē per ſemitas trāſuerſas: & diuerticula. Vir.i.ix. Obiiciunt equites ſe ſe ad diuortia nota. Regē:Mithridatē: de quo triumphauit Sylla:& poſtea Lucullus. Inde uero a Pompeio atritus: cū in ſeditionē ueniſſet cū Pharnace filio mortē ſibi conſciuit. Fata:felicitatē:& uictorias. Felicior: ideo ſe feliciorē appellat: q a bellū confecit. Vacat mihi:uacua eſt gloria mea. Sub quocunq; Sole:ſub quacunq; regiōe: quā Sol aſpicit. Trophęis:uictoriis. Arctos: ſeptentrio. Phaſidos:Phaſis Colchorū fluuius ultra hoſtia Tanais in pōtū effluit. Medius axis: meridies. Calida:eſt.n.ſub Cancro iuxta torridā zonā. Syene:Macrobius hunc locū aperiens inquit:Ciuitas.Syene, quę pouincię Thebaidos poſt ſuperiorū montiū deſerta pricipium eſt:ſub ipſo æſtiuo tropico conſtituta eſt; & eo die:quo Sol certā partē ingreditur Cancri:hora diei ſexta:quoniā ſol tunc ſuper ipſum inuenit uerticem ciuitatis:nulla illic poteſt in terris de quolibet corpore umbra iactari: ſed nec ſtylus hemiſperii monſtrantis horas:quē Gnoniona uocāt:tunc de ſe poteſt umbrā creare:& hoc eſt:quod Lucanus dicere uoluit: nec tamen plene, ut habetur, abſoluit.dicēdo enim: Atq; umbras nunquam flectente Syene:rem quidem attigit:ſed turbauit uerū:non enim nuſquam flectit;ſed uno tempore. Sic ille, qui iniuſte Lucanum arguit:qui inquit nuſquam hoc eſt:nec ante:nec poſt:nec ad dextram:nec ad ſiniſtram nonnunquam:ut ille legit. SVLPITIVS Mithridatis mors

Ante bís exactū q̄ Cynthía conderet orbem:
Omne fretum metuens pelagí pyrata relíq̄t:
Anguſtaq; domum terrarū ín ſede popoſcít.
Idem per ſcythící profugum díuortía pontí
Indomítum regem:Romanaq; fata morantē:
Ad mortem Sylla felícíor íre coegí.
Pars mundí mihí nulla uacat:ſed tota tenetur
Terra meís quocūq; íacet ſub ſole Trophęís.
Híncme uíctorē gelídas ad Phaſídos undas
Arctos hēt:calída medíus míhí cognítus axís
Aegypto:atq; umbras nuſq̄ flectente Syene.

¶ Ante bis exactū:lege Gabina pfectus eſt Pompeius maritimæ regioni:nā mare infeſtum reddiderant pyratæ adeo:ut nec portus Caietæ:immo nec Hoſtiæ tutus eſſet:quin in terras deſcēdebant:& latrociniū exercebāt:duo prætores Romani cū inſignibus ĩperii capti ſunt:capta ē etiā M.Antonii filia cū in agrum pficiſceret: & magna redēpta eſt pecunia:illi ergo regioni maritimæ præfectus eſt Pompeius: qui poſtq̄ perſecutus eſt pyratas: mare totū duorū mēſiū ſpatio liberauit:quos maiori ex parte captos non occidit: ſed cogitans hominem eſſe rationis participē:exiſtimauit uitæ mutatione:atq; locorū poſſe feritatē deponere:conſtituit eo in continentem deferre: & partem quidem eorū:urbes paruæ, deſertæq; receperunt:cōcludens complures in Soliorū urbe:quę reſtituta a Pompeio fuit:quā Tigranes Armeniæ rex nuper deſertā fecerat. Alii Dimen Achaiæ ciuitatem nunc ciuibus uiduatā incoluerūt. Ante bis exactū.i.ante duos menſes: nam quadrageſimo die ſecundū L.Florū ſuperati ſunt. Plutarchus uero haud longiori trium menſium ſpatio. Pyrata:prædator .i.a tranſeo:quia ex tranſuerſo ſimul ac nauem uiderent impetū facientes: depredabantur. Metuens.ſ.me: & arma mea. Anguſtamq; domum.i.paruā habitationē:qui totum mare infeſtū reddebant contēti fuere breui ſpatio terræ. In ſede:in urbibus paruis:ut Solis:& Dimæ. Idem per ſcy.gentes bello a ſe ſubactas dinumerat:nā dum fugientē regem perſequitur Mithridatē: primo quidē Mithridates a Lucullo ſæpe acie uictus: tandem ad Tigrānem confugere coactus eſt:cum quo & ipſe Tigrānes aliquoties fuſus atq; fugatus:poſtq̄ nulla ſpes eſſet a Tigrāne defendi:alias gētes:& ignotas quærere conſtituit. Fugit igitur in Boſphorū:atq; Meotim:& in ultimas terras: Pompeius tamē fugientem perſequitur:qui per populos Boſphoro, ac Meoti uicinos incommoda multa paſſus eſt:ſed nationes: ac gentes:per quas iter faciebat:bello ſubegit:nam hac Pompeii expeditione domita inſula Pōti:Armenia:Cappadocia:Paleſtina:Arabia:India:& pyratæ omnes:Paphlagonia:Media:Colchis:Hyberes:Albani:Syria:Cilicia: Meſopotamia:Phœnicia:hæc igitur enumerat Pompeius breuiter:quæ in excurſione illa breui temporis ſpatio confecerat. Idem:ego Pompeius. Per diuortia:per diuerticula:quia huc:& illuc fugiebat Mithridates ſalutis ſuæ incertus. Scythici ponti: ſcilicet uergentes Boſphori, ac Meotidis paludis accolas. Indomitum regem: Mithridatem: qui antea uinci non poterat ab imperatoribus Romanis Lucullo & Sylla. Sylla felicior: quia neq; Sylla hoc effecit:q̄uis ipſum regno mutilaſſet. Pars mundi:& profecto hoc Pompeio contigit: quod nemini alii imperatorum Romanorum:nam de tribus partibus orbis terrarum triumphauit:de Libya uicto Domitio. de Europa pulſis e maritima regiōe pyratis.poſtremo de Aſia, deuictis gentibus:& nationibus paulo ante dictis. Quocunq; ſub Sole:ſiue in Libya:ſiue in Europa:ſiue in Aſia. Arctos:ideſt ſeptentrio. Ad Phaſidos undas: quia dum perſequitur Mithridatem:cœpit populos omnes:Pontum:Armeniam:Cappadociam: Paphlagoniā: Mediam:Colchidem:ubi eſt fluuius Phaſis. Cognitus axis Aegypto:propter Paleſtinam dixit: quæ eſt pars Aegypti. Calida Aegypto:quia in meridie eſt:ideo calida:quia ſub torrida zona expoſita. Atq;:ſcilicet eſt cognitus. Axis Syene: ideſt propter Syenem:ablatiue poſitus:nam græce locutus ſicut Thebe Thebes. Nuſq̄ flectēte umbras:quia Syene ciuitas in Aegypto eſt:ubi radii Solis terrā perpendiculariter adeo feriunt, ut nullum corpus umbram faciat:quia quanto magis Sol capiti noſtro perpendiculariter imminet:tanto breuiorem facit umbram. De quo Macrobius: Ciuitas autem Syene:q̄ prouinciæ Thebaidos poſt ſuperiorū montium deſerta pricipium eſt:ſub ipſo æſtiuo tropico conſtituta eſt:& eo die: quo Sol certam partem ingreditur Cancri hora diei ſexta: quoniam Sol ſuper ipſum tunc inuenit uerticem ciuitatis: nulla illic poteſt in cæteris de quolibet corpore umbra iactari: ſed nec ſtylus hemiſperii monſtrantis horas: quem uocant:tunc de ſe poteſt umbram creare:& hoc eſt:quod Luca.dicere uoluit:nec tamen plene, ut habetur, abſoluit: dicendo enim:Atq; umbras nuſq̄ flectente Syene: rem quidem attigit:ſed turbauit uerum: non.n.nuſq̄ flectit:ſed uno tempore. OMNI BON.

SVLPITIVS

Betis ubi

Cappadocia ubi

¶ Betis: fluuius: q ex Terraconenſi demiſſus mediã Hiſpaniã pfluit: mox mari propinquus lacũ efficit magnũ: ex quo duobus alueis longe pprie maioribus exiens labiť in Oceanum. Ferit: cũ impetu ingrediť. Tethym fugacẽ: Oceanum uelocem: & q fluit & refluit. Poſt omnia: eſt. n. ultimus oium. Arabs: Arabes populi in Aſia inter Iudęã & Aegyptum. Aeniochi: gẽs fera iuxta Põtum a Lacedęmoniis oriundi. Colchi: iactabundi more: nũc Colchos: mox Cilices repetet. Colchos regio in Aſia iuxta Pontũ: apud quã erat uellus aureũ: qď Iaſon cũ Argonautis eripuit. Cappadoces: Cappadocia eſt in Aſia minori: Armeniæ contermina: ſed diuiſa Euphrate. Iudęa: regio Paleſtinæ eſt. Pli. Supra Idumeã, iqr, & Samariã Iudæa lõge, lateq́ꝫ funditur. Incerti Dei: ignoti: & nomẽ non habentis: & de quo uidetur poſſe dubitari. Sic & Iuuena. Nil præter nubes: & cæli numen adorant. Quãq̃ re uera optime de Deo uetuſtiſſimi ſenſere Iudæi. Sophenę: oppidum in Armenia iuxta Maſiũ mõtem a parte ſeptẽtrionali. Molles: uel ob cæli clementiã: uel quia Aſiatici omnes molles: laſciuiq́ꝫ ſunt. Armenios: Armenia duplex in Aſia eſt inter Taurum & Caucaſum: altera maior: altera uero minor: & iferior diciť. Cilices: Cilicia regio iuxta Tauꝝ & Syriæ pxima: dicta a Cilice Agenoris filio. Cilices duplices eſſe Strabo docet li. xii. Tauros: populos Tauri montis: qui ab indico mari ſurgit: deinde inter Aegyptum: & Pãphilicum pelagus obiectus ſeptentrioni dextro latere: leuo mediterraneæ plagæ occurrit: deĩde ſe Riphæis iugis annectit: ſed p gentiũ uarietate diuerſa nomina accipit. apud Indos Hiamos. apud Parthos Pręniphates dicitur: inde Taurus: at ubi in excellentiſſimã ſublimitatem conſurgit Caucaſus. Q d bellum reliqui: ac ſi dicat nullum: unde poſſit gloriam reportare: nam hoc qď gerit: ẽ latrocinium ſummi dedecoris. Verba ducis: facto dicendi fine: cum nõ clamarent præ Cæſaris formidine milites: Pompeius a cõſtituto itinere ſigna reuocauit: & ſe Brunduſium contulit. Claſſica matura: feſtinum concentum tubarum: quo iter denunciaretur: ſupra enim dixit: Iamq́ꝫ ſecuturo iuſſurus claſſica Phœbo. Senſit & ipſe: aduertit ſe quoque timere.

Cilicia quæ

Occaſus mea iura timẽt: Tethymq́ꝫ fugacem
Qui ferit Heſperius poſt oĩa flumina Betis.
Me domitus cognouit Arabs: me Marte fero
Aeniochi: notiq́ꝫ erepto uellere Colchi. (ces
Cappadoces mea ſigna timẽt: & dedita ſacris
Incerti Iudęa Dei: molleſq́ꝫ Sophenę.
Armenios: Cilicaſq́ꝫ feros: Tauroſq́ꝫ ſubegi:
Quod ſocero bellum præter ciuile reliqui?
Verba ducis nullo partes clamore ſequunť:
Nec matura petunt pmiſſæ claſſica pugnæ.
Senſit & ipſe metũ Magnus: placuitq́ꝫ referri

OMNIBON.

¶ Occaſus: de ſeptentrione: & oriente dixit: nunc de occidente pp Hiſpaniã: ubi Sertorium expugnauit. Mea iura: meam poteſtatem. Betis: qui fluuius eſt Hiſpaniæ: a quo Betica pars Hiſpaniæ dicitur. Me domitus: nũc de oriente dicit. Arabs: pp Arabiam dicit: Iudæam: Phœniciam: & Paleſtinã. Aeniochi: populi ſunt iuxta Colchon: dicti quoniam Rhecas, & Amphiſtratus Caſtoris & Pollucis aurigæ cum Laconibus ex exercitu Iaſonis hanc habitauerunt regionem: enim aurigam ſignificat. Strabo. Erepto uellere: nam Colchorum nomen uulgatum eſt propter aureũ uellus: quod Iaſon cum Argonautis rapuit. Cappadoces: quia dum perſequitur fugientem Mithridatem: omnia luſtrauit loca Pompeius orientis: ſed primo etiã Tigrãnẽ uicit: qui cum Põpeiũ ſucceſſiſſe Lucullo audiuiſſet, nam filius eius a patre Tigrãne defecerat, & Pompeiũ in Armeniam uocauerat: Tigrãnes certior factus de humanitate Põpei: ipſum adire conſtituit: & cum equo ueheretur: a lictoribus Põpeii iuſſus eſt deſcendere: ꝙ uidelicet nemo peregrinus in caſtra Romana equo uectus uenire conſueuerit: paruit Tigrannes: & gladium eductum prębuit militibus: deinde cum ad conſpectum Pompeii ueniſſet: & coronam ante pedes eius deponere uellet: Pompeius eum dextera porrecta in proximam ſedẽ. i. ſiniſtram apud ſe collocauit. Tunc Pompeius inquit: ꝙ tibi ablatæ fuerint Armeniæ partes. ſ. Syria: Cilicia: Cappadocia: Gallacia: Sophenæ: Lucullo aſcribendũ eſt: quæ autẽ nunc uſq́ꝫ tenuiſti: ſi, nouẽ millia talenta pro reliquo ſolueris: omnia poſſidebis: delectatus eſt his uerbis Tigrannes: cum etiã Pompeii milites eum regem ſalutarent: pmiſit militi heminã: Centurioni uero heminas. x. Tribuno autẽ militũ. x. talenta. hæc cum audiuiſſet filius eius ægre tulit: ad cœnamq́ꝫ uocatus uenire noluit: ꝙ diceret ſe non egere Pompeio: & Romanorũ alium inuenturum eſſe: Pompeius tradidit illum cuſtodibus: & in triumphum a Põpeio cũ cæteris captiuis ductus eſt. Cappadoces mea ſi. te. quia Cappadociam ablatam regi Tigranni reſtituit. Cappadoces ſunt populi in capite Syriæ: Taurum montem ab oriente Cappadocia ſpectat: cui monti Iſauria ſubiacet: atq́ꝫ Cilicia: ideo cũ dixit Cappadoces: ſtatim has prouincias nominauit cũ tauto monte. Incerti Iudęa Dei: immo tu incertũ Deum colis inſane poeta: ſed Iudæi unum Deum uerũ ſolũq́ꝫ colebant. Incerti: qa Deũ uerũ colebant Iudęi: nec nomen imponebãt: ideo Deos incertos colere dicebãtur: ſe uero Deos certos collere dicebant ueteres: quia illis nomina imponebant. Iudęa dedita ſacris: Iudęã, ut añ dictum, ſubegit Pompeius: & templum ad id tempus uiolatũ ſpoliauit: Ariſtobolumq́ꝫ regem Iudęæ cœpit: & captiuũ ſecum duxit. Sophenæ: populi Galatiæ finitimi ſunt. Molles: dixit propter benignitatem aeris. ſic inferius: Emollit gentes clementia cæli. Cilicas: pp pyratas dixit. Tauroſq́ꝫ: qui iuxta Taurũ mõtem habitabant: nam Taurum montem Cappadocia ab oriẽte ſpectat: cui ſubiecta eſt Iſauria: & Cilicia. Quod ſocero bellum: quid deniq́ꝫ reliqui Cæſari præter ciuile bellum. q. d. nihil. omnia. n. bella confeci in toto orbe terrarum. Socero: Cæſari. Verba ducis: hæc ubi dixit Pompeius nulla ſub clamatione probata ſunt: ut taciturnitas Pompeio ſuſpecta fuerit: ideo non eſt auſus contra Cæſarem ducere exercitum timẽtem: ſed ſatius eſſe exiſtimauit in locũ tutum recipere. ſ. Brunduſium. Nullo clamore: non eſt ſucclamatũ a militibus: ut ſolet fieri: cũ orationem ducis comprobant. Matura claſſica. i. ſigna ppere data. Promiſſę pugnæ: quia pmiſerat: ſi animus ita fuiſſet Pompe. militibus ſe ſignum daturum: ut caſtra mouerent: & Cæſarem qui Italiam populabatur: uniuerſo exercitu petere. Matura: opportuna. Senſit & ipſe metum Magnus: ideſt Pompeius: quia tacitos milites uidit: cœpit & ipſe metuere. Placuit: Pompeio. Referri: retro ferri: iam enim milites procedere cœperant.

Sophenę ubi

¶ Diſcrimina:

¶Diſcrimina:pericola. Signa:aquilas. Agmen:exercitum ſuum. Pulſus:uictus:& electus a fortiori ex armē tis. Explorat:tentat:& experitur. Aduerſis:occurrentibus. In paſtus:in paſcua. Recepta ceruice: reſumptis uiribus ceruicis. Tori:pulpæ:maſculi:& denſitas quædam carnis in collo:& cruribus:& ēt in brachiis hoīum:in qua quidē ineſſe dicuntur uires. Vir. Luxuriatq; toris aiōſum pectus. Saltus:paſcua. Agmina reddita: armenta quæ recepit:nam uictorem ſequuntur. Appula: Appulia regio Italiæ adriaco mari proxima inter Dauniam & Calabriam. Brunduſii: Brunduſium Meſapiorum lingua:ut Stra.docet:ſonat cerui caput. Eſt aūt Calabriæ oppidum.

SVLPITIVS

Appulia ubi

Signa:nec in tātæ diſcrimina mittere pugnæ
Iam uictum fama non uiſi Cæſaris agmen.
Pulſus ut armentis primo certamine taurus
Siluarum ſecreta petit:uacuoſq; per agros
Exul in aduerſis explorat cornua truncis:
Nec redit in paſtus:niſi cum ceruice recepta
Excuſſi placuere tori:mox reddita uictor
Quoſlibet i ſalt⁹ comitātibus agmina tauris
Inuito paſtore trahit:ſic uiribus impar
Tradidit Heſperiā; pfuguſq; p appula rura
Brunduſii tutas conſcēdit Magnus in arces.
Vrbs eſt dictæis olim poſſeſſa colonis:
Quos pfugos Creta uexere p æquora pup
Cecropiæ:uictū mentitis Theſea uelis.(pes
Hanc latus anguſtū iam ſe cogentis in arctū
Heſperiæ:tenuē pducit in æquora linguam
Adriacas flexis claudit quę cornibus undas:

Vrbs eſt:Brūduſium Cretenſes:qui e Gnoſo cum Theſeo diſceſſerunt habitauiſſe:memoriæ proditum eſt:poſtea alios e Sicilia cum Iapige digreſſos:nā utroq; mo do fama eſt:cum una permauere nollent: in Bœoria diſceſſiſſe. Idem eſt auctor. Dictæis: Cretenſibus. Dictæ.n.in Creta mons eſt:qui & Dictæus dicit: Stra.tradit. Cecropiæ: Athenienſes. Theſeus.n. Athenis in Cretam ad Minotauꝝ ſorte delectus: uel ſponte ſe contulit:nota eſt fabula apud Plutarchum & Diodorum. Eam in principio Aeneidos Vir.ſtrinxit. Mentitis uictum Theſea:iuſſerat Aegæus diſcedenti ſilio: ut ſi uinceret Minotaurum:uela, quæ nigra erant, mutaret i alba: ſin minus: nigra referreť. Sed illis oblitis mutare:cum Aegæus nigra uela redeuntium cōſpexiſſet, ſe præcipitauit in mare:quod poſtea Aegæuȝ eſt appellatum. Mentitis: falſum de Theſeo indicantibus.

Hanc linguam:terram tenuem exporrectam in linguæ formam. Cogentis in arcum: cōſtringentis ſe in flexum:in cuius uno extremo Calabria:in medio Tarentus:in altero magna Græcia:& Brutii ſunt. Nec nos lateat portum:quem poeta deſcribit, Virgilius in pmo Aenei.effinxiſſe his uerſibus: Eſt in ſeceſſu longo locus inſula portum Efficit &c.q̄q̄ & Hiſpaniæ Carthaginis portus huic ſimilis eſt. Claudit:complectitur. Cornibus:rupibus exporrectis in formā cornuum ceruinoꝝ:quibus ſimillimæ ſunt:& urbs ipſa caput imitať.

¶Mittere:exponere. Iam uictum fama:quia anteq̄ Cæſarem uideret:iam ferme uictum metu uidebať. Pulſus ut armentis:incertus inquit:& pudibundus agmen auertit Pompeius:non aliter q̄ tauros alterius tauri metu deterritus, & uictus:ſolitudinem petit:ubi ſe tantiſper exerceat:& reſumptis uiribus aduerſarium repetat. Tradidit:ſcilicet Cæſari. Armentis:deeſt ab. Siluarum ſecreta:ſolitudines. Vacuos: armentis. Exul: a paſcuis ſuis depulſus:quaſi extra proprium ſolum ſit. Explorat:ideſt exercet:tentat. Impaſtus:quia quaſi dedignatur carpere gramen:donec uires ſuas perfecerit:ut ſe non parem modo:ſed ſuperiorem eſſe exiſtimet aduerſariis.

OMNIBON.

Recepta ceruice.i.recepta fortitudine. Excuſſi:quia cum caput excutitur:colla quatiūtur:& palearia. Mox reddita uictor:quia quæ antea uictus amiſerat:nunc rediit uictor. Inuito: nolente paſtore. Quoſlibet in ſaltus:quocunq; uoluerit ipſe. Trahit agmina.i.armenta. Comitantibus tauris:ſcilicet ipſum quaſi triumphantem:& uictorem. Mox:ſecunda pugna. Vrbs eſt dictæis:nunc deſcribit ſitum Brunduſii:& eſt.i.ueri loci deſcriptio: eſt ficta:qualis apud Virg. Eſt in ſeceſſu longo locus. Hæc urbs Brunduſii a Cretenſibus condita fuit:ab his, qui uecti ſunt naue Theſei:poſt q̄ deuicto Minotauro: Athenas uictor rediit: nec meminit mutare uela:ſicut Aegæus pater mandauerat. Fabula hoc habet: Androgeus erat Minois regis filius nobiliſſimus athleta:qui cum iuuenes Athenienſium uirtute ſuperaret:inuidiam contraxit:hunc igiť æquales in terram editiſſimam ſubductum in mare præcipitauerunt:Minos rex cum fruſtra filium repeteret: bellum Athenienſibus intulit:qui cum obſidionem amplius tollerare non poſſent:in deditionem uenerunt:hac lege:ut quotānis ſeptem uiros:ſeptemq; fœminas Minotauro deuorandos mitterent:primo mittebanť plebei:multitudo cuȝ gentem ſuam perdi uideret: facta ſeditione in urbe:diutius hæc paſſi non ſunt:& ita coactus eſt Aegæus rex Athenienſium:ſorte nobiles eos cœpit educere:qui mitterenť. Accidit igiť ut ſors caderet in Theſeum:cui proficiſcenti in Cretam pater mandauit:ut ſi uictor, occiſo Minotauro, rediret:uela ex nigris in alba mutaret. Theſeus igiť occiſo Minotauro ope Ariadnæ filiæ Minois:cū eam, Phædramq; ſororē abduceret:pnimia feſtinatione oblitus eſt uela mutare:pater Aegæus:cum filiū expectaret:locū eminentē cōſcendit:nauem redeuntem uidit uelis nigris:& exiſtimans filiū ſuum a Minotauro deuoratū:cū ſuperſtes poſt illū eſſe nollet: ſe pcipitem dedit in mare:& de ſuo noīe mare Aegæum appellatū eſt. Dicit ergo Cretēſes:qui uecti ſunt naue Theſei:hanc urbem cōdidiſſe. Velis mentitis:quia uelis nigris rediit Theſeus uictor:& mentitæ ſunt uictū eſſe. Hanc latus:Italia a Circio in Eurum extendiť.i.a uento:quia collateralis occiduo eſt:habēs ab Africo mare tyrrhenū:ab oriente Ioniū:a borea adriaticū ſinū:ubi ēt in anguſtū contrahiť:ibi ſita eſt ciuitas Brūduſii in linguæ modū:quia in exigonū.i.in acutū angulū extendiť Italia:ubi ædificatū fuit Brunduſiū lingua Meſapioꝝ ſignificat caput cerui. Strabo. Linguam te.quia in modum tenuis linguæ ſubit adriaticū:lingua ſignificat pmontoriū. Oui. Tribus hæc excurrit in æquora linguis. Producit:porrigit. Cogentis ſe in arctū:quia Italia deſinit in exigonū.i.in acutum angulum. Quæ:lingua. Claudit undas.i.facit portum. Cornibus flexis:dicit ex hac lingua oriri duo cornua quibus mare coercetur:ut ſit nauibus tutiſſimus portus:& ſimul alludit ad deriuationem Brunduſii.

Brūduſii deſcriptio

Theſei fabula

SVLPITIVS

Corcyra ubi

¶Nec tamen:flexus hic montium portum non faciebat:niſi eſſet oppoſita inſula. Coros:uentos ab occaſu ſolſtitiali flantes. Refunderet:remitteret fluctus:quibus feriunt. Lapſas:diſcurrentes. Flatus:uentos. Contentæ fune:quę non indigerent anchoris:& tutæ eſſent. Late patet:aperta eſt in omnem partem nauigatio. Corcyra:quæ inſula eſt in Ionio:Pheacum patria:Alcynoi regnum:olim Scherea dicta. Illyris:Europæ regio: quę terminatur Italia:Germania:Macedonia:Thracia:Epiro:& mari adriatico. Epidaurus:oppidum in Epiro:qđ propter inauſpicatum nomen,ut Plinius inquit,Romani Dyrachium appellauere. Cum totas adria uires:quādo in adriaco tempeſtas exoritur. Hunc:in ioiū Brūduſii. Ceraunia:montes Epiri:a crebris fulminibus dictis: enim fulmen interpretatur. Abiere in nubes:pleni ſunt nubibus:& non uidentur. Saſon: inſula contra Calabriam:quæ,ut Strabo ait,ipſius interualli:quod inter Epirum:& Brunduſiū interiacet media ſita eſt:propterea:qui rectum nauigādo tenere curſum nequeunt:a Saſone ad Hidruntem leuorſum iter faciunt. Rebus relictis:Italiæ. Nec licet: non enim habebat claſſem paratam: & Cæſar facile poterat Hiſpaniam occupare. Cōuertere Martem:metonymia. Iberos:Hiſpanos:qui longo ſpatio diſtabant alpibus interiectis. Tum ſobole ex tanta:ex nobilibus præſtātibus filiis:Cn.Pompeium maiorem natu eſt allocutus ut undiq; conuocaret auxilia. Receſſus:remota loca.

Euphrates ubi

Euphratem:accolas eius. Euphrates in Armenia iuxta fontem Tigridis oritur:Babylonemque in duas diuidens partes: Meſapotamiam irrigat more Nili:& inde Euphrates nuncupatur:quoniam Euphrata fertilitas accolarum lingua dicitur:affluit autem i mare Rubrum. Cilicas:pyratas. Quas eſt uul.per ur. omnes populos:ad quos peruenit nomen Romanum: poſtq̄ ego fui imperator. Pharios:Aegyptios. Pharus inſula eſt in Nilo coniuncta Alexandriæ ponte:in qua turris altiſſima:unde nocturnum ignem nautæ proſpicere ſoliti:& pericula uitant:& in portus ſe dirigunt.

Nec tū hoc arctis īmiſſum faucibus æquor
Portus erat:ſi non uiolentos inſula Coros
Exciperet ſaxis:lapſaſq; refunderet undas:
Hinc illinc montes ſcopuloſæ rupis aperto
Oppoſuit natura mari:flatuſq; remouit
Vt tremulo ſtarent contentæ fune carinæ:
Hinc late patet omne fretum:ſeu uela ferant
In portus Corcyra tuos:ſeu leua petatur
Illyris Ionias uergens Epidaurus in undas.
Hinc fuga nautarum:cum totas Adria uires
Mouit:& in nubes abiere Ceraunia:cumq;
Spumoſo Calaber perfundit æquore Saſon.
Ergo ubi nulla fides reb⁹ poſt terga relictis:
Nec licet ad duros Martē cōuertere Iberos:
Cū mediæ iacent immenſis tractibus alpes:
Tum ſobole ex tanta natū:cui firmior ætas:
Affatur:mundi iubeo tentare receſſus.
Euphratē:Nilumq; moue:quo nominis uſq;
Noſtri fama uenit:quas ē uulgata per urbes
Poſt me Roma ducē ſparſos p rura colonos:
Redde mari cilicas:pharios hic cōcute rges:

OMNIBON.

¶Nec tamen:& quamquam inquit lingua:quę mare coercet portum faciat:tamen niſi rupes altiſſimæ inſulæ:ubi oppoſitus eſt portus uentos prohiberent: nō ſic tutus eſſet nauibus portus:ergo ſaxa defendunt locum a uentis:ut ſit ſtatio fida carinis. Tamen ſubauditur:q̄q̄ lingua obductis cornibus claudat mare. Faucibus:ſcilicet linguæ illius. Saxis:rupibus altis. Laſſas undas:fatigatas:quia franguntur undæ:cum ſæpe ſcopulum percutiunt:ſicut Virgilius:Inq; ſinus ſcindit ſe ſe unda reductos. Hinc illinc:utrinq; rupes altius inſurgunt:ut mare ab utroq; latere coerceant. Hinc illinc:a dextera & a ſiniſtra. Aperto ma.quia mare ante apertū erat. Flatus remouit:his ſcopulis altioribus remouit inſula uentos:ut in portu naues retineri poſſint etiam ſine anchora. Tremulo:trementi:quia non opus eſt anchora. Hinc late:nunc dicit portum commodiſſimum nautis:q; in diuerſas Aſiæ partes dirigit nauigationem. Fretum:adriaticum. Corcyra:inſula Ionii maris: quæ alio nomine Melena dicitur. Illyris leua:a parte ſiniſtra illyricum mare. Epidaurus:ciuitas Græciæ: ut refert Strabo:eam Cares,Ariſtotele teſte,occupauit:hæc urbs dicitur nunc Dyrachium:ut affirmant nonnulli. nam Dyrachium:ut idem inquit Strabo:alio nomine dicitur Epidamum. Hinc fuga:fuga nautagę excitatur ad hunc portum:ſi quando uiderint in mari tempeſtatem. Adria:adriaticum mare. Mouit uires:ideſt uentis agitatas naues concutit. In nubes abiere Ceraunia:quia tantę nubes ſunt cumulatæ:q; cacumina cerauniorum tegant. Ceraunia ſunt montes Epiri:ſic appellati a crebro fulminum iactu:nam fulmen ſignificat. Saſon Calaber:Saſon,ut refert Strabo,inſula interualli:q; inter Epirum:& Brunduſium interiacet:media ſita eſt: ea propter qui rectum nauigando tenere curſum nequeunt a Saſone ad Hydruntem leuorſum iter faciunt. Calaber dixit ad differentiam alterius:qui mons eſt Germaniæ:non Saſonia pars Germaniæ. Ergo ubi:redit ad hiſtoriam cum ſe Brunduſium recepiſſet Pompeius: uidens ſpem nullam repoſitam eſſe in Italia:q; iam omnem eam Cæſar occupaturus eſſet:nec tranſire poſſet in Hiſpaniam:quia oppoſitæ erant alpes:ſtatuit mittere in Aſiam filium nato grandiorem Cneum Pompeium:& conſules:qui gentes:& nationes orientales omnes ad bellum contra Cæſarem cōcitarent:quos aliquādo deuicerat:& ſuo beneficio:& liberalitate deuictos habebat. Relictis rebus:ſcilicet Italis:quia iam omne Latium occupauerat Cęſar. Iberos:quia clauditur Hiſpania alpibus. Natū: Cneum Pompeium. Sobole: ſtirpe Pompeii. Iubeo: uerba Pompeii ad filium Cneum Pompeium. Receſſus:ideſt loca extrema mundi. Euphratem:quia,ut ante dictum,dum Pompeius proſequitur fugiētem Mithridatem ad Aegyptum uſque gentes omnes domuerat. Euphratem:flumina pro incolis poſuit. Noſtri fama uenit:quia poſtquam dux Romanorum fui:nomen Romanum peruenit ad extrema uſque terrarum loca: antea enim populus Romanus gentibus illis incognitus fuerat. Roma:fama:& nomen Romanum. Cilicas: pyratas:quos aliquando expuli. Pharios reges:Aegypti Ptolemæum.

Ceraunia qui

¶Tigrānem:

¶ Tigrānem regē maioris Armenię: de quo ſic Vale. Vbi de humanitate atq; clemētia regē Armeniæ Tigrānē: q̄ & per ſe magna cū po. Ro. bella geſſerat: & infeſtiſſimū urbi noſtræ Mithridatē Ponto pulſum uiribus ſuis ꝓtexerat: in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicē paſſus nō eſt: ſed benignis uerbis recreatū: diadema: qđ abiecerat: capiti reponere iuſſit: certiſq; rebus imperatis in priſtinū fortunæ habitū reſtituit: æque pulchrū eſſe iudicans: & reges uincere & facere. Meū: de quo ſum benemeritus. Pharnacis: Pharnax Mithridatis filius: cū a patre bello mithridatico defeciſſet: mortis illi cauſam ꝓbuit. Vtraq;: maiori: & minori. Ponti: maris Euxini: qđ a Meotide palude incipit: terminaturq; Helleſpōto: ſupra ipſum aūt multæ: & diuerſæ habitant nationes. Rhiphæas ma. multitudines incolaꝝ Riphæoꝝ montium. Sunt aūt Riphæi in Scythia a perpetuo uentoꝝ flatu denominati: nā idē eſt. qđ flo. hæc regio aſſiduis obſeſſa niuibus: uices tpoꝝ nō nouit: ſed eſt in nubē æternæ caliginis merſa: ut Solinus ait. Ripęi in Arcadia ſunt: q bus ad differentiā ſubtrahit̄ aſpiratio. Palus Meot. Meotis palus in Scythia nō ꝓfunda. nā eſt altior: pedibus: habet in ambitu. Dcc. millia paſſuū. Eā Tanais Riphæis montibus fluens ingredit̄: & exit in pontū: adeoq; durat̄ gelu: ut uehicula ſop eam accolæ ducāt.

Tigrānēq; meū: nec Pharnacis arma relinq̄s:
Admoneo: neu tu populos utraq; uagantes
Armenia: pontiq; feras per littora gentes:
Rhiphæaſq; manus: & q̄s tenet æquore dēſo
Pigra pal⁹ Scythici patiēs mæotica plauſtri.
Sed q̄d plura moror? totos mea nāte ꝑ ortus
Bella feres: totoq; urbes agitabis in orbe
Perdomitas: oēs redeāt in caſtra triumphi:
Et uos qui latios ſignatis nomine faſtos
Primus in Epirum Boreas agat: īde per arua
Graiorū: Macedumq; nouas acquirite uires:
Dum paci dat tp̄s hyems. ſic fatur: & omnes
Iuſſa gerūt: ſoluūtq; cauas a littore puppes.
At nunq̄ patiens pacis: longæq; quietis
Armorum: ne quid fatis mutare liceret:
Aſſequitur: generiq; premit ueſtigia Cæſar.
Sufficerent aliis primo tot mœnia curſu
Rapta: tot opp̄ſſæ depulſis hoſtibus arces:
Ipſa caput mundi bellorum maxima merces

Triūphi: populi de q̄bus triūphauimus militent nobiſcū. Per ortus: ꝑ orientē. Et uos q lati. conſules ad hortat̄: ut in Epiꝝ ſe conferant: ad Gręcos: & Macedones ſollicitādos. In Epiꝝ: Epiros in Europa regio olī dicta Molloſſia. Sunt tñ qui Chaoniā & Molloſſiā Epiri partē eſſe dicant. Signatis faſtos. i. quoꝝ noia in faſtis notant̄. Tpa. n. & anni a cōſulū noibus ſignabant̄. Faſti ſunt libri: qui totius anni continent deſcriptionē.

Boreas: uentus ſeptētrionalis ſonorus. Macedonū: Macedonia a Macedone Oſyridis filio dicta eſt: ut docet Diodorus. Eā ab oriente thracius limes præcingit. Meridiana Theſſali & Epirotæ tenēt: ab occidēte Dardani ſunt, & Illiricii a ſeptētrione Pęonia, & Paphlagonia. Dat tp̄s paci: nō eſt certandi cōmoditas. Gerunt iuſſa: obtēperāt. At nunq̄: Cæſar his, q̄ hactenus egerit nō contentus e Corphinio ſe Brunduſiū contulit: Pompeiumq; illic fruſtra obſeſſum capere ſtatuit. Ne q̄d fa. mu. li. ne quid aduerſi accideret: & hoſtes firmiora ſibi auxilia cōpararent. Aſſequit̄: ualde ſequitur. Premit ue. urget Pom. Maxima mer. nam qui Roma potit̄: ut totius mūdi imperium obtinere. Oppreſſæ: occupatę.

¶ Tigrānemq; meum: quia cum Tigrānes Mithridatem dimiſiſſet: q̄ nullius ſibi auxilii ſpes foret: filius Tigranis a patre defecerat: & in Armeniam Pompeium uocauerat: cum quo progrediens multas urbes Pompeius capiebat: certior factus Tigrānes: de humanitate Pompei ad eum uenire conſtituit: & cum in illius conſpectū ueniſſet: coronam a capite demptam: ad pedes Pompei deponere uoluit: ſed cum Pompeius præuenit: illūq; correptū dextera: in ꝓximam ſedem collocauit: deinde ipſum regē cum uniuerſo exercitu appellauit. Tigrānem meum igr̄ quem uictum in regnum reſtitui. Nec Phar. Pharnax filius Mithridatis fuit: qui patrem & ipſe prodidit pp Pōpeium: & pater monitus ſe a filio prodi: ſumpto ueneno: qđ ſecum geſtabat: ne in triumphum Pomp. duceret̄: ſe occidit. Vtraq; Armenia: maiorē & minorem. Nec: ſubaudi relinquas a ſuperioribus: non relinquas: quin ad bella concites. Armenia: cuius regem Mithridatem uici. Ponti. i. maris: qđ nunc mare magnū appellat̄. Riphæaſq; ma. i. ſcythicas: nam de Riphæis montibus naſcit̄ Tanais: ad quem uſq; perſequens Mithridatē Pōpeius gentes oēs Boſphoro & Meotidi uicinas debellauit. Aequore den. i. planitie congelata: & glaciem Meotidis paludis dicit: quæ adeo duro & congelato erat tergore: ut plauſtra ſuſtinere. Sed quid pla. mo. quid opus eſt ingt: ut ſingula loca cōmemorem: ubi gentes habitant meo bello domitæ. Per to. or. per totum orientem. Oēs re. in ca. tri. oēs populi: de quibus triūphaui: in caſtra redeant. Et uos qui la. nunc Pom. conſules in Græciā mittit: atq; Macedoniā: ut ubicūq; nomē ſuū cognitū eſſet: inde gentes oēs ad bellū excitent. Signatis fa. libros magiſtratuū noia continebant̄. Agat uos Bo. q̄ðia ut ſupra dixi: habet a Borea. i. a ſeptētrione adriaticū ſinum: ubi ſitus eſt Epidaurus: oppidū: qđ antea uocabat̄ Epitaurus. unde Stra. Primus: pro primō: unde ſuperius ita declarauit poeta. Portū hunc Brūduſii aptū in Græciā nauigātibus: in Epiꝝ: & in Indiā. Inde: ab Epiro: q̄ eſt finitima Macedoniæ. Macedū: ꝑ Macedonū: ut Papinius: Nec Macedū genus dura placet. Dat tē. hy. i. dū tp̄s hyemis bellū differt. Oēs: filius: & cōſules. At nunq̄: nūc redit ad Cæ. oſtēdens illū ingenio ꝓmpto: & īpigro: & celeritate cōficiēdi gaudere: nec, n. unq̄ ſatisfeciſſe uidebat̄: ubi aliq̄d ſupeſſet agēdū. Pacis: q̄a nō poterat pacē intermittere: ſed bella bellis cōtinuare gaudebat. Ne quid fa. ne interea dū morā facit: ſata. i. fortuna: quā ſecundā habebat: in aduerſam mutaret̄. Sufficerent aliis: oſtēdit q̄tū differat Cæ. ab aliis. Cæteri. n. ſibi ipſis grāde facinus feciſſe uiderent̄: ſi oēm Italiā uiribus occupaſſent. At uero Cæ. nihil feciſſe uidebat̄: cū nondum tota Italia Pomp. pulſus eſſet: & exercitum in anguſtiis Italiæ teneret: cūq; adhuc pars Italię eſſet cū Pom. ſ. Brunduſiū: qđ eſt in fine Italiæ. Curſu: primo impetu. Ipſa caput: & Ro. ſufficeret aliis: ſed relicta Ro. q̄ eſt caput mundi perſequitur Pom. Bellorum ma. mer. qđ. n. maius præmium eſſe poterat: de quo inter ſe certantes bellabant q̄ Romani.

SVLPITIVS

Riphæi ubi

Ripæi

Macedonia q̄

OMNIBON.

SVLPITIVS

¶Præceps:ſubitus:expeditus:& diligens. Cum quid ſupeſſet:finem.n.rerum proſpiciebat : & exoptabat. Inſtat atrox:cum atrocitate perſeuerat. Cõmunẽ:cõmuniter poſſeſſam. Rurſus:nam paulo ante conſules libere: & ſecure Dyrachiũ nauigauerant. Aperto:libero hoſtibus. Sed hoſtibus undas:Brundufium Cæ.ueniens:cum accepiſſet conſules magna cũ exercitus parte ſe Dyrachiũ cõtuliſſe:Põ.q̃ Brundufii cũ decẽ cohortibus remãſiſſe:ueritus ne Italiam dimittedã Põ.nõ exiſtimare exitus:adminiſtrationeſq̃ Brũduſii portus ĩpedire ĩſtituit: quorũ operum: ut ſcribit Cæ.hæc erat ratio.Qua fauces erãt anguſtiſſimæ portus,molẽ,atq̃ aggerem ab utraq̃ parte littoris faciebat:q̃ his locis erat mare uadoſum:lõgius pgreſſus cũ aggere altiori:a qua cõtineri non poſſet rates duplices: quoquo uerſis pedibus triginta e regione molis collocabat : has q̃ternis anchoris ex quatuor angulis diſtinebat:ne fluctibus mouerẽt.Iis perfectis: collocatiſq̃ alias deinceps pari nauigatione rates iũgebat:has terra atq̃ aggere cõregebat ne aditus:atq̃ ĩcurſus ad defendendũ impediret: a fronte,atq̃ ab utroq̃ latere:ac pluteis ptegebat:in q̃rta quaq̃ earũ turres binorũ tabulatorũ excitabat : quo cõmodius ab impetu nauiũ: incendiiſq̃ defenderet. Molibus:igentibus ſaxis:& aggere. Obſtruit:claudere conat. Deiectis:excisis ex inſula: & rupibus portus. Cedit in im.caſ.la. hypallage:labor imẽſus cedit incaſſũ. Vorax:irreparabilis. Arenis: arenoſæ pfũditati. Vt ma.Aegęi:uõ aliter inqt:q̃ſi Eryx mõs ĩ Aegęũ pcipitet:aut Gaurus in Auernũ: & nõ appareant. Aegæi: Aegæum mare: uel ab Aegęo pře Theſei:q̃ ſeipſũ pcipitauit:uel a ſcopulo capræ ſili denoiatũ: .n.capra ẽ. Eryx:mõs ĩ Sicilia:ĩ quo tẽplũ eſt Veneris Erycinę:& ſepulchrum Erycis filii:quẽ Hercules cũ eo certãs ceſtib⁹ ĩteremit. Gaurus:mõs ĩ Cãpania:Maſſico & Furẽto ppiquus. Auernitq̃ lacus eſt in ſinu Baiano:dictus q̃ſi .i.ſine auibus. Penitus ſta.pfũdiſſimi. Ergo ubi:cũ ſaxorũ aggeribus nihil pficeret Cæ.ratibus exitus occupare conſtituit. Tenuit ſua põ.firmauit ſe. Vado: non profundo nimis:ſed pcipiti. Innectere uincula:rates ex arboribus & trabibus facere. Tales fama canit:ſic & Xerxen inqt feciſſe ferunt:cum ex Aſia in Europam contra Græcos traduxit exercitũ. Xerxem:Xerxes Darii regis Perſarum ex Athoſſa filia Cyri genitus patri ſucceſſit in regno:bellumq̃ Græciæ inferens:in mare Helleſpontiaco:ab Abydo urbe Aſiæ uſq̃ in Seſton urbem Europæ pontem connexit:& pedibus traiecit exercitum.

Eryx ubi:& ubi Gaurus

Roma capi facilis:ſed Cæſar in oĩa præceps
Nil actum credens:cũ quid ſupeſſet agẽdum:
Inſtat atrox:& adhuc q̃uis poſſederit omnem
Italiam ; extremo ſedeat q̃d littore Magnus:
Cõmunem tamen eſſe dolet:nec rurſus apto
Vult hoſtes errare freto:ſed molibus undas
Obſtruit:& latum deiectis rupibus æquor.
Cedit in imẽſum caſſus labor : omnia pontus
Haurit ſaxa uorax:mõteſq̃ imiſcet arenis.
Vt maris Aegęi medias ſi celſus in undas
Depellatur Eryx:nullæ tamẽ æquore rupes
Emineant:uel ſi conuulſo uertice Gaurus
Decidat in fundũ penitus ſtagnãtis Auerni,
Ergo ubi nulla uado tẽuit ſua põdera moles:
Tunc placuit cæſis innectere uincula ſiluis:
Roboraq̃ immenſis late religare cathenis.
Tales fama canit tumidũ ſup æquora Xerxẽ
Conſtruxiſſe uias multũ cum põtibus auſus:

OMNIBON.

¶Roma ca.fa.qa cũ deſtituta eſſet a ſenatu:populoq̃ Ro.qui oẽs ſecuti ſunt Põ.haud difficulter capi poterat: aliis eſſet ſatis hoc feciſſe : ſed alia ratione bellum gerebat Cæſar. Extremo littore.i.anguſtiis adriatici maris: uidelicet Brunduſii:ideo exiſtimabat ſibi cum Pom.cõmunẽ Italiam q̃d pati non poterat. Rurſus:ſicut ante ſecerat. Errare.ſ.tentat excludere a mari Pom.ne Brũduſio exire poſſit. Aperto: libero mari. Molibus.i.munitionibus parabat munire Brunduſium:inſtituit & muros reſcĩderet & circundare munitionibus: ut obſidione oppreſſus Pom.in deditionem uenire cogeret:ſed obtinere non potuit q̃d uolebat. Molibus:ingentibus ędificiis. Rupibus:ſaxis ingentibus:q̃ſi fundamentum operis conſtruens. Cedit in imen,caſ.la.manifeſta hypallage pro immenſus labor cedit incaſſum.i.fruſtra:nam non obtinuit:q̃d optabat. Oia pon.Hau.ſa.uo.qa rantæ pfunditatis erat : ut omnia ſaxa q̃ſacunq̃ forent, obrueret. Vorax.i.profundum mare. Et montes.i.ſaxa tanq̃ montes. Vt maris quemadmodum, inquit, ſi magni montes Ionii:Aegęiq̃ maris obruerent: tamen eminere non poſſent. Emineant:pro eminerent.i.extarent. Eryx:mons Siciliæ:in quo Veneris templum locatũ eſt:teſte Stra.q̃d ſingulari ueneratiõe colitur:ſed hoc tempeſtate deſolatum eſt:eſt & Romę ante portã Collinã Deæ huius ædificium:q̃d Veneris Erycinæ templũ dictitãt:cui cum æde ſacra inſignis adiacet porticus. Gaurus:mons Campaniæ. Conuulſo:abrupto. Stagnantis Auerni: Auernus lacus eſt:qua deſcenſus ad inferos dicitur:haud procul a Cumis.Rumor erat indigenarũ,ut refert Stra.ſuperuolantes aues:quas teter exhalans odor exanimaſſet:in ipſas aquas decidere:ideo hãc partem Plutoni dicatam opinantur. Ergo ubi:poſtq̃ non uoluit moles in mare iacere:ut Pom.Brunduſii includeret : ſtatuit deinde circundare uallo. Tenuit : firmare potuit.

Vado:pfundo. Cæſis ſiluis:hoc eſt uallo munire Brunduſium cœpit. Late:ſpatioſe:ut ponte conſtructo adiret mœnia Brunduſii. Tales fa.'per ſimilitudinem oſtendit:quomodo mare obſtruere uoluerit Cæſar:ne nauigari poſſet a Pompeio:quẽadmodũ inquit Xerxes:cum in Græciam traiecit innumerum exercitum:ut quacũq̃ iret fluuios deſiccaret. Vnde eſt illud Iuue.Credit olim uelificatus Athos.item: Epotaq̃ flumina Medo Prãdente. Athos:mons eſt Macedoniæ:altitudinis admirandæ:mari Aegęo ſupereminẽs. Xerxes cũ bellũ Athenienſibus inferret:facto ponte p Helleſpõtũ ex Aſia exercitũ traiecit in Europã:deide hunc mõtẽ Athon defoſſum : partĩ inſulã fecit:partim montẽ reliq̃t:& p mediũ montẽ nauigabile iter fecit per mille & qugentos paſſus: dicit ergo quẽadmodũ mare Helleſpõtũ pontẽ traiecit:& Athõ mõtẽ nauigabilẽ fecit:ita ẽt conatus eſt nũc facere Cæ.ut Põpeiũ clauderet:& Brũduſii obſideret. Tumidũ:ſupbũ:qa minatus ẽ cõpedes Neptuno.Iuue. Ipſum cõpedibus : qui uinxerat Connoſigæum. Aequora.ſ.Helleſponti. Pontibus : ut maria quoque pontibus iungeret.

Athos ubi

¶Inceſſit:

SVLPITIVS

¶ Inceſſit:ambulauit. Helleſponti ra.id mare ſtrictũ:& uelox Helleſpõtus appellaẽ:quo a Tenedo in Propõtidem uſq; uergit:ſic dictus ab Helle ſorore Phrixi illic ſubmerſa.Ferẽ aũt eſſe ſtadioꝝ ſeptẽ. Nõ Eu.Zephyrũq;: nõ metuentes uentoꝝ tẽpeſtatẽ. Cũ ue.ra.In mediũ deferret Athon : cũ montẽ Athõ magna ex parte nauigabilẽ feciſſet. Athos:ſeu Athon mons eſt inter Macedoniã & Thraciã altitudinis admirãdæ a claſſibus Xerxis nauigatus:nã mille & quingentis paſſibus abſciſſus eſt:& pons ſub Strymone fluuio relictus adeo ſubcauus:ut flumẽ curſum ſuper pontẽ cõficeret:& ſub põte mare inundaret. Ora p.hoſtia & exitus portus Brũduſii. Arctantur ca.ne.ſtringunẽ trabibus. Surgit:augeẽ. Tellure no.erant.n.trabes terra cõſtratæ. Cõpreſſa:occupata: & colligata. Vt re.pe.ut apiat mare:& obices ſoluat: nõ cõtra munitiones Cæ.hæc Põ.Naues magnas onerarias:quas i portu Brũduſino dephẽderat,adornabat: ibi turres cũ ternis tabulatis erigebat:eaſq; tormentis: & oi gñe teloꝝ cõpletas ad opera Cæ.appellabat:ut rates perrũperet:atq; opera diſturbaret:ſic quotidie utriq; eminus fundis:ſagittis:reliſq; telis pugnabant: atq; hæc ita Cæ.adminiſtrabat:ui cõditiones pacis dimittẽdas nõ exiſtimaret. Spargat bel. diſſipet bellicas machinas. Plenæ no.plenus uento uelis. Tenſis ru.extẽſis funibus:ut maiori cũ ipetu irent. Rates:naues onerariæ:q̃q̃ ꝓprie ſunt trabes ſimul cõnexæ. Actæ:ipulſæ. Per cla.ma.p mare clauſum.i.portũ ipm. Diſcuſſere ſo.remouerũt e ſuo firmamento. Eſt.n. ſolũ qcqd aliqd ſuſtinet;ut terra:aqua:cælũ.hinc illud : Aſtra tenent cęleſte ſolũ. Faſtigia mo.ſummitates aggeris : & turriũ. Carinis:Põpeianis exituris. Baliſta:tormenti genus:quo haſtæ maiores emittunẽ:dictũ a qđ eſt iacco:qñq; ꝑ inſtr̃o quaſſante muros ſaxeo accipiẽ. Oui.Quã graue baliſtæ mœnia pulſet onus:& in hãc ſignificationẽ Victru.accipit. Torta ia.nõ emiſſa:ſed ĩtenta:& curuata. Iaculata fa.fuſtes ardẽtes:& ſciſſas. Baliſta: quid

Europãq; Aſiæ:Seſtonq; admouit Abydo:
Inceſſitq; fretum rapidi ſuper Helleſponti:
Nõ Eurũ:zephirũq; timẽs:cum uela : rateſq;
In medium deferret Athon:ſic ora profundi
Arctanẽ caſu nemorum : tunc aggere multo
Surgit opꝰ:lõgeq; tremũt ſup ęquora turres.
Pompeius tellure noua compreſſa profundi
Ora uidens:curis animũ mordacibus angit:
Vt reſeret pelagus:ſpargatq; ꝑ ęquora bellũ.
Sæpe noto plenæ:tenſiſq; rudentibus actæ
Ipſa maris per clauſtra rates faſtigia molis
Diſcuſſere ſalo:ſpatiumq; dedere carinis:
Tortaq; per tenebras ualidis baliſta lacertis
Multifidas iaculata faces:ut tempora tandẽ
Furtiuæ placuere fugæ:ne littora clamor
Nauticꝰ exagitet:neu buccina diuidat horas:
Neu tuba ꝑmonitos ꝑducat ad æquora nau(tas:
Præcepit ſociis.iã cœpat ultima Virgo

Vt tẽ.tã.interea nouẽ nauibus a cõſulibus Dyrachio remiſſis:Põ.diſceſſum parauit:obſtructis tñ prius portis:& uicis:plateiſq; ciuitatis:factiſq; foſſis in uiis:in qbus ſtipites acutos ꝑfixerat:& eas cratibus:& terra : æquauerat:quo facilius Cæſaris impetũ remoraret:inde cum ſilentio iuſſit milites naues cõſcendere. Furtiuæ: clãdeſtinæ. Exagitet:repercutiat:& audiaẽ. Neu buc.di.ho.ne uigilũ permutationes ſigno buccinæ fierent:ut moris eſt:nã e ternis in ternas horas alii euocanẽ. Buccina:lituus. Neu tu.neu ſignũ profectionis tuba daretur.

Iam cœ.ul.Vir.duplicis deſcriptio tpis:nã & tps ante Aurorã deſignat:& æquinoctium autũnale:quod eſt circiter octauo calen.Octobris. Tunc.n.Sol eſt in Libra:quam Virgo præcedit. Vltima Vir.ultima pars Virginis.

¶ Admouit: adiũxit. Europãq; A.Se.q;:ephexegeſis eſt:nã Seſtos oppi.in Europa: Abydos in Aſia. Vela raq;.i.uela ratiũ.Endiadis:ſicut Vir.Molẽq; & montes.i.molẽ montiũ. In m.d.a.i.per mediũ montẽ nauigaret. OMNE BON.

Ora.i.hoſtia maris. Arctaẽ.ſ.a Cæ. Caſu n.i.cadentibus arboribus inciſis. Aggere:quia aggerẽ uallo addidit. Tremũt ſ.æ.t. qa fundamẽtũ erat inſtabile:ideo turres:q̃ eminebãt innumerabiles erãt Põ.Cæ.obſidere parabat Põ.in mœnibus Brũduſii:qđ cũ uideret Põ.indigno aĩo ferẽs q̃rebat:qua rõne poſſet erũpere:nec prius deſtitit:q̃ ruptis molibus ſequẽti nocte cũ oĩ exercitu egreſſus eſt. Ora p.i.hoſtia maris. Cõpreſſa:obſtructa. Tellure:aggere. Angit:cruciat aĩum curis:quia pati nõ poſſet ſe incluſum eſſe. Spargat bel.uidelicet claſſe ſua.

Sæpe:ut id faceret ſ iante uẽto:& plenis uelis roſtra in moles illas collidebat:ut rũperet aggerẽ Cæ.& ſtatĩ tormẽtis:fracta mole:iter aperuit:ut exire poſſet. Noto ple.ra.i.uela ratiũ plena uentis. Tenſis ru.quia ſpirãte uẽto tendunẽ rudentes. Diſcuſſere:diſſipauere. Spatiũ ca.ut exire poſſet. Torta.ſ.eſt. baliſta dr̃ inſtr̃m:quo tela maiora iaciunẽ:dictũ .i.a iaciendo. Validis la.quia quibuſdã haſtis torquenẽ:ut intendanẽ: poſtq̃ intenſæ ſunt:remittunẽ. Vt tem.tam.poſtq̃ ſatis rupta moles eſt:Pompeius oẽm exercitum apparatũ eſſe iuſſit: ut ſequenti nocte militibus paratis:nec ullo buccinæ ſonitu excitatis:ſed clam oẽs conuenirent:& ex oppido exirent clam Cæſare. Nec cla.nau.exa.ſ.repercuſſione uocis:quia iuxta littus:ſi quis clamorem ediderit:ſtatiꝫ uox eius repercutiẽ. Neu buc.di.ho.quia noctem in quatuor partes diuidunt.& unaquęq; pars ternas horas continebat:quæ uigiliæ nocturnæ appellabanẽ. Horas:ut primis cuſtodibus ſecundi ſuccederent : tertii ſecundis.

Perducat:ne tuba ſignũ det mouendi caſtra: ut inſciis hoſtibus aufugerent. Iam cœ.ul.Vir.nunc deſcribit tẽpus:quo Pompeius diſceſſit e Brunduſio:aſtronomice.Dicens autũnale fuiſſe æquinoctium:quod fit octauo calen.Octobris:Sole in Libra poſito. Vernale aũt æquinoctiũ fit octauo calẽdas Aprilis : Sole in ariete poſito:dixit ultima Virgo:nã ſignifer circulus:in quo duodecim ſigna continenẽ ita per zonas tripartitas in obliquũ extẽditur:ut curſum Solis continet ipſe circulus:qui zodiacus appellaẽ:ita per zonas uertitur : ut Sol in uno quoq; ſigno menſis unius ſpatium conſumat:ergo diſcendente Virgine:ſequiẽ Libra:chelæ Scorpii Libram faciũt: quo circa ultima Virgo inquit iam cœperat diſcedere:ſubſequẽte Libra.i.chelis Scorpii ſubſequẽtibus:i quibus curſus Solis futurus erat:cum ergo in Libra curſus Solis eſſe cœperat:æquinoctium eſt autũnale:recte ergo ultima Virgo.i.ultima pars Virginis. Cœperat præ.quia cum ſenſim diſceſſerit Virgo:iam ſubſequitur Libra. Vernale æquinoctium quñ fiat

Phœbum laturas ortu præcedere chelas:
Cum taciti ſoluere rates:non anchora uoces
Mouit:dum ſpiſſis auellitur uncus arenis:
Dum iuga curuant̃ mali:dumq; ardua pinus
Erigitur:pauidi claſſis ſiluere magiſtri.
Strictaq; pendentes deducũt carbaſa nautæ:
Nec quatiũt ualidos:ne ſibilet aura: rudẽres.
Dux etiam uotis hoc te fortuna precatur:
Quã retinere uetas:liceat ſibi perdere ſaltẽ
Italiam.uix fata ſinũt:nam murmure uaſto
Impulſum roſtris ſonuit mare:fluctuat unda
Totq; carinarum permiſtis æquora ſulcis.
Ergo hoſtes portis:quas oẽs ſoluerat urbis
Cum fato conuerſa fides:muriſq; recepti:
Præcipiti curſu flexi per littora portus
Ora petũt:pelaguſq; dolẽt cõtingere claſſes.
Heu pudor exigua ẽ fugiẽs uictoria Magn⁹.
Anguſtus puppes mittebat in æquora limes
Arctior euboica quęCalcida uerberat unda.
Hic hæſere rates geminæ:claſſiq; paratas
Excipere manus:tractoq; in littora bello
Hic primum rubuit ciuili ſanguine Nereus.
Cætera claſſis abit ſummis ſpoliata carinis:

SVLPITIVS ❡Chelas:brachia Scorpii:quæ Libram efficiunt. Laturas Phœ.in quibus erat Sol oriturus. Non mo.uo.fo. lent.n.nautæ in anchorarũ euulſione clamare. Dum iu.ma.cur.dum antennę.i.tranſuerſa in malo ligna inclinã tur ad uela aptanda. Pinus:malus ex pinu. Pauidi:ne Cæſariani audirent. Pendentes:aſcendentes: & deſcen dentes per funes. Deducunt car.ſtri.explicãt inuoluta uela. Ne au.ſi.ne ſonitus fiat. Dux: Pompeius. Hoc: hãc rẽ. Vix fa.ſinũt:uix licet fugere:quippe accipiẽtes ſonitũ Cæſariani:& a Brũduſinis p tecta admoniti:ſtatim in oppidũ irruere:& ne in foſſas inciderẽt:moniti lõgo itinere circũducti:ad portũ peruniunt:duaſq; naues cũ mi litibus:q̃ ad Cæſaris moles adhæſerant:ſchalphis: lintribuſq; dephendũt:dephẽſaſq; excipiũt. Roſtris: frõ tibus nauiũ. Sulcis ſoſ.quas naues faciũt. Quas oẽs ſol.Brondiſini.n.Pompeianorũ militũ iniuriis:& ipſius Pompeii contumeliis permoti Cęſaris rebus fauentes: in oppidũ milites admiſere. Fato:fortuna.nam ut cœ pit eſſe ſuperior Cæ.a Pompeio defecere. Cornua:fle xum. Ora:hoſtia:exitus. Pelagus:apertum mare : p qđ fugiebat Pom. Exigua eſt:minima uĩ cũ magna ſit:nam ſemper fugare:& uincere alios ſolitus fuerat.

Anguſtus li.ſtrictus egrediendi terminus. Euboica unda:Euripo. Eſt aũt Euripos mare exiguũ iter Bœotiã:ſeu Phocidẽ Bœotiæ partẽ:& Euboiã inſulã:qđ ſe pties in die fluit & refluit. Seneca in Hercule Oetheo: Euripus undas flectit inſtabilis uagas: Septẽq; curſus: fert,& totidẽ refert.Dũ lapſus Titã mergat Oceano iubar. Euboica uero iſula eſt Atticæ adiacẽs exiguo freto a Bœotia ſepata. Chalcis oppidũ in Euboia oli Oethalia dcm̃. Man⁹:uncos ferreos. Cæ.i cõmẽtariis:ubi de Maſſiliæ oppugnatiõe: Atq; iniecta manu ferrea retẽta utraq; naue. Claſſi : cõtra naues:ut eas caperent.

Euripus qui

Tractoq; ad l.b.pducta ad terrã utraq; naui. Nere⁹: mare.fuit is Oceani & Tethyos filius. Sũmis:ultimis.

OMNIBON. ❡Chelas.i.Librã. Ortu:qa occidẽte Virgine orit̃ Libra:& ſtatim ẽ æqnoctiũ autũnale. Voces m.i. ſonitũ fecit. Vncus.ſ.anchora:nullas uoces fecit:dũ euelleretur. Dũ iu.c.m.ſ.ne ipediri poſſet. Ardua pi.arbor altã nauis. Siluere:ipſi quoq; gubernatores nauiũ taciti ſuũ qſq; offm̃ pfecerũt. Pẽdẽtes:qa pẽdere uident̃ cũ uela detrahũt:& iuoluũt. Stricta c.iuoluta uela. Nec q.u.r.qđ ſolẽt facere nautæ:ſed nõ nũc:ne concuſſæ rudentes ſonitũ redderẽt:& ſibilũ auræ facerent: ſed ſenſim & quiete trahebant. Dux ẽt:Pom.nã ſolũ nõ reſiſtit tibi o fortuna:qa tu uolebas:ut ex Italia diſcederet: ſed ipſe te rogat ſibi licere amittere Italiã i.e manibus Cæſaris aufugere. Quã re.u.tu fortuna uetas Põ.retinere Italiã:& ipſe cõſentit:imo pcibus optat:ut ſit ſibi fas illã penitus amittere. Nã m.u.qa dũ naues i mare pcherent̃: fugẽs ſonitus factus ẽ:adeo ut uigiles Cæſaris excitauerit. Vaſto: p uaſtarũ nauiũ põdere. Fluctuat : qa unda fluctuãs excitauit uigiles Cæſarianos. Permiſtis:cõfuſis. Ergo ho.p.Põ.q pitiſſimus dux erat : exiſtimauit id: qđ futurũ erat:uidelicet ne taciti diſcedere poſſent:ſed hoſtes ſentirẽt:& ipſis cedẽtibus nõ dubitauit fore:ut Brũ duſii oppidani aperirẽt Cæſarianis portas:qa a militibus ſuis nõ ſatis placide tractati fuerãt:ſed fecit:ut p oẽs uicos urbis munitiones opponerent̃:& ſolũ effoderẽt:cratibuſq; teuerẽt ſuppoſita terra:ne hoſtes ſupiores eẽ poſſent:dũ p urbẽ diſcurreret:hiſq; caſtris ipoſitis: & foueis iter eẽt iclusum.Interea ſpatiũ datũ eſt Põpeio & ſuis:ut diſcederẽt. Quas por.ergo qa ſeceſſerat ex portis Pom.cũ exercitu. Petũt:Cæſariani. Cum fa.con.ſi.quia ita fieri ſolet:ut fides mutet̃ cũ fortuna.Oui.Et cũ fortuna,ſtatq;,caditq; fides.ita & qui cũ Pompeio ſenſerãt : cum Cæſare nũc ſentiebãt. Ora pe.noluit dicere diſcurrũt p portus:ſed ora.i.hoſtia. Per cor.quia portus & lingua ubi ſitũ eſt Brũduſiũ:duo cornua quaſi porrigit:& portũ efficit:& ut inquit Stra.Brũduſii portus ſua excellentia pſtat.Multi.n.ore uno portus includunt̃:qui nulla fluctuũ agitatione perturbant̃: cum in terra ſinus excipiãt:ut forma ipſa cerui cornibus ſimillima ſit:unde & nomen inditũ eſt.locus.n.cũ urbe ceruino capiti maxime eſt comparandus:nã lingua Meſapiorũ Brunduſiũ caput cerui uocat̃. Dolent.ſ.Cæ.q claſſes mare obtinuerant. Heu pudor:Cæ.parua uictoria uidebat̃:q Pom.fugerat. Anguſtus:dicit quia munitionibus occluſus erat portus molibus:& relictus erat limes anguſtiſſimus exeundi:dicit ergo:q Brunduſii portus Cæſa.adeo exiguus erat:ut naues exire non poſſent:ſed pauloport duæ naues exire non potuerũt:q̃ a Cæ.captæ fuerũt. Limes:anguſtę fauces molibus Cæ. Calcida:eſt urbs Euboiæ:cuius maris hoſtiũ anguſtiſſimũ eſt.i.arctiores fauces erant:q̃ unda quæ uerberat: pulſat: & inundat Calcida. Hic:in anguſtis faucibus. Paratas.i.eorũ: qui parati erant contra claſſem. Excipere.i.milites ad obſidionem parati comprehendere eas duas naues:aut per manus harpagonas intelligit. Hic primum rubuit:unda maris primum rubuit multis occiſis:cum ſe defenderent. Nereus:ideſt mare. Cætera claſſis abit:quemadmodum inquit per Symplegades Iaſon cum Argonautis pertranſit:ut puppi cõprehenſa:cætera nauis incolumis euaſerit:ita claſſis Pompei eſt emiſſa in extremis anguſtiis.

❡Vt pagaſæa

¶ Vt pagaſęa ratis:ſic euaſit inquit:ut Argo cum præteriſit inter Cyanęas:quæ in puppe læſa reliqua parte ſalua fuit. Pagaſęa:Theſſalica.Pagaſa.n.oppidum eſt Theſſaliæ:in quo regnabat Pelias Aeſonis frater: & Iaſonis patruus.Oui.Iamq; fretum Myniæ pagaſęa puppe ſecabant. Phaſidos undas.i.Colchon ad Phaſidem fluuium pro aureo uellere. Tellus:terra irata nouis nautis cautes immiſit:ut nauim tranſituram rolliderent. Cyaneas:Cyaneæ duæ ſunt inſulæ uicinæ & paruæ in ponto contra thracium boſphorum:quæ quia olim cōcurrere creditæ: dictæ ſunt ſymplegades.i.concurrentes. Cautes:inſulas ipſas ſaxoſas. Argo:nauis Iaſonis:ſic ab artifice appellata:habetq; genitiuum Argus. Minor puppe:diminuta ultima parte. Subducta montibus:liberata a cōcurſu montium. Vana Symplegas:Cyanea inſtabilis: uel nihil nocens concurrendo. Repercuſſit pontum: colliſit mare:non nauim. Inanem: refluentem. Statura: permanſura : non enim ſe mouit amplius. Iam Phœbum:iam orientis color mutatus: Solem aduentare indicabat. Non idē clarior:& diuerſus a nocturno. Nondum rubet: primum .n. albeſcit : cum rubet Aurora. Eripit flammas:obſcurat ſplendorem. Proprioribus: quo.n.uiciniora ſunt Soli: eo citius deſinunt apparere. Pleias:ſynecdoche.i.Pleiades:quæ fuere ſeptem Atlantis filiæ : Sterope: Alcione: Celeno:Maia: Electra: Taygete : Merope : ut in quarto Faſtorū ſcribit Ouidi. Hebet:eſt debili nitore. Plauſtra Bootæ: currus arctophylacis.i.cuſtodis urſæ.Cl. Arctophylax uulgo:qui dicitur eſſe Bootes. Feſſi:quia aratoris more cum labore iam gyrum pegit : mane.n.in orientem conuerſus eſt.libro ſuperiore dixit Parrhaſis obliquos Elyce cum uerteret axes. Languentia:minus conſpicua. Redeunt:redire icipiūt. Puri:clari:ſereni. Maiores: ut planetæq; & ſignorum lucidiores. Lucifer: ſtella Veneris: q̄ ultima euaneſcit. Pelagus : querela: quæ habet uarios affectus:a fortuna:a q̄litate rei:a perſonis: a loco. Non ferens ea fata : non ea cū felicitate nauigans. Prædonem : Cilicas. Laſſata: defatigata: & faſtidiens. Deſtituit:deſeruit illa fata:uel te. Coniuge:Cornelia. Natis:Cneo,& Sexto. Penates:familiam. Ingens: magnæ auctoritatis ob comites. Populis comitantibus: exercitu:& oratoribus populorū.

SVLPITIVS Pagaſa obi Cyaneę quæ

Vt pagaſæa ratis peteret cū Phaſidos undas:
Cyaneas tellus emiſit in æquora cautes:(go:
Rapta puppe minor ſubducta ē mōtibus Ar
Vanaq; percuſſit pontum Symplegas inanē:
Et ſtatura redit.iā Phœbum urgere monebat
Non idem eoi color ætheris: albaq; nondum
Lux rubet: & flāmas ꝓprioribus eripit aſtris:
Et iam Pleias habet: flexi iā plauſtra Bootæ
In faciem puri redeunt languentia cæli:
Maioreſq; latent ſtellæ:calidumq; refugit
Lucifer ipſe diē:pelagus iam Magne tenebas
Nō ea fata ferens:quæ:cum ſup æquora toto
Prædonem ſequerere mari: laſſata triumphis
Deſtituit fortuna tuis:cum coniuge pulſus
Et natis:totoſq; trahens in bella penates:
Vadis adhuc īgēs populis comitātibus exul.
Quæritur indignæ ſedes longinqua ruinæ.
Nō quia te ſuperi patrio priuare ſepulchro
Maluerint:phariæ buſto damnantur arenæ:
Parcit Heſperiæ. ꝓcul hoc ut ī orbe remoto
Abſcondat fortuna nefas:Romanaq; tellus,
Immaculata ſui ſeruetur ſanguine Magni.

Pleiades quot

Quæritur: reddit rationem : cur fata Pompeium exulare uoluerint : non quidem odio : ſed ne Italia tanti uiri ſanguine inficeretur. Ruinæ indignæ : morti indecenti. Sedes longinqua : remotus locus. Patrio : Italo. Phariæ:ægyptiacæ:a Pharo inſula. Parcitur Heſperiæ:ſeruatur immunis Italia. Nefas:cædem tuam. Sui: quem tantopere amauit:& coluit:a quo eſt uictoriis:ædificiis:ſpectaculis:& triumphis ornata.

¶ Pagaſęa:ratis Argo: quia Iaſon Colchos ad rapinam aurei uelleris nauigauit. Pagaſa aūt oppidum fuit Theſſaliæ : ab ubertate fontium nomē habens:nā   ſignificat fontē:huic adiacet ſinus Pagaſicus: ex quo Iaſon nauē deduxit in altum.Quidā inepte legerunt Pegaſea a monte: quorum error manifeſtus : nam p̄terquam quod ſyllaba prima repugnat:Pegaſus mons in Theſſalia nuſq̄ in geographis apparet. Peteret undas Phaſidos: ideſt cum nauigaret Colchos: nota quidem fabula.Aeſon & Pelias fratres fuere,& reges Theſſaliæ.Pelias filias tantum habuit:Aeſon uero unū filiū Iaſonem.Pelias ſub ſpecie gloriæ filiū fratris parabat exponere periculo:q: uidebat poſt mortem ſuā fore:ut ī regnum ueniret nepos:tandem Iaſon a Pelia excitatus ad Colchos ꝓfectus eſt ad tollendum uelus aureum:de quo fata reſponderant:ubicūq; illud eſſet:futurum illic imperium orbis terraꝝ: nauigauit igitur ad inſulam Colchos: unde neceſſe erat per anguſtas Symplegades una cum Argonautis tranſire:Symplegades ſunt duo ſaxa in ponto Euxino: quæ ab utroq; latere concurrebant : & in locum ſuū redibant: non ſine ratione finxerunt hoc poetæ:quoniam paruo diſcretæ interuallo:ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur:pauluumq; deflexa acie coeuntium ſpeciem præbebant:nam fieri ſolet:ut quanto magis appropinquatur: tanto magis aperire uideantur ; unde dicuntur a uerbo græco   :ideſt percutio, & colliſo . Iaſon igitur cum tranſiret Symplegades:dicuntur concurriſſe:ſed ipſe celeri remorum impetu:cum naue elapſus eſt: extrema tamen puppe comprehenſa : & mutilata:ſic nauis Pom.per anguſtias portus aufugit:relictis aliis. Emiſit in æquora:ideſt tellus utrunq; latus emiſit. Cyaneas:ideſt Symplegades:nam Cyaneæ: etiam Symplegades appellantur. Cautes Cyaneas : ideſt utrunq; latus : ſcilicet dextrum & ſiniſtrum. Montibus:ideſt ex illis cautibus: & ſaxis concurrentibus. Minor : quia minor poſtea egreſſa eſt. Vana:quia non fregit nauem:ſicut uoluit. Inanem : ſine naue. Statura redit : quia indignata eſt Symplegas:& noluit amplius concurrere:ſed nunquam mota eſt in littore. Iam Phœbum : iam inquit Aurora fulgebat : quæ relicta inferiore hemiſperio ſignificat aduentare diem & Solis ortum. Non idem eoi color,: qui fuerat tota nocte : quia incipiebat clareſcere. Eoi: orientalis. Vrgere : inſtare. Albaque nondum Lux rubet : ideſt nondum dies erat : ſed ſtellæ incipiebant iam langueſcere; quia ſuperueniente Solis ortu langueſcit lumen ſtellarum. Propioribus aſtris : ſtellis propinquio-

OMNI BON.

Aeſonis fabula

ribus:nam propinquiora ortu Solis primo langueſcunt. Et iam pleias habet:ſtellæ enim ſuperueniente Sole in cæli colorem mutari uidentur:ideo dicit plauſtra Bootæ flecti:quæ uertuntur circa polum arcticum. Languē tia:obſcura. Maioreſq̃ la.ſtel.ſenſim dicit primo ſtellas propinquiores luci Solis euaneſcere:& deinde maiores ſicut ſtella Mercurii:& aliorum planetarum. Lucifer ip.di.Lucifer:quamuis ſit maior cæteris ſtellis:unde a luce appellatur:tamen & ipſe euaneſcere cœperat ſuperueniente Sole. Pelagus iam ma.te.hoc eſt oriente Sole ſine ullo periculo ſecurus cum tota claſſe nauigabas. Non ea fa.ſe.non erat inquit ea fortuna tibi: quæ quōdam fuerat:cū perſecutus es pyratas:tūc eni tibi:rebuſq̃ tuis aſpirauit:ut duoꝝ menſiū ſpatio mare imenſum:q̃ pyratæ infeſtum reddiderant:paccaueris. Fortuna laſſa.i.fatigata:quia pene ad ſatietatem uſq̃ triumphauerat. Deſtituit.ſ.te. Cum con.pul.nunc per idem mare pulſus fugis cum uxore:natis:& ſenatu, po.q̃ Ro. Coniuge: Cornelia filia Scipionis. Natis:Cneo & Sexto Pomp.

Penates.i.uniuerſam familiam. Ingens exul: q̄uis ſis exul:tñ ingens:uidelicet populis comitantibus te. Quęritur indignæ:cauſam cur longius ab Italia diſceſſ.ſis: credo hanc fuiſſe.ſ.ne ducem ſuum uictum in regione ſua conſpiceret:ſed procul tantum ducem:qui de te bene meritus fuerat indigna morte affici uoluerit:conſpiciat.i.ſit ob hoc:quia ſuperi maluerint ne in patria ſepeliaris. Phariæ bu.quia loco ſupplicii fuiſſet Italia:ſi i ea tam indigna morte afficereris:ideo Deoꝝ in Aegypto uoluntate procul ab Italia occidiſti. Parcit Heſ.Italię: ne uideat ducem ſuum laceratum. Orbe remoto: i Aegypto. Immaculata:nō polluta ſanguie ducis ſui Pō.

SVLPITIVS Ropulit.Poeta in fictionibus tarus: concinnus tñ & modeſtus Pom.nauigantem : ubi Italiam pꝛæ diſtantia amplius uidere nō potuit : per quietem uidiſſe Iuliam querulam fingit: q̄ admonēs ipm affinitatis:futurā populoꝝ cædē:& ipm in bello ciuili Corneliæ cōiugis fato perituꝝ denūciat. Vt Au.in.poſtq̄ meridianus uentus ſuperueniens. Cedētibus:ipulſu pcedētibus. Propulit:pcul pepulit. Profundū:mare. Ionius flu.Ionium mare a Sicilia icipit,& in Ioniū uſq̃ ptendit:ptes habet Adriacum:Achaicum:& Epiroticum. Flexit:remouit:& declinauit. Patrios: Italos. Nunq̄ reditura ad uiſus: poetę præſagio eſt. Cacumen:montium ſummitates: quæ nubibus ſolent obduci. Vaneſcere:non amplius uideri : & tanq̄ uanos fieri. Languida:debilis: & feſſa uigiliis:& curis ſuperioribus. Horroris:terroris.

OMNIBON. Ropulit ut claſſem.Hic tertius liber hæc cōtinet: primo quēadmodum Iulia Pomp.cui in ſomnis apparuit,exterret:deinde quomodo Cę.demandata Curioni rei frumentarię cura:ſpoliat ærarium:poſtea Catalogus fit populoꝝ: quos Pom.contra Cæ.armauit:ſubſequenter Cæſ.Petreium & Afranium in Hiſpania petēs : Maſſiliam oppugnare conſtituit:& huic bello Decium Brutum præfecit.Primum Iulia deſcribitur:quæ in ſomnis terreat Pom. Solus Magnus non flexit:hoc fieri ſolet:ut homines ſatiari non poſſint ea intuendo : q̄ ſibi cara ſunt ſic hoc loco facit Pomp.nam ex Italia nauigans cū uniuerſa claſſe alii alia loca ſpectabant:ſolus Pompe.nunquam oculos ab Italia deflexit. Auſter.i.uentus meridionalis. Velis cedentibus : quia uentis uela cedunt: cum inflantur. Nunquā reditura:quia nunquam poſtea rediturus erat in Italiam. Cacumē:cacumina mōtium:quia in cacumine montis reſidere uident̃ nubes.

Dubios:quia primo quidē incertus erat : uideret nec ne.ſed cū atq̃ magis receſſerat:euaneſcebant:donec nihil uiſo uidere poſſet. Inde ſo.poſt hæc(ut ferme fit)ex languore ſomnos irrepſit:ná ſi quis feſſus ē calore:& frigore:ex ipſa ſollicitudine i ſomnū reſoluit̃:ſicut nūc Pō. Dixi tū:uix Pō.ſōnus iuaſerat:cū ſtati Iulia Pō.olī uxor in ſomnis uiſa ē ſibi obſeruari:minaciter in uerba prūpens,



¶In tertium Lucani Librum Sulpitii Argumentum.

Tertius exponit fugientis ſomnia Magni:
Atq̃ ut Trinacrias eſt Curio miſſus in urbes:
Brunduſio reditum deſcribit Cæſaris:inde
Prædanti fiſcum:cui uult obſtare Metellus.
Hinc populos Magnum qui ſunt in bella ſecuti:
Vtq̃ iter accelerans Hiſpanas Cæſar in oras:
Maſſiliam fidam uexat:terraq̃:mariq̃:
Moxq̃ abiens Bruto uictori bella relinquit.

M.ANNEI LVCANI CIVILIS BELLI LIBER TERTIVS.

Ropulit ut claſſem
uelis cedētibus auſter
Incumbens : medium
que rates tenuere profundum:
Omnis in Ionios ſpectabat nauita fluctus:
Solus ab Heſperia nō
flexit lumina terra
Magnus:dū patrios portus : dū littora nunq̄
Ad uiſus reditura ſuos:tectumq̃ cacumen
Nubibus:& dubios cernit uaneſcere mōtes.
Inde ſoporifero ceſſerunt languida ſomno
Membra ducis:diri tū plena horroris imago

¶Per ter.

¶ Per ter.hiā. uidebaſ.n.ſeſe aperire terra:& inde egredi Iulia.appoſitio eſt. Furialis:irata:& in furiæ ſimilitudinē. Accēſo:uidebaſ.n.ardere:aut affixis facibus collucere. Eliſiis:Eliſiia loca ſunt aiaꝝ beataꝝ:& nil aliud interp̄taſ q̃ hortis:ſunt aūt in inſulis fortunatis:ſiue,ut alii uolūt,in ima terra. Ad ſty.te.ad tartara:ubi cruciant ſceleſti.Styx palus inferni eſt.& eiuſdē in Arcadia nois:q̃ epota illico necat. Eumenides:furias,:q̃ ſic a cōtrario appellanſ:q̄ beneuolæ non ſint. Lāpades:faces:quibus uos in bello ciuili uexarent. Innumeras pu.per has indicat innumeros morituros:q̄m una cymba ad eoꝝ aias uno tpe exportandas nō ſatis eſt. Portitor:Charō: qui uehit aias. Portitor is dr̄,qui exigit uelaturā in flumine & in portu:& qui portat.ut Lāguet hyperboreæ glacialis portitor urſæ:& abuſiue,ēt q portaſ:ut Seruio placet. Laxanſ:dilatanſ:ut ſint capacia. uel laſſanſ:ſatiganſ:oēs.n.manes ad puniēdas aias ſeſe ꝑparāt: & per hoc accipimus oēs:q bella ciuilia gerēt in tartara cruciandos. In mul.pœ.in multoꝝ ſupplicia. Acherōtis: Acherō flu.in inferno:q ſine gaudio iterp̄taſ.hūc aliq igneū:aliq ex igneo Phlegetōte oriri uolūt:ē hoc noie alter in Epiro:eſt & ad Elidē tertius:q Peneū ingrediſ. Sorores:tres Parcæ:Cloto,Lacheſis,Atropos: q̃ fila amputādo hoibus uitā eripiūt:q̄q̄,ut ille inq̄t,Clotho colū baiulat:Lacheſis trahit:Atropos occat. Laſſant: defatigāt. Cōiuge me:Corneliā i odiū eius adducit:diuerſum utriuſq; fatū cōmemorās. Toris:cū uxore.Nā duxiſti Corneliā:q̃ eſt ſuis maritis pnitioſa: fuerat aūt P.Craſſi filii uxor:q cū p̄re:& toto exercitu bello pthico cecidit apud Carras. Pellex:pellex, ut Flaccus ait, ea eſt:q̃ cū eo,cui uxor ē,corpus miſcet: dr̄q; pellex nō uiri.Maſſurius eam dicit:q̃ ꝑ uxore eſt:cū nō ſit: & ſic hoc loco accipiſ:reſpectu.n.amoris & pietatis ſuæ in Magnū Iulia Corneliā pellicē dicit:q̄ mariti amorē ab ipſa ad ſe euertit. Buſto te.me mortua recenter:& adhuc tepido loco:in quo ſum cōbuſta: iprobatq; Pō.feſtinātiā ad nuptias nouas nō ſuato luctus legitimo tpe mēſiū decē. Hæreat:licet tecū aſſidue ſit:tñ nō poteris mei noctu te uexātis cura dormire. Et nul.ue.& nō ſit uobis ſpatiū incūbēdi q̄eto amori: cū Cæ.die: ego noctu te uexē. Obliuia ripæ lethææ:animæ iam purgatæ Lethæum fluuium potare dicuntur:ut præterita obliuiſcantur. Virgi.Lethæos latices: & longa obliuia potant.Eſt autem Lethæ in inferno fluuius.eſt & eiuſdem nominis in Africa apud extrema ſyrtium

SVLPITIVS

Eliſii ubi

Portitor qui

Pellex q

Viſa caput mœſtum per hiantes Iulia terras
Tollere:& accenſo furialis ſtare ſepulchro.
Sedibus Eliſiis:campoq; expulſa piorum:
Ad ſtygias inquit tenebras:maneſq; nocētes
Poſt bellum ciuile trahor.uidi ipſa tenentes
Eumenidas q̃terēt quas uris lāpadas armis.
Pręparat innumeras puppes Acherōtis aduſti
Portitor:in multas laſſantur tartara pœnas.
Vix operi cunctæ dextra ꝓperante ſorores
Sufficiunt:laſſant rumpētes ſtamina Parcas.
Coniuge me lætos duxiſti Magne triūphos:
Fortuna eſt mutata toris: ſemperq; potentes
Detrahere in cladem fato damnata maritos.
En nupſit tepido pellex Cornelia buſto.
Hæreat illa tuis per bella:per ęquora ſignis:
Dū nō ſecuros liceat mihi rumpere ſomnos:
Et nullum ueſtro uacuum ſit tempus amori:
Sed teneat Cæſarq; dies:& Iulia noctes.
Me non lethææ coniux obliuia ripæ
Immemorem fecere tui:regeſq; ſilentum
Permiſere ſequi.ueniam te bella gerente

Perſes:rex Macedonũ:quẽ uicerat Paulus Aemilius:& captiuũ cũ magnis opibus in triumphũ duxit. Præda Philippi:nam L.Quintius Flãminius Philippũ regẽ Macedonũ uicit. Præda.ſ.dederat. Quod ſ. auorum eru ſ.

Pyrrhus:rex Epirotarum:qui a Tarẽtinis accitus in Italiã cũ aliquot equitibus uenerat:bellũ po.Ro.intulit:& ſępe uictor euaſit:tandẽ uirtute & cõtinẽtia Fabritii uictus ex Italia decedere coactus eſt:& ipſe reliquit aliqd p̃dæ po.Ro.ad hoc uſq; tp̃s ſeruatã. Fuga trepidante:nã trepidus ex Italia fugit. Quo uendidit re. quia Fabritius cũ miſſus eſſet legatus ad Pyrrhũ:q Tarenti erat:Pyrrhus Fabritii uirtutẽ eſt admiratus: iam.n.ante ẽt medicũ regis auerterat:qui capto p̃mio ſpondebat ſe necaturũ eſſe regẽ:tẽtauit quoq; Pyrrhus magnis p̃cibus pollicere Fabritiũ:& ſi ſecum uiuere uellet:ipſum inter primos habiturũ:& cũ eo oẽ ſuum regnum cõicaturum:Fabritius aũt oẽs pollicitationes Pyrrhi contempſit:ideo dicit aurum illud diripi a Cæſare:quo auro Pyrrhus rex Epirotarum non potuit emere Fabritium. Fabritius nõ uẽdidit:quia ſi aurum accepiſſet: imperiũ oppreſiſſet. Quicqd parcorum:eruitur ẽt oẽ aurum:qđ parſimonia antiquorum cõgeſtum:& cumulatum fuerat. Quod dites Aſiæ populi:deuicto rege Anthiocho:nam tunc tributaria facta eſt Aſia populo Romano:& inde magna uectigalia exigebantur. Metello.ſ.cretico:nam Cretam deuicit:unde & cognomen accepit. Minoa.i.quæ quondã fuit ſub imperio regis Minois. Cato longinqua:Ptolomeus rex Cypri magnum theſaurum ſeruabat:& po.Ro ueritus: ne magnitudine pecuniæ magnum aliquod periculum urbi Romæ inferret:ſtatuit pecuniam regi auferre. Rex cum audiuiſſet,Catonem in Cyprum mitti:ut aurum ſuum auferret:q; in eo ſpem omnem repoſuerat: tanta aũt ægritudine affectus eſt:ut ſibi mortẽm conſciuerit.Cato cum aurum illud accepiſſet:ſumma diligentia & integritate Romam aduexit:illudq; in ærarium repoſuit. Tunc orientis opes:Cæſar diripuit ultima ſpolia:quæ in ærarium Pompeius repoſuerat:ſubactis orientis regibus. Orientis opes.ſ.eruũtur.eſt enim zeugma ab inferiori. Captorum regum:Ariſtoboli:Mithridatis:Tigrannes regis Armeniæ & filii ſui:quos captos in triumphum duxit Pompeius: & Mithridatis regis ponti opes multæ ac pretioſæ in ærarium a Pompeio repoſitæ fuerant.

Ptolomei mors

SVLPITIVS

℄Gaza:ſermo perſicus eſt:diuitiaſq; ſignificat. Vltima:ex remotiſſimis regibus. Prælata eſt triumphis:quę præceſſit curribus Pompeii:qualis fuit Tigrannis:Mithridatis:Ariſtoboli:& reliquoꝝ. Triſti:triſtanti ciues. Pauperior:minus diues:ab illo comparatiuū. Interea:populos:qui ad fauendum Pōpeio tam ab eius filio:q̄ a conſulibus ſunt excitati: poeta commemorat:eo ſeruato ordine:ut primum Europeios:inde Aſiaticos:poſtea Afros cōnumeret. Fortuna Magni:Pompeius a fortuna uexatus. Vrbes caſuras:populos perituros. Proxia: uicina Dyrrachio:ubi Pomp.erat. Amphiſa:oppidū eſt in Phocide:ut Pli.docet.Phocis uero regiuncula iuxta Parnaſum.Oui.iii.i.met.Separat aonios attæis Phocis ab aruis Terra ferax. Manus:multitudines. Cyrrha: oppidum in Phocide ad ipſum pelagus ſitum ſub rupē Cyrphin:ideoq; ait ſcopuloſa.i. ſaxoſa. Vtroq; iugo: habet.n.duo cacumina Parnaſus.Oui.Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus. Bœotii: Thebani. Bœotia dicta a boue: quam indomitam Cadmus adueniens immolauit.Eſt aūt uicina Atticæ: quidam & ſub Attica comprehendunt. Cephiſos:amnis in Phocide perfluens Delphos:ortus in Liłæa urbe quondā. Fatidica:q: Delphis eſt Apollinis oraculum. Dirce: fons ad Thebas: in quem Dirce Lyci uxor cōuerſa eſt. Cadmea: Thebana. Thebas enim condidit Cadmus.

Amphiſa ubi

Bœotia unde

Quæ Pōpeianis prælata eſt gaza triumphis:
Egeritur:triſti ſpoliantur templa rapina:
Pauperiorq; fuit tunc primū Cæſare Roma.
Interea totum Magni fortuna per orbem
Secum caſuras in prælia mouerat urbes.
Proxima uicino uires dat Græcia bello.
Phocaicas Amphiſa man⁹.ſcopuloſaq; Cyrrhas
Parnaſuſq; iugo miſit deſertus utroq;.
Bœotii coiere duces:quos impiger ambit
Fatidica Cephiſos aqua:cadmeaq; Dirce:

OMNIBON.

℄Prælata gaza.i.quę eſt pmiſſa:& ante latā:nā pcedere uidebant captiui:& ſpolia captoꝝ regū pmittebantur in pōpam triūphi. Tēpla.ſ.Saturni. Triſti rapina:ab effectu:q̄ triſtes facit ſpoliatos. Pauperiorq; fuit:& quo die Cæſar ærariū po.Ro.ſpoliauit:ditior urbe Roma fuit. Interea totum:in hoc capite continetur catalogus gētiū:& populoꝝ:qui Pōpeio cōiuncti ſunt aduerſus Cæſarē:nā filiū ſuū Cn.Pompeiū & cōſules miſerat in Aſiā:qui oēs undiq; gētes cōducerent in bella.Appianus Alexādrinus refert:Pōpeio affuiſſe oriētis nationes oēs magno numero:partim in equis:partim pedeſtribus ſuffultas copiis:e Græcia Lacedæmonios ſub propriis diſtributos regibus:& ex Pelopōneſo alios.Bœotii præterea cū ipſis aderāt:& Athenienſes in caſtris ex Græcis:quicūq; in circuitu maris orientem uerſus incolunt: fere omnes ad eum uenerant:Thraces: Helleſpontici: Bithinii: Phryges:Iones:Lydii:Pamphilii:Piſidæ:& Paphlagones:Cilicia ad hæc:& Syria:Phœniceq;:& Hebreorum gentes: Arabeſq; his finitimi.Cypri inſuper:& Rhodii:& Cretenſes funditores:& inſulares alii conuenerant:& reges:ac Dynaſtæ auxilia ſecum afferentes.Deiotarus orientalium Galatarum Tetrarcha:Ariarathes Cappadocū rex.Armenios intra Euphratem incolentes Taxiles princeps adduxerat.Armenios uero ſupra Euphratem Megabathes Artapi regis præfectus:alii præterea inferiores potentia Dynaſtæ ad belli laborem una ſe contulerāt: feruntur & ex Aegypto naues.lx.ad illum perueniſſe:ex Aegyptiis regibus Cleopatra:fratre puero. Verum hæ quidem bello minime interfuere:non.n.aliæ naues ad id acceſſerant:ſed Corcyræ in otio cum cæteris degebāt: quod a Pompeio minus prudenter factum exiſtimatur:q̄ claſſem neglexiſſet:qua longe præpotens omnem:qui ad hoſtes ferebatur,commeatum:facile auferre potuiſſet.Cæſari uero affuere equites Celtæ:ac Celtarum:qui ſupra alpes incolit numerus fere alios:Græcorum ad hos auxilia acceſſerunt:Dolopes:Arcanes:Aetoli.Cęſar duo ſupra.xx.milia habuiſſe fertur:inter quos equites circa mille annumerant.Pompeiū bis totidem ſecuti ſunt: in quibus ſeptē milia equitū fuere: q aūt ueriſimilia loq exiſtimant:ſeptuaginta milia Italoꝝ hoc ꝑlio in unū cōcurriſſe memorāt:qui minorē numeꝝ deſcribunt.lx.milia:qui rē in maius extollunt quatercenta milia extitiſſe aiunt.Hoꝝ ſexcuplū Pōpeio:alii tribus ex partibus duas illi aſcribunt:hæc paulo altius repetiimus:quia cognitu digna ſunt. Caſuras urbes:metonymia pro populis:qui in urbibus continent. Caſuras:gentes,quas ſecum habebat Pompeius,Cæſar in Theſſalia ad internitionem prope cecidit. Veꝝ,ut idem Appianus refert, ex Pompeii partibus ſenatores decem ceciderunt:quoꝝ e numero fuit L.Domitius olim Cęſari in Gallia ſucceſſor deſtinatus:in Corphinio captus:ab eo dimiſſus:eqſtris ordinis ad quadraginta ex illuſtrioribus: ex reliquo aūt exercitu:qui rem in maius extollunt:quinq; ſupra uiginti milia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius Pollio:q ſub Cæſare ea in pugna dimicauit:ſex milia ex Pompeii exercitu interiiſſe ſolum ſcribit. Proxima:ex his urbibus: quæ auxilia Pompeio attulerant:dicit primo de Græcia. Proxima: propinquæ Italiæ. Vicino bello.i. ciuili bello:quod haud procul geſtum eſt. Phocaicas:urbes Phocidis eſt Amphiſa, teſte Strabone, ideo Amphiſa: ideſt populi:qui circa hanc urbem habitant:auxilia dant Pompeio. Scopuloſaq; Cyrrha:Cyrrha urbs uetuſta eſt ad mare Phocēſium locata ſub Cyrphin rupem Parnaſi. Stra.recte ergo ſcopuloſam dicit. Parnaſos: mons eſt Phocidis decantatiſſimus:Baccho dedicatus & Apollini: ut auctor eſt Macrobius: in ſeptentrionem flexus uſq; ad Oethios & Aetolios montes. Vtroq; iugo:ſignificat ueniſſe Locros:Ozolas:& Delphos:qui homines habitāt Parnaſum. Habet enim Parnaſus duo latera: alterum in meridiem uergens:in quo Delphi. Alterum in occaſum proſpectans:in quo habitant Locri & Ozolæ:ut ſcribit Strabo:ideo Lucanus reſpiciens montis ſitum qui bifidus eſt:utroq; iugo dixit.Nam qui Heliconem & Cytheronem colles aſſignauerunt Parnaſo:erroris ſui excuſationem nullam inuenient Sunt enim a Parnaſo ſeiuncti:quod patebit uetuſto coſmographo diligentius inſpicienti. Bœotii:præterea etiam Bœotii duces. Coiere:ideſt conuenerunt ad Pompeium: & qui fuerūt declarat uidelicet. Quos impiger ambit Fatidica Cephyſos aqua:fatidica.i.iuxta quem fluuium eſt templum fatidicæ Themidis. Cephyſos.fluuius eſt Bœotiæ e Liłæa urbe ortum habens:in cuius amnis marginibus Themidis templum fuit:quæ fata liſitantibus dabat. Cadmeaq; Dirce: Thebas urbem Bœotiæ: quam condidit Cadmus.Dircen appellauit Lucanus:a fonte Dirceo:qui ante Thebas eſt:pro urbe fontem ipſum ponens.

Quę nationes Cæſarē & Pōpeium ad bella ciuilia ſecutę fuerint

SVLPITIVS

¶ Piſęq; manus: Piſa in Achaia oppidum: ad quod eſt amnis Alpheus: qui Helidis fluuius in Siciliam exit. Vir. Alpheum fama eſt huc Helidis amnem Occultas egiſſe uias ſubter mare: qui nunc Ore Arethuſa ſuo ſiculis confunditur undis. Arcas: Arcadiæ populus: qui & in Attica eſt: & præſertim mediterraneam tenet. Męnala: montes arcadiæ. Trachinius: Trachin Bœotiæ ciuitas Tetheæ nomine ſimilis Phocenſi: exigua ſane: eius ciues Trachinii uocant. Strabo ait. Oethē herculeam: montem inter Theſſaliam & Macedoniam: rogo, ſepulchroq; Herculis clarum. Theſproti: in Epiro populi ſunt. Dryopes: etiam in Epiro: ut Pli. docet. Sunt & qui dicant iuxta Parnaſum eſſe. Sellæ: metonymia: oppidum in Epiro. Quercus ſilentes: Dodoneas quercus intelligit: in quas duæ columbæ deſcendere ſolitæ dabant reſpōſa petentibus. Ibi dodonei Iouis tēplū illuſtre oraculo. Silentes iō dicit: qa colūbarū altera Delphos: altera uero i Africā ad Hāmonē ſe contulit: & hic amplius reſpōſa nō dabāt. Vertice chaonio: monte Epiri. Chaones Epirotæ dicti ſunt a Chaone fratre Heleni. Virgi. Chaoniāq; oēm troiano a Chaone dixit. Delectus: electio militum: & iterū ſepe te: quis delectus. Exhauſit: uacuauit: uel qa q̄ plurimi in bella ſe cōtulerunt: uel qa tunc populoſa nō erat. Athenas: oppidum in Attica.

Trachi quæ

Piſęq; manus: populiſq; per æquora mittēs
Sicanius Alpheus aquas: tūc Mænala liquit
Arcas: & Herculeā miles trachinius Oethen.
Theſproti: Dryopeſq; ruūt: q̄rcuſq; ſilentes
Chaonio ueteres liquerunt uertice Sellæ.
Exhauſit totas quamuis delectus Athenas:
Exiguæ Phœbea tenent naualia puppes:
Treſq; petunt ueram credi Salamina carinæ.
Iam dilecta Ioui centenis uenit in arma

Chaões qui

Tenēt naualia: remāſerūt ī Pyreo portu: ubi Athenienſiū naualia ſūt Phœbo dicata a Minerua: q̄ Marti ariopagū ēt dedicauit: & arces ſibi retinuit. Petūt credi: uolūt exiſtimari: ſunt enim inſtar urbi magnæ. Verā Salamina: uerā oppidum. Salamis: q̄ & Salami dr̄. Inſula eſt, & oppidū in euboico mari cōtra Athenas: i q̄ Telamon Aiacis, Teucriq; pr̄ regnauit. Alia ī Cypro condita a Teucro: q amiſſo fratre noluit ad patrem reuerti. Horatius: Nil deſperandū Teucro duce: & auſpice Teucro: Certus enī promiſit Apollo Ambiguā tellure noua Salamina futurā.

¶ Piſęq; manus: Piſa & Elis Arcadię ciuitates fuerunt iuxta Olympum montem: ubi olympica certamina in honorem Iouis celebrabant. Sicanis Alpheus aquas: hoc dixit ſecundum fabulas, & rei ueritatem. Fabula eſt: q Alpheus amnis uiderat in undis ſuis Arethuſam nympham poſt ſudorem uenationis ſe lauantem: quam uiſam ſtatim amauit: q̄ cum illi aduerſaretur: hanc uiolare uoluit: illa in fugam cōuerſa eſt: quæ diu e manibus illius elapſa: tandem cum uinceret ab Alpheo: ſupplex Deos rogauit: ut ſui misererent: & ſtatim cōuerſa eſt in fontem ſui nominis. Alpheus ſtatim fontem ſuum ſecutus eſt: illa ſubter mare per medium tranſiuit in Siciliam: ut aquam ſuā non immiſceret amaritudini maris: & ab Elide uſq; in Siciliam penetrauit: Alpheus perſecutus eſt eam: dicit ergo: Per ęquora mittens Sicanis Alpheus aquas: nam ita eſſe deprehendit ex eoq; apud Piſas ſingulis quibuſq; luſtris in honorem Iouis olympia certamina celebrarentur: & ſacrificia fierent: ſanguis & ſordes uictimarum q̄ apud ipſam & Elidem imolabantur: poſtea in Siciliam apparebant in Arethuſa fonte. Huius ſententię fuerunt Pindarus & Timęus philoſophus: ſed Strabo id plane diſputat fabuloſum eſſe: & impoſſibile. Mænala: montes Arcadiæ. Oethen: montem Theſſaliæ: ubi Hercules combuſtus eſt: nam cum illi uxor eius Deianira miſiſſet ueſtem Neſſæo ſanguine tinctam: q ſtulta credebat ipſam uires amoris habere (erat autem lernæo ſanguine uenenata) ſtatim uenenum ſerpentis ad medelas uſque Herculis ita penetrauit: ut in furorem conuerteretur: & cum dolorem pati non poſſet: rogum ſibi conſtruxit: in quem ſe iniiceret: & Philoctetæ: cui arcum ſuum & ſagittas reliquit: iuſſit ut flammam rogo ſubiiceret: & ita combuſtus eſt: ideo dicit Herculeam Oethen: in qua Hercules combuſtus eſt. Trachinius: Trachin, ut oſtendit Strabo, Bœotiæ eſt ciuitas Theteæ nomine: ſimilis Phocenſi: exigua ſane: ciues Trachinii uocātur. Theſproti: Theſproti Acarnaniam & Aetoliam ſuperiorem habitabāt: barbarorū ſane (ut refert Stra.) natio: ſub Theſprotis priſtinis ſęculis erat Dodona. Dryopes: populi ſunt Epiri. Sellę: Sellarum populi ſunt in Epiro: q̄ Chaonia eſt appellata a Chaone fratre Heleni: ut Virg. Chaoniamq; omnem troiano a Chaone dixit: ubi nemus erat plenum quercubus: quibus inhabitabant columbæ: & ſciſcitantibus reſponſa dabant: quaſi ex ore Iouis: Ioui enim nemus illud conſecratum erat: dicit ergo: Quo tempore miſerunt auxilia Pompeio: tum columbæ amplius reſponſa non dabant: ideo ſilentes quercus. i. in quibus iam ſiluerāt columbæ. Chaonio uertice: quia in monte ſint poſiti. Exhauſit totas: dicit: Quamuis milites delecti eſſent: tamen Athenas exhauſerunt: uidelicet: q tanta multitudo uiſa eſt militum: ut Athenæ deſertæ fuerint: & pene uiduatæ. Exiguæ puppes: relictæ ſunt paucæ naues: quæ Pyreum portum Athenienſium cuſtodirent. nam Pyreus portus famoſiſſimus erat Athenis: cuius naues quaſi imperium totius Græciæ tenuerūt.

OMNIBON.

Alphei fabula

Oeta mons ubi

Delectus. ſ. militum. Naualia po. i. naualia Pyrei portus. Treſq; petunt ueram: & Salamin Cypri miſit auxilia Pompeio: ſed ueram dicit: quia Telamon pater Teucri & Aiacis cum xii. nauibus miſit hos filios ad Troiam cum Agamemnone: cum ad excidium troianum Græci mille nauibus profecti ſunt. Teucer: ne faceret contra patris imperium: non eſt auſus in patriam redire: nam pater mittens Aiacem & Teucrum præcepit: ne alter ſine altero rediret: mortuo Aiace: qui deſperatione armorum Achillis ſe interfecerat: Teucer non eſt auſus redire in patriam: ubi erat Telamon pater: ſed profectus in Cyprum: Salaminam condidit nouam: ideo imitati ſunt Salaminam antiquā Telamonis: quia ſicut miſerat. xii. naues ad auxilium Agamēnonis aduerſus Troiam: ſic & ipſa tres miſit cum Pompeio contra Cæſarem: qui natus erat a ſangnine Troianorum. Petunt credi ueram: id eſt uidentur poſtulare: ut credatur Salamin uere eſſe a Teucro conditam: cum auxilia mittat aduerſus Cæſarem Troianum. Iam dilecta Ioui: & Cretenſes: qui centum urbes habebant: miſerunt auxilia Pompeio. Dilecta Ioui: quia in ea educatus eſt: & ſepultus. Centenis populis: quia centum habitabant urbes: ſicut Virgilius: Centum urbes habitant. Nunc tres tantum urbes eſſe dicuntur.

Creta uetus populis: Gnoſiſq; agitare pharetras
Docta: nec eois peior Gortyna ſagittis.
Tūc q dardaniā tenet Orithō: & uagus altis
Diſperſus ſiluis Athamas: & nomine priſco
Encheliæ uerſi teſtantes funera Cadmi.
Colchis: & adriacas ſpumās Abſyrtos ī ūdas:
Et Penei: qui tuta colunt: quorumq; labore
Theſſalus Hæmoniā uomer ꝓſcīdit Hiolcō.
Inde laceſſitū primo mare: cum rudis Argo
Miſcuit ignotas temerato littore gentes:
Primaq; cum uentis: pelagiq; furētibus undis
Compoſuit mortale genus: fatiſq; per illam
Acceſſit mors una ratem. tūc linqtur Hemus
Thracius: & populū Pholoe mētita biformē.
Deſeritur Strymon tepido cōmittere Nilo

SVLPITIVS ¶ Creta ē iſola ī Aegæo dicta a Creta nympha Heſperidis filia: hæc Aeria Curetis & Macarō a cæli tēperie dicta ē: de ea Vir. Cētū urbes habitant magnas uberrima regna. Dilecta Ioui: illic. n. natus eſt Iuppiter: illic regnauit: ſic eius ſepulchrum oſtēdebat. Gnoſis: oppidū in Creta: qd' & Gnoſum dr. Agitare pharetras: ſagittare. Gortyna: oppidum in Creta. Eois: parthicis: norūt. n. melius q Parthi ſagittas emittere. Orithon: Orithos oppidū in Epiro: uel inter Macedoniam & Epirū ſerēs Therebinthū: cōditūq; a Colchis. Dardaniā: poſſeſſam a Dardanis: idq; pp Helenū dicit: uel q eā Dardani Illyrici tenuere. Athamas: oppidum eſt in Theſſalia: ut Pli. ait. Sed Athamātis eſt fluuius: q ligna ſuo tactu icēdit. Ouid. in .xv. Admotis Athamātis aqs accēdere lignū Narratur minimos cū Luna receſſit in orbes. Encheliæ: oppidū in Illyrico: apud qd Cadmus cū cōiuge uerſi ſunt ī ſerpentes. Priſco noie: Encheli. n. ſerpētes dnt. Colchis: ſiue regionē iuxta pōtū itellige: ſiue oppidū ī Illyrico: qd Ochinū dr: olī Colchinū dicebat: a Colchis cōditū: Pli. auctor eſt. Abſyrtos: flu. Colchidis dictus ab Abſyrto Medeæ fratre illic diſcerpto: uel is a fluuio Abſyrtus eſt appellatus. Ci. n. de na. deoꝝ ſic ait: Quid de fre Abſyrto Medeæ: q apud Pacuuiū Aegyaleus ſcribit. Exit aūt ī mare adriacū. Penei: Peneus Theſſaliæ flu. q Orconem accipit: ſed nō recipit: ná olei mō ſupnatantē uehit & abiicit: orit āt iuxta Gōphos. Hemus: mōs ī Thracia: ſiue īter Thraciā & Theſſaliā. Hiolcō: oppidū ī Theſſalia: qd Thracēſes hæmonii cōdiderūt.

Inde: ab Hiolco: nā, ut Stra. ait, hic Pelias Iaſonē ac Argo nauē foras emiſit: & ide egreſſi ſūt primi nautæ.

Laceſſitū: uexatū remis. Rodis: īpolita uel ignara nauigādi. Miſcuit gētes: iūxit cōmertia diſtantiū: & ignotaꝝ gentiū: q mari ſunt ſeparatæ. Temerato: occupato: & uiolato. Compoſuit: cōcillauit: & concors fecit. Nam auſi ſunt hoīes media naui fluctibus: & uentis ſe credere. Vna mors: unum genus mortis. Acceſſit: addita eſt. Fatis multis: aliis generibus mortis. Per il. illa media. Hemus: mons in Thracia.

Pholoe ubi Pholoe: Arcadiæ mons & oppidum Lapitaꝝ: cētaurorūq; pria. Mentita: ná cū cētauri uiſi fuiſſent ſuper equos: crediti ſunt biformes: hoc eſt ſemihomines: & ſemiequi: appellatiq; ſunt hippocentauri. Strymon: fluuius in Thracia ex Hemo deſcendens: Macedoniam a Thracia ſeparat. Committere: credere: & cōmendare. Nam grues in hyeme ex Strymone deſcendunt: & Nilum: qui non eſt adeo frigidus petunt: in æſtu uero contra faciunt.

OMNIBON. ¶ Agitare: tractare. Gnoſis: Gnoſias urbs metropolis eſt totius Cretæ: in qua regia Minois fuit. Gortyna: Gortyna ciuitas eſt ubi ſtabula regis Minois fuere. Nec peior: non imperitior. Eois ſagittis: id eſt Parthorum: qui ſunt populi orītis. Tunc: ſcilicet uenerūt. Orithon dardaniam: Orithō oppidū eſt ad initiū Epiri cōditū a Colchis: ut tradit Pli. q̄uis Troianos poeta fuiſſe hic innuat.

Athamas qui Athamas: flu. Epiri q dicitur incendere ligna admota: unde Oui. Meta. in ſecta pythagorea dicit: Admotis Athamantis aqs incendere lignū Narratur: minimos cum Luna receſſit in orbes. dicit ergo populos Athamātes: q iuxta flu. Athamātē habitant: ueniſſe ī auxilia Pom.

Encheliæ: ēt Encheliæ populi Illyriæ nō procul a Ceraunus mōtibus ubi Cadmus cū Hermione uxore conuerſi ſunt in angues. Priſco: antiquo. Teſtantes funera Cadmi: nam apud Encheliꝯ ea oſtendebāt: dicit Strabo q̄ de Cadmi & Hermiones mutatione narrata ſunt: inde ſumpto nomine: nam [illegible] anguilla ſignificat.

Colchis: uenerunt ēt: q habitant Colchon inſulā: q̄ ē haud ꝓcul a Caucaſo mōte: hæc loca ſubegerat Pōpeius: cum perſeq̄ret Mithridatem. Abſyrtos flu. Colchoꝝ ſic dictus ab Abſyrto fratre Medeę: quē illa fugiēs mēbratim dilacerauerat: nota fabula. In undas adriacas: q a deſcēdit in mare Adriaticū. in oībus ſubaudi uenerūt. Penei: Peneus amnis Theſſaliæ ante omnes claritate inſignis: ortus iuxta Gomphos inter Oſſam & Olympū fluit amœniſſima temperie interſecans. Pli. Colunt tuta. i. qui Peneum amnem habitant. Hęmoniā Hiolcon: urbē Theſſalię. Quoꝝ: Theſſaloꝝ. Inde laceſſitū prio mare: ex hac Theſſalia iqut primū nauigare cœperūt principes: ná ædificata prima naue Argo ab Argo fabro: cui ſuū nomē tātū poſuit: Iaſon Theſſalus ſuitq; Græciæ principes accitos ſecum duxit ad inſulam Colchon ad rapiendū uellus aureum: qd' auxilio Medeæ partum uexit in Theſſaliam. Inde: a Theſſalia. Rudis Argo: noua: uel quia prima fuerat: non ita artificioſe fabricata fuerat: græce per omnes caſus declinatur: latine autem in tribus caſibus tātū: nominatiuo: accuſatiuo: & uocatiuo. Hæc Argo: hanc Argo: o Argo. Ignotas gentes. ſ. Theſſalos Colchiſq; nunq̄ ante ſe uiderant. Temerato littore. i. uiolato: quaſi nefas: declarat illud temerato littore: quia nauis prima fuit auſa miſcere terreſtres mortales cū alitibus & piſcibus. Compoſuit. i. miſcuit: & cōiunxit cum uentis: & concutientibus undis pelagi. Acceſſit mors una: multa genera mortis ante erant: ſed aliud acceſſit. ſ. naufragium: quod execratus Horatius: Illi robur & æs Triplex circa pectus erat: qui fragilem truci Cōmiſit pelago ratem primus: nec timuit Præcipitē Africum. Iaſonem autem longa naue primum nauigaſſe: auctor eſt Philoſtephanus. Per illam. ſ. Argo. Hemus: mons Thraciæ: ſex millibus paſſibus arduus: teſte Pli. & Solino. Linquit: ab incolis. Pholoe: Arcadiæ mons Olympiæ terrę proximus. Populum biformē. i. centauros. Mentita: quia falſe dixerat centauros biformes habitaſſe in eo monte ſemiuiros: nō enim biformes erant: ſed q a primū aſſueti equos equitare: & frena equis imponere: ab his, a quibus antea nunquam uiſi fuerant, ſemiuiri fuiſſe dicuntur. Strymon: fluuius Thraciæ.

¶ Aues

SVLPI TIVS

¶ Aues biſtonias:grues a Biſtonio lacu in Thracia. Cone barbara: Cone inſula eſt ad hoſtiũ Iſtri circunfuſa mare. Iſter.n.ſex hẽt hoſtia:tertiũ eius Caloſtoma noĩatur:iuxta inſulã Sarmaticã:ut Pli.docet. Perdit: diſperdit:& cõfundit cũ mare. Sarmaticas.ſ.Iſtri:qui eã inſulã pierit. Peucen:p̃mũ hoſtiũ Iſtri Peuce appellat̃:ubi eſt & inſula Peuce ampla ſatis. Multifidi:ſex.n.uaſtis fluminibus in põtũ euoluit̃. Myſiaq̃:hactenus Europeos:nũc Aſiaticos numerat. Myſia p̃uincia eſt adiacens Heleſpõto:cõterminãq̃ hẽt Aeoliã:in qua ẽ ciuitas Myſia. Caico:Caicus Myſiæ flu.eſt.ueniens a Teutrania ultra Pergamũ.Eſt aũt Teutrania pars Aeolidis & Troadis. Tellus Idalis:oppidũ eſt in Troade:qd' Pli.Idalẽ uocat. Ariſbe:oppidũ in Hethæis littoribus. Exilis glebis:ſterilis:& infœcunda. Pitanen:oppidũ in Troade. Celene:oppidũ ĩ Phrygia:de quo Statius:Quis nõ certamina Phœbi Noſſet:& illuſtres Satyro pẽdẽte Celenas. Dãnatæ:q̃a Marſya illic decoriatus ẽ. Lugẽt tua munera Pallas:deflent tibias a te eſſe inuentas. Pallas.n.inuenta tibia cũ buccis tumidis ex aqua ſe cõſpexiſſet, abiecit:quã cũ Marſya ſatyrus celeneus repeſiſſet:tractareq̃ didiciſſet:Phœbũ p̃uocare ad muſicum certamẽ eſt auſus:a quo cũ uictus eſſet:cæſa receſſerũt a cute mẽbra ſua:ut in.vi.Faſtoꝝ canit Oui. Inde uero in ſui nois fluuiũ uerſus eſt:q̃ Meandrũ ingredit̃: & eũ eo miſtus circuit. Fuit aũt(ut meminit Apuleius) Hiagnis phrygii tibicinis fili⁹:uultu ferino:trux:hiſpidus:multibarbus:ſpinis,& pilis obſitus:iactabũdus:atq̃ ridiculus. Ereptis ripis:nõ.n.hẽt ripas Marſya:ſed impetu ſuo nulla aluei fert̃ cõcauitate. alii legũt Et rectis ripis.

Marſyæ fabula

Biſtonias conſuetus aues:& barbara Cone
Sarmaticas ubi p̃dit aq̃s:ſparſamq̃ p̃fundo
Multifidi Peucen unum caput abluit Iſtri:
Myſiaq̃:& gelido tellus perfuſa Caico
Idalis:& nimium glebis exilis Ariſbe.
Quiq̃ colũt Pitanẽ:& q̃ tua munera Pallas
Lugent damnatæ Phœbo uictore Celenæ:
Qua celer ereptis deſcendens Marſya ripis:
Errantem Mæandron adit:miſtuſq̃ refertur:
Paſſaq̃ ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon:qua culta ſecat nõ uilior Hermus:
Iliacæ quoq̃ ſigna manus:perituraq̃ caſtra

Mæandrũ flu.Ioniæ:qui orit̃ in monte Aulocrene. Eſtq̃ ita ſinuoſis flexibus:ut ſæpe credat̃ reuerti: Apamenã peruagat̃:mox Eumeneticã:ac deinde hircatellicos cãpos:poſtremo Cariã:& ad decimũ a Mileto ſtadiũ lenis in mare illabit̃. Miſtus.Marſyæ. Refert̃:retrofert̃. Tellus Lydia. Pactolon:Pactolus Lydiæ fluuius arenis aureis Smyrnã irrigat:orit̃ in Tmolo mõte:ubi ſunt auri metalla:hoc eſt uenæ. Hermus: Lydiæ quoq̃ fluuius arenas aureas trahẽs. Secat culta:fluit p cultos agros. Iliacæ manus:Iliũ oppidũ in Troade eſt: quod miſit Pompeio auxilia:nec abſtinuit:quod Cæſar eſſe ferebatur ex ſanguine Iuleo troiano. Signa: Pompei.

¶ Biſtonias aues ſ. grues thracias:nã tpe æſtatis diſcedunt a Nilo:q eſt in Libya:& cõferunt ſe ad Strymonẽ:qui eſt in ſeptẽtrione:grues.n.amant temperiẽ:& in eam ſe cõferunt:quia tũc i Aegypto:uel Nilo tpe æſtatis maior calor eſt:ideo deſerto Nilo conferunt ſe in Biſtoniã:ubi eſt Strymon flu.deinde adueniente hyeme relicto Strymone:redeunt in Nilum. Tepido:calido.ſ.ſuperueniente hyeme. Biſtonias.i.thracias:nã Biſtones populi ſunt in Thracia.Pli. Multifidi Iſtri:nam ſex hoſtiis uaſtiſſimis in Euxinum pontum deſcendit Iſter. Alii ſeptem dñt. primum Peuce.ſm Naracuſtoma.tertium Caloſtoma:ubi eſt inſula Sarmatica.quartum Pſeudoſtoma: ubi eſt inſula Cone.quintum Baryoſtoma.ſextum Spireoſtoma dr̃. Vbi perdit aquas.i.immiſcet aquas ſuas aquis pelagi:nam inſula Cone aqua maris circũinundatur:unde tranſeuntibus neceſſe eſt:ut ambiant inſulam. Perdita:deſcendit in mare:deſeritq̃ Sarmaticam inſulam. Vnum caput.i.hoſtium Pſeudoſtoma. Peucen:inſulam quæ eſt in primo Iſtri hoſtio. Sparſam:ablutam:& madefactam ab illo hoſtio. Myſiaq̃.ſ.deſeritur a populis ſuis. Eſt aũt Myſia minoris Aſiæ regio. Tellus Idalis:ab Ida fit Idalis.i.terra Idæa:dicit Pompeio auxilia dediſſe omnes qui Aſiam incolunt iuxta Idam. Caico:quia ab Ida,quemadmodum Bacchylides ĩquit,fluit Caicus: id Strabo negat:ſed in Teutrania ortus ad Gergetham uicum Pergamum præterfluit per campum:qui Caicus appellatur. Exilis Ariſbe:ciuitas eſt Troiæ:teſte Strabone. Ariſba ciuitas ẽt in Leſbo fuit. Ariſbus uero Thraciæ fluuius eſt:prope quem Cebrini Thraces habitãt. Pitanen:ciuitatem Aeolicam.e Pitana fuit Arceſilaus academicus:qui cum Zenone apud Polemonem didicit. Tradunt apud Pitanem lateres ſuper aquis innatare:qd' & in Hetruria in inſula quadam contingit:nam cum terra ſit leuior q̃ aqua:uehi eam contingit; ita refert Strabo. Et q̃ tua mu.Pal. Pallas tibiaꝝ uſum prior inuenit:quaꝝ ſonus placuit quidẽ:inflante aũt ea buccas diſplicuit:unde Oui.vi.Faſtoꝝ:Prima terebrata per rara foramina buxo: Vt daret,effeci,tibia longa ſonos. Vox placuit:faciem,liquidis referẽtibus undis Vidi:& uirgineas intumuiſſe genas. Ars mihi non tanti eſt:ualeas mea tibia dixi. Hæc de ſe loquitur Pallas:& abiectam tibiam ſuſtulit Marſya:& tantum ualuit ea arte ſonandi: ut Phœbum auſus ſit prouocare:a quo uictus:& excoriatus in flumine ſui nominis conuerſus eſt:ſed ideo Celenas dicit lugere munera Palladis:quia cã fuit:ut Marſya ciuis nimiũ ſuperbus conuerteretur in fluuium. Celenæ: urbs Phrygiæ:ubi natus eſt Marſya:quæ deinde Apamea uocata fuit: eo flumine circunfuſa. Pli. Munera: tibias. Dãnatæ:a Phœbo:qui in certamen prouocatus uicit:& uictum pelle nudauit:& i fluuium uertit. Pli.uero ingenti platano Marſyam ſuſpenſum confirmat. Qua celer:nam hic flu.Marſya deſcendit in Mæandrum.

Cone ubi

OMNI BON.

Peucen ubi

Ariſba ubi

Quis primus inuenit tibiam

Mæandron:amnis:qui per Phrygiam & Cariam excurrit:& adeo ſinuoſis flexibus deſcendit:ut in fontem ſuũ regredi uideatur:& ſecum trahit Marſyam amnem. Paſſaq̃ ab au.& populi Lydiæ uenere:ubi naſcit̃ Pactolus & Hermus Lydiæ flu.qui arenas aureas ſecum trahunt. Virg. Atq̃ auro turbidus Hermus:ſed Hermus Myſiæ inuenĩ eſt. Tellus.ſ.Lydia. Auriferis metal.quia arenis aureis irrigat populos. Nec Hermus ul.ſ.Pactolo: qui & ipſe arenas aureas trahit. Iliacæq̃ manus Om.p.ſu.i.malis auſpiciis:quia uinci conſueuerant:nam Ilion ter capta eſt.primum ab Hercule & Telamone:deinde ab Agamẽnone:a quo euerſa eſt:poſtremo a Fimbria Romano duce capta eſt:& deleta. Eſt autem urbs in Aſia:quam recidiuam condiderant.

SVLPITIVS

Syria q̃ regio

❡Ominibus ſuis:malis augurijs:quia uinci ſoliti ſunt. Fabula:rumor,fama:q̃ Cæ.eſſet ex ſtirpe Aeneæ. Cõtinuit:abſtinere fecit. Syriæ:Syria in Aſia regio Euphrate arabico:ſinu nr̃o,& Aegyptio mari:Armeniaq̃:& Cappadocia terminatur. Orontes:Syriæ fluuius ex Libano monte oriens diuidit Anthiochiam. Ninos:ciuitas in Syria a Nino rege Aſſyriorum condita. Felix:diues:& beata:ut fert. Damaſcus:oppidũ in Decapoli Syria irriguum amne Chriſortoha. Gaza:oppidũ in Syria Idumæa cõditũ a Cãbyſe. Idume:oppidũ in Idumæa parte Syriæ:apud qd' eſt maxima palmarum copia. Tyros:in Phœnicia eſt:quondã inſula ꝓalto mari ſeptingentis paſſibus diuiſa.Inde Alexãdri oppugnãtis operibus cõtinẽs fcã:ut Pli.Straboq̃ tradunt:eã Agenor priſci Beli filius cõdidit. Inſtabilis:uel quia terræmotu uexata ẽ:ut Stra.docet:uel inſtabilẽ appellat pp crebras ſeditiones:& principũ mutationes.Illic.n.ſerui:occiſis dñis regnauerũt. Sidõ:oppidũ in Phœnicia:artifex uitri:purpura nobilis:Thebarũq̃ Bœotiarum parens. Murice:purpura.

Murex quid

Murex.n.piſcis ẽ cuius ſanguine tingit. Has ad bel.ra.hæ recto curſu uenere Dyrrachiũ:duce Cynoſura ſtella.Ordo eſt:Cynoſura haud certior ullis carinis duxit has rates ad bella. Certior haud ul.quia nullæ aliæ rates ipſam obſeruant. Non flexo limite:recta:nauigatione.

Cynoſura quæ

Cynoſura:una fuit ex nymphis:q̃ Iouẽ nutriuit:& in ſtellã uerſa pp ſimilitudinẽ:quã cũ arcto habet:minor arctos eſt appellata:dictaq̃ q̃ſi canis ura .i.cauda:de ca Manilius igr:Anguſto Cynoſura breuis torquet in orbe:Tã ſpatio,q̃ luce minor:ſed iudice uincit Maiorẽ tyrio.& Germanicus:Phœnices Cynoſura regit.Et Ci.Hac fidũt duce nocturna Phœnices ĩ alto.

Ominibus petiere ſuis:nec fabula Troiæ
Continuit:Phrygiiq̃ ferens ſe Cæſar Iuli:
Accedunt Syriæ populi:deſertus Orontes:
Et felix ſic fama Ninos:uentoſa Damaſcus:
Gazaq̃:& arbuſto palmarum diues Idume:
Et Tyros inſtabilis:pretioſaq̃ murice Sidõ:
Has ad bella rates non flexo limite ponti:
Certior haud ullis duxit Cynoſura carinis.
Phœnices primi:famæ ſi creditur:auſi
Manſuram rudibus uocem ſignaſſe figuris.
Nondũ flumineas Mẽphis contexere biblos
Nouerat:& ſaxis tantum:uolucreſq̃:feræq̃:
Sculptaq̃ ſeruabant magicas aĩalia linguas.
Deſeritur Tauriq̃ nemus:perſæaq̃ Tarſos.

Phœnicia ubi

Inuẽtores lrarum

Phœnices:Phœnicia pars Syriæ:Iudææ cõtermina:fertilis qdem ad cẽtuplũ fœnus. Famæ ſi cre.ut ẽ apd Tacitũ:Aegyptii primi per figuras aĩaliũ ſenſum mẽtis effingebãt:ab his Phœnices & maxime Cadmus Græciæ intulerũt.Lrarum inuẽtores fuere:Rhadamãthus aſſyriarum.Anubis & Mẽnon ægyptiarum.Hercules ægyptius phrygiarum.Græcarum uero Phœnices:quarum auxit numerum Palamedes:& inde Simonides.Latinarum alii Beroſum & Tricodemũ:alii Carmentẽ arcadicam dñr. Signaſſe figuris:cõprehẽdiſſe lrĩs. Mãſurã:duraturã. Mẽphis:urbs in Aegypto. Biblos:iuncos:& papyrũ.Herodotus li.y.ait:Phœnices priſca cõſuetudine biblos appellare pelles:q̃ aliq̃ñ penuria biblorum:hoc ẽ ſcyrporum pellibus caprinis,ouiliſq̃ utebantur. Flumineas:niloticos. In lacunis.n. Nili ſtagnãtis naſcuntur iunci:ex quorum tenuiſſimis filluris chartæ contexunt:& uela:& ueſtes:& ſtragula:ut Pli. in.xiii.docet.Olim non erat uſus chartarum:ſed palmarum foliis primo ſcriptitarunt.Inde quarundam arborum libris:poſtea publica monumenta plumbeis uoluminibus:mox & priuata linteis confici cœpta:aut ceris.pugillarium.n.uſum fuiſſe ante troiana tpa ſcribit Homerus. Trã:qm̃ literas non notant. Sculpta ani.animalium figuræ:quæ pro lrĩs erant. Magicas linguas.i.ſermonẽ ſapientũ & ſacerdotũ:q magi dñr.

Taurus mons q

Tauri nemus:Taurus mons Cilicius dictus:ab eois ueniens littoribus Chelidonio ꝓmontorio diſterminat:Aſiamq̃ in duas diuidit partes. Tarſos:oppidum in Cilicia a Perſeo Danaes filio cõditum:Pli.teſte.hanc Cidnus flu.mediam ſecat.

OMNI BON.

❡Nec fa.Tro.nec eos continuit:quo minus ſe Põpeio coniungerent:q̃ a ſanguine ſuo iactabat genus ſuum traxiſſe Cæ.nã Cæſar ferebat ſe a ſanguine Iuli Troiani originẽ ducere.Vir.Naſcet pulchra Troianus origine Cæ.

Orontes ubi

Syriæ populi in oriente. Deſertus:ab ĩcolis ſuis. Orõtes:flu.Syriæ iter Libanũ & Antilibanũ iuxta Heliopolim oritur:ſub terrã illatus iterum emergit:ꝓpe Anthiochiam ꝓcedens in mare Seleuciæ ꝓximũ defert. Et felix ſic fa.Ni.ſignificat ipſam fertiliſſimã regionẽ. Ninos ciuitas eſt Syriæ:quã cõdidit Ninus:cuius uxor Semiramis regno ſuccedens:condidit Babylonem. Damaſcus:& ipſa Syriæ prima ciuitas eſt. Gazaq̃:ciuitas a diuitiis appellata:quã Cambyſes cõdidit Perſarum rex. Idume:ciuitas:quæ abundat palmis. Vir.iii.Geor.Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.Eſt aũt ciuitas Mediæ quidẽ cõtermina Arabiæ:a ſeptẽtrione uero Phœniciæ.

Arbuſto:locus eſt arboribus cõſitus. Et Tyros inſtabilis:pp terræmotũ. Sidon:ciuitas fuit a Phœnicibus cõdita:dicta a frequentia piſcium:quos ſidonas uocant. Pretioſa murice:quia ibi tingitur purpura. Has ad bella ra.ſed Tyrus & Sidon reſpicientes minorem urſam nauigant in Italiam:nam Cynoſura.i.urſa minor nauigantibus a Tyro in Italiam iter oñdit. Phœnices pri. dicit Phœniciam ſm nonnullos primam fuiſſe literarum inuentricem:licet non notis primum:ſed animalium figuris uſos fuiſſe credatur:ſed Plato dicit literas antiquiſſimas uideri apud Aegyptios.Cornelius Tacitus idem dicit:uidelicet animalium figuris pro literis uſos:quorum adhuc monumenta pro memoria ſeruant:q̃ teſtat Ariſtoteles:ubi cum ſerpens retorta in os cauda:annum ſignificat:quia annus in ſe reuertit.Vir.Atq̃ in ſe ſua per ueſtigia uoluitur annus. Nondũ flu.nondum Iſis in Aegypto inuenerat papyrũ:ubi ſcriberet tnam eſt iuncus:& ex interiori cortice cõpaginauit libros:& papyros appellauit.nam ſm quoſdam Iſis prima dr̃ fuiſſe:quæ literas inuenit apud Aegyptios.Alii Mercuriũ uolunt.

Lrarum inuẽtores

Memphis:ciuitas Aegypti:ubi erat templum Iſidis:q̃ a Iunone primũ in uaccam conuerſa eſt:deinde a Ioue ĩ Iſidem Deam:quam coluerunt Aegyptii. Flumineas:quas iunci naſcuntur in fluminibus. Magicas:ſapientes & eruditas.Nam in oriente apud Perſas præcipue ſapientes magi dicuntur.Quos Græci philoſophos:nos ſapientes dicimus. Tauri:mons eſt orientalis inter Aegyptum & Pamphilum pelagus:obiectus ſeptentrioni:uicinus Caucaſo.unde & nonnulli utrunq̃ unum eſſe crediderunt. Tarſos:ciuitas Ciliciæ:quam condidit Perſeus.

❡Corycium

℄Corycium: Corycos oppidū: & portus: & ſpecus eiuſdem nōis ī Cilicia ſont. Is ſpecus celebris fama dr̄ ēt antrū Corycīū. Malloſ: oppidū ad portas cilicias. Aegæ: oppidum libeꝝ in Cilicia. Naualibus: ſtrepitu: & tumultu: qui fit ad naualia. Nō py. nō ꝑdo maritinus: ut olī: ſed iuſtus pugnator. Gāges: Indiæ flu. de quo ſupra. Soluere ho. i. exire in Oceanom oriētalē: & cōtra Eoꝝ. Hic ubi: Gangē dicit: ad quē uſq; ꝑuenit Alexāder: uel Hippānim indicat: q poſt Indū poſtremus eſt. Nā: ut inqt Str. li. xv. ea mente Alexā. orientales ptes omiſit: primo qd ꝓhiberet Hippannim trāiīre. Inde qd̄ cāpeſtris regio eſſet exuſta. Pellęus du. dux Alexāder. Pella oppidū in Macedonia exiguū: ī quo natus eſt Alexā. Iuue. Vnus Pellæo iuueni nō ſufficit orbis. Poſt æquo. Te. poſt mare Oceanū: ad qd cōſtiterat prius. Indus: amnis ī Cybyrtaꝝ iogis ortus recipit. lx. perēnes flu. torrētes uero amplius cētū: ab incolis Sagus appellat̄. Pli. auctor eſt: qui li. yi. ſecū ſentire non uī: ait. n. e iogis Caucaſi effuſū in Solis ortū undeuiginti amnes recipe. Diuiſo gur. effícit. n. plures inſulas: & ſe diuidit. Hydaſpē: Hydaſpes e patria in Indiā fluēs quatuor ſuſceptis fluminibus Indum ingredit̄. Non ſentit: non enim uidetur augeri. *Pella ubi*

Corycíumq; patens exeſis rupibus antrum:
Malloſ: & extremæ reſonāt naualibus Aegę:
Itq; Cilix iuſta iam non pyrata carina.
Mouit & eoos bellorum fama receſſus
Qua colitur Gāges: toto qui ſolus in orbe
Hoſtia naſcenti contraria ſoluere Phœbo
Audet: & aduerſum fluctus ípellit in Eurum:
Hic ubi Pellęꝰ poſt Tethyos æquora ductor
Cōſtitit: & magno uinci ſe ſaſſus ab orbe eſt.
Quaq; ferens rapidū diuiſo gurgite fontem
Vaſtis Indus aqs mixtū nō ſentit Hydaſpen:
Quiq; bibūt tenera dulces ab arūdie ſuccos:
Et qui tingētes croceo medicamine crinem
Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis:
Quiq; ſuas ſtruxere pyras: uiuiq; calentes
Cōſcendere rogos. proh quāta eſt gloria gēti
Inieciſſe manum fatis: uitaq; repletos
Quod ſupeſt: donaſſe Deis. uenere feroces
Cappadoces: duri populus nō cultor Amāni:
Armeniuſq; tenēs uoluentem ſaxa Niphatē:

Quiq; bi Indiæ populos mōſtrat. Pli. n ſ. xii. ait: Saccarō & Arabia fert: ſed laodabiliꝰ India. Eſt aūt mel ex arūdinum ſucco collectū: quo plorimū otunt̄. Et q tingētes: regio hæc Catthæa appellat̄: in q̄ colitur pulchritudo: & pueroꝝ meotū tingūt: & ueſtes: & capillum. Stra. in. xv. docet. cinguntq; ueſtes lineas zonis gēmatis. Carbaſa: ueſtes ex lino. Carbaſus lini genus: quod pro ueſtibus: & uelis ſæpe ponitur. Fluxa: lōga. *Saccarō quid* *Carbaſus*

Quiq; ſu. hi ſunt apud Gāgarides: regio Pertalis uocatur: eū ad ſenectam peruenere: ſeipſos in rogos iniiciunt: ut faciant ſuperis tanq̄ ſacrum. Vide Strabonem: ubi de Bragianis: Gymnetis: & Gymnoſophiſtis. Inieciſſe manum fa. inferre ſibi mortem. Cappadoces: Armeniæ maiori contermini: & Euphrate diuiſi. Amanni: Amānus mons eſt: qui a Syria Ciliciā ſeperat. Niphatem: Armeniæ flu. præcipitem. Tenens: accolens.

℄Corycium: Corycus eodē nomine oppidū: q & portus & ſpecus eſt Ciliciæ croci fama inclytus: q montē impoſitum mari a ſummo cauat uertice: patulus hiatu ampliſſimo: per duo. n millia: & qngentos paſſus extēditur: nō ſine largo die: hinc inde fontium larga & aſſidua ſcaturigine. Solinus. Item Corycium antrum in Parnaſo eſt nymphaꝝ domicilio celeberrimum: de quo Oui. Corycidas nymphas, & numina montis adorat. Malloſ: ciuitas maritima Cilicum. Aegæ: oppidum eſt liberum in Cilicia. Pli. Naualibus: ꝓpter naualia: nā pyratæ has urbes coluere. Iuſta carina: quia deſtitit eſſe pyrata: poſtq̄ a Pompeio uictus eſt. Mouit & eoos: etiam qui iuxta Gangem Indiæ flu. habitant ad bella uenere. Receſſus: ſeparatos locos orientis. Ganges: fluuius Indiæ latiſſimus ex ſcythicis montibus defluens: cum ad planitiem peruenerit ad orientem cōuerſus: Palibothra ciuitatē maximam præterfluens: in eius mare progreditur uno hoſtio. Strabo. Hunc Alexāder poſt Oceanum nauigare timuit. Toto qui ſolus: hic ſolus dī fluere orientem uerſus: cum alia flumina aliorſum tendant. Eurum: quia Eurus flat ab oriente. Hic ubi Pellęus: hic Ganges eſt: qui primum deterruit Alexandrum poſt Oceanū: ut ulterius progredi non auderet. Pellęus du. Alexander natus in Pella urbe Macedonū: unde Iuue. Vnus Pellęo iuueni non ſufficit orbis. Tethyos: primū continuit Oceanus: ſed poſt Oceanū Ganges. Conſtitit: firmatus eſt: & non auſus ulterius progredi. Et magno uinci: deniq; confeſſus eſt: ſe non poſſe peragrare totum orbem: quia maior eſſet: q̄ ipſe comprehendere poſſet. Quaq; ferens: nūc Indos ueniſſe cōmemorat in expeditionem Pompeii: quos ſubegerat. Diuiſo gurgite: quia duobus hoſtiis in mare deſcendit. Indus: flu. qui defluit a Paropanyſo iugo Caucaſi montis in Indiam: a quo India eſt denominata: hic etiam recepit Hydaſpen: qui Parthiam præterlabitur: & ex eo quanta ſit uaſtitas: inde deprehenditur: q Hydaſpen: quaſi limum obruit: & ideo dicit. *OMNI BON.* *Aegæ ubi*

Non ſentit Hydaſpen. ſ. magnitudine ſua: ſubaudi a ſuperiori: mouit eos fama bellorum. Bibunt te. dul. ſuccos: Solinus dicit: India: qua parte paluſtris eſt: arundinem creat: adeo craſſam: ut internodiis ſciſſis lembi uice uectet nautas: & in radicibus eaꝝ humor dulcis eſt: ut ſuauitatem melleam imitetur: qd̄ Luca. breuiter perſtringit. Et qui c. m. idem Solinus dicit in Indis omnibus prolixa cæſaries eſt: non ſine fuco cerulei coloris: aut crocei: ſed cultus corporis in gēmis præcipuus eſt. Coloratis gem. i. margaritis uerſicoloribus. nam habēt gemmas pro fibulis: inde dicit aſtringunt: quia fibula ſtringit in humeris chlamidē. Fluxa car. i. tonicas lineas a ſinu fluentes. *Indicæ arundines*

Quiq; ſuas ſt. p. apud Indos eminētiſſimum ſapientiæ genus eſt: repletos uita: ſtructis rogis: & accenſis mortē accerſere: uiui. n. ſe ſuper rogos iniiciunt: uoluntaria morte uitam finiētes. Pli. Quāta eſt gloria: qa eminētiſſimū ſapientiæ genus eſt & religionis. Proh: cum admiratione legendū. Inieciſſe fa. i. ꝑripuiſſe fata uolētia. Quod ſu. do. Deis: nam qđ uitæ ſupererat Diis donare uoluerunt. Venere: ad auxilia Pōpeii. Non cul. du. A. unum ex reliquo ſequitur: nam qa durus eſt: nō nō colit̄. Amānus mōs eſt: q a Syria Ciliciā diſterminat: ī quo eſt oppidū Bomite. Pli. Tenēs: habitās. Niphatē: flu. ē Armeniæ uelociſſimꝰ: q tāta celeritate decurrit: ut ſecū ſaxa deuoluat. *Amanus ubi*

Aethera tangentes ſiluas liquere Coaſtræ.
Ignotum uobis Arabes ueniſtis in orbem:
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.
Tũ furor extremos mouit Rõanus Oreſtas:
Carmanoſq; duces: quoꝝ deflexus in Auſtrũ
Aether nõ totã mergi tamen aſpicit Arctõ:
Lucet & exigua uelox ibi nocte Bootes.
Aethiopũq; ſolũ: quod nõ ꝑmereretur ab ulla
Signiferi regione poli: niſi poplite lapſo
Vltima curuati procederet ungula Tauri.

SVLPITIVS ℂ Coaſtræ:ciuitas ad Perſidem: Vbi aera uincere ſummũ Arboris haud ullæ iactu potuere ſagittę:ut ait Maro.
Arabes:populi in Aſia inter Iudæam & Aegyptũ. Mirati um.umbræ.n.q̃ nobis ad occidentẽ cõuerſis dextræ
Coaſtra ſunt:illis ſiniſtræ:ut inq̃t Solinus. Sunt aũt inter æquinoctialem & tropicum Cancri:duaſq; habent æſtates: & to
quæ tidem hyemes:ſolſtitia quatuor: & umbras dextras ſiniſtras perpẽdiculares:orientales:& occidentales:ſed quan
do citra tropicum uenerunt:ſemper habuerunt ſeptẽtrionales. Oreſtas:populos in India:puto legẽdũ Oretas:
qui in India ſunt:& non Indorum lingua:ſed ſua loquuntur. Carmanos: Carmania ultra Perſiam regio. Fle
xus: eſt enim ultra dimidiam partem torridæ zonæ:
ubi terra eſt multo decliuior noſtra:meridiem uerſus.
Nõ totã mergi tamẽ aſpicit Arcton:Pli.inq̃t: Fluminе Hitali ſeptẽtriones primũ nauigantibus apparuiſſe
Arcturũ:nec oĩbus cerni noctibus:nec totis unquam.
Velox:quia illis occidit:nobis nõ. Bootes: cuius lucidiſſima ſtella arcturus eſt. Exigua nocte:parua parte
Aethiopia ubi noctis. Aethiopũq; ſolũ. Aethiopię partẽ:ſupple mouit. Quod nõ premeretur:eſt.n. Aethiopia iuxta mediam torridã zonã:extẽditurq; ab oriẽte hyberno:ad
occidẽtẽ hybernũ: ut Solinus ait. Aſtrologi aliter hũc
locũ intelligunt:dicuntq; ſigna zodiaci in duas ptes diuidi:i cardinalia,& regiones. Cardinalia dicunẽ ſigna:
in quibus incidũt ſolſtitia & æquinoctia:ut Capricornus: & Cancer:Libra: & Aries. Regiones uero appellãtur intermedia:& ſic Aethiopia:cum ſit ſub æquinoctiali:non premitur ab aliqua regione:ſed tantum a duobus
ſinis: Ariete & Libra. Taurus ergo contingit ipſam pede exporrecto Aequinoctialẽ uerſus: ſic illi quos quidẽ ſuperiore ratione refutaremus: & multorum auctoritate: ſed quid opus:cum a pede Tauri ſeptentrionalis ſigni
tangi non poſſit. Itaq;: ut melius cum iis ſentiamus t cenſemus & Solinum & Plinium & reliquos emendandos: & pro oriente hyberno: apponendum oriente uerno. Poli ſigniferi: zodiaci: qui circulus diuerſos polos a polis mundi habet. Lapſo poplite: extento crure: eo enim geſtu in ſignum conuerſus eſt Taurus: quo
Europæ blanditus eſt:ut facilius conſcenderet. Vltima ungula:ultima pars ungulæ.

OMNIBON. ℂ Coaſtræ:populi Indiæ:apud quos nemora ſunt tam procera,& ſublimis celſitudinis:ut nec iactu ſagittæ tranſiri poſſint. Siluas tam.æthe.quia non poſſunt pertranſiri cacumina arborum. Arabes:populi ſunt oriẽtis q,
quia habitant in oriente,ideo admirati ſunt:cũ ueniſſent in occidentẽ: & uidiſſent umbras non ire a ſiniſtra:nã
his:qui habitant in oriente:cum Sol ad occaſum tendit:umbra ſiniſtrorſum uergitur:ſed habitantibus i occidẽte
ſicut nos:cum Sol tẽdit ad occaſum umbra dextrorſum uergitur:ſicut apud ipſos:ubi dicitur Malleum montem
ſex menſibus in Auſtrum.i.in dexteram partem uergere umbras: & totidẽ menſibus in ſeptẽtrionem. In orbem
ig.i.in occidentem. Siniſtras:ut in oriente. Oreſtas:populi ſunt in remotiſſima regione: habitantes meridiem
uerſus. Extremos:quia habitant meridiem uerſus in extrema parte orbis:ultra quos nulla hominum inuenitur
habitatio. Carmanos:Carmania regio eſt contermina Perſis:quæ oppida haber Zetym,& Alexandriam Pli.
Aſpicit Arcton:bene aſpicit urſam:ſed non totam:ergo hoc facit ratio orizontis. Orizontes autẽ dicunẽ fines
Orizontes quo ad oculi noſtri proſpicere poſſunt: græce:termino latine. Orizontes enim duo ſunt.ſ.ſublimis:
& humilis:ſublimis in arctico: humilis in antarctico terræ in medio eſt t & ſperica: qui iuxta orizontem ſublimem incolunt:non poſſunt uidere eos: qui in orizonte imo habitant: quia tumor terræ impedit: nec nos illos
proſpicere poſſumus: ideo dicit hos populos: qui habitant in oriente meridiem uerſus in orizonte depreſſos tumore terræ impediri: & parum admodum uidere ſeptentrionum flexus. Flexus.i.uergens in meridiem: q̃a impeditur tumore terræ ſpericæ: quæ impedit oculos eorum: ne ad orizontem noſtrum peruenire poſſint. Lu
cet exigua: Bootes eſt ſtella in minori urſa poſita: quæ plauſtrum comitatur: nam ſunt quædam ſtellæ: quæ
Bootes cur uelox faciunt plauſtrum: & Bootes eſt quaſi bubulcus: qui plauſtrum uehat: qui græce uocatur idest cuſtos urſæ. Sed occurrit quæſtio: cur dicat uelox:cum Virgilius:& alii tardam dixerint:diuerſo reſpectu uelox dicitur & tarda: tarda dicitur: quia magno tẽporis ſpacio:magnam cæli partem diſcurrit:ſed ſi conſideremus tem
pus tarda uĩ: ſi ſpacium:quod percurrit, uelox eſt. Sed eſt alia ratio cur uelox & tarda ſit: quia reſpicit ad ſitum
regionis.ſ. Arabicum:uelox eſt:quia totum Arctophylacem.i. Bootem uidere non poſſunt:ſed paruam eius prẽ:
Aethiopes & quia cito occidit Arabibus:propterea uelox eſſe uĩ:nobis autem:quia nunq̃ occidit:tardior uĩ:nã a nobis ſemper uĩ:& nunq̃ occidit:niſi cum Aurora luceſcit. Aethiopũq; ſo. Aethiopes duo ſunt.ſ.in oriẽte & occidẽte. So
Zonæ quot linus dicit hãc regionem Aethiopum non ſubiectam fore alicui ſigno zodiaci: niſi ungula tauri protẽſo pede ſi los pertingeret. Rõ eſt hæc: Quinq;.n.ſunt zõnæ: duæ extremæ frigidiſſimæ: una feruentiſſima: ſed inter has
frigidiſſimas & mediam utrinq; duæ temperatæ ſunt: quæ habitantur a nobis. Sed ſignifer circulus ita ambit
obliquas has zonas:ut nunq̃ perueniat ad hanc mediam: & nunq̃ ad has frigidiſſimas redeat:uicinus aũt eſt Sol
his duabus:modo magis:modo minus: & cũ ad Antipodes facit æſtatẽ:minus appet nobis:ſic e diuerſo.cũ ergo
meridiem uerſus poſiti ſint Aethiopes: circulus ſignifer excludit eos in oriente:& qui in occidẽte poſiti ſunt:niſi
ungula Tauri protenderetur:nulli ſignoꝝ zodiaci ſubiecti eſſent:ſed quia dixit Poplite lapſo:reſpexit ad fabulã
nam Iuppiter commutauit ſe in Taurum:& captus amore Europæ: blande ad eam uenit:quæ cum cæteris æqualibus flores colligebat:& poplite flexo puellam in tergum recepit:& Boſphoꝝ mare traiecit: deinde I ſignũ Tauri extendentis pedem tranſlatus eſt in cælum. Signiferi poli.i.zodiaci ferẽtis ſigna. Procederet ungula.ſ.meridiem uerſus: ubi ſunt poſiti Aethiopes. Poplite lapſo.i. genu flexo:quo geſtu fuit:dum exciperet puellam.

ℂ Quaq;

SVLPI TIVS

¶ Quaq; caput:hoc eſt Tigridis,Euphratiſq; accolæ. Tigris oritur in regione Armeniæ maioris fonte conſpicuo in planitiæ:loco nomen Hellogoſine eſt ipſius:qua tardior fluit diglito:unde concitatur a celeritate tigridis incipit uocari.Ita appellant Medi ſagittam. Euphrates:qui oritur in præfectura Armeniæ maioris Caranitide in monte Agaſeu Capote. Non diuerſis:non diſtantibus. Perſis:orientalis regio iuxta Cedeoſiam. Quod potius ſit nomen:quo nomine appellentur:& an Tigridis:an Euphratis pereat nomen. Sparſus in agros: nam Meſopotamiam irrigat more Nili:& ideo dixit uice undæ Phariæ. Fertilis:interpretatio nominis:qualis apud Virgi.Exul Parthus.Euphrata enim fertilitas dicitur.

Euphea tes qui

Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus
Euphrates:quos nõ diuerſis fõtib⁹ edit
Perſis:& incertũ eſt:tellus ſi miſceat amnes:
Q̄d potius ſit nomẽ aqs:ſed ſparſus in agros
Fertilis Euphrates:phariæ uice fungitur undæ.
At Tigrim ſubito tellus abſorbet hiatu:
Occultoſq; tegit curſus:rurſuſq; renatum
Fonte nouo flumẽ pelagi nõ abnegat undis:
Inter Cæſareas acies:diuerſaq; ſigna
Pugnaces dubium Parthi tenuere fauorem
Contenti feciſſe duos:tinxere ſagittas
Errantes Scythiæ populi:quos gurgite Bactros
Includit gelido:uaſtiſq; Hircãia ſiluis.
Hinc Lacedæmonii moto gens aſpera freno
Oeniochi: ſæuiſq; affinis Sarmata Moſchis:
Colchorum:qua rura ſecat ditiſſima Phaſis:

Euphra ta

Abſorbet:nã occurrente Tauro monte in ſpecu mergitur:ſubterq; lapſus ab altero latere eius erumpit: deinde curſus mergitur in cuniculos. Non abnegat: ipſa tellus in mare enim perſicum exit. Diuerſa:pompeiana. Dubium:neutri enim fauebant. Contenti feciſſe du.læti:q; Craſſo interempto res romana rediſſet ad duos duces:quos ipſi commiſiſſent. Scythiæ popu. .I Bactriani.Scythia Tanai diuiditur:pareſq; eius i Aſia: pars in Europa eſt. Errantes:quoniam in curribus uagantibus habitant. Tinxere:ueneno infecere.Ouid.in primo de Ponto:Qui mortis ſæuo geminent ut uulnere cauſas:Omnia uipereo ſpicula felle linũt. Bactros: fluuius in finibus Scythiæ aſiaticæ:a quo Bactra Bactrorum regio:& urbs:& Bactri & Bactriani populi nominantur. Hircania:in Aſia Scytharum regio. Oeniochi:Lacedæmonii. Oeniochi in Aſia iuxta pontum gens fera:quæ(ut Pli.docet)ab Amphito & Telchio Caſtoris & Pollucis aurigis originem traxit. Sarmata: gens in ima parte Mæotidis Boream uerſus. Moſchis: populis ad hircanum mare. Colchorum : iterũ dixit. Colchis regio eſt iuxta pontum. Phaſis: Colchorum fluuius. Ditiſſima:propter aureum uellus.

Bactria ni qui

¶ Quaq; caput:dicit ẽt ex Armenia ueniſſe populos. Euphrates:oritur ex Armenia maiore ſub radicibus mõtis:quem Cathoten appellãt ut Mutianus.ut Domitius Corbulo ex monte Aga:receptiſq; aliquot fluuiis luctatur cum Tauro monte:quem tandem apud Elegeam ſcindit:& inter Arabiam,Comagenemq; profluens : mox Babylona interſecat:& in mare erythreum influit.Ex eadem Armenia Tigris ortum habet a loco:qui Hellogoſine appellatur:primum pigre fluit:mox cum ad fines Medorum peruenit rapidiſſimus eſt:unde nomen ſumit:nã tigrim Medi ſagittam uocant:influit in Arethiſſam lacum:omnia pondera ſuſtinẽtem:tranſuectuſq; : reſiſtente Tauro:in pfundũ ſpecũ mergit.ſubterq; lapſus:ab altero eius latere erumpit apud Zoeoandam : eundemq; eſſe purgamenta demerſa oñdunt:tranſit deinde in Teſbitem lacũ:& identidẽ abſcondit:rurſuſq; emergit:mox diuiſus inſulã Meſopotamiam cõplectitur:& in Euphratem apud Babylonios deſcendit:auctores Pli.& Solinus Dicit poeta:q; uterq; tantæ magnitudinis eſt:q; ſi miſceant in unũ:incertum eſt uterq; eorum nomẽ obtinuerit:an Tigridis:an Euphratis. Perſis:cuius pars eſt Armenia. Non diuerſis fontibus:nã Tigridis:& Euphratis fontes inter ſe diſtant ſolum ſtadiis duobus millibus & quingentis.Stra. Sit nomen:an de noie Euphratis appellet : an Tigridis. Sed ſparſus in agros:ſed fertilis Euphrates eſt:cũ in agros funditur:nã cũ Euphrates Meſopotamiam inundat:illã fertiliſſimã reddit:eodem tpe:quo Nilus Aegyptũ. Phariæ:niliacæ:nã Pharus inſula Aegypti eſt.

OMNI BON.

Ad Tigrim:ſed Tigris defluens per Parthiã:& Armeniã ſtatim mergit:& p.xii.millia paſſuũ ſubterraneo meatu diſcurrens tandẽ emergit. Nouo flu.pe.uidelicet maris Rubri. Inter Cæſa.alii quidẽ populi ſeq̄bant Põ. ſicut dictũ eſt:ſoli uero Parthi medios ſe inter utrunq; geſſere ducẽ:ſatis.n.habuere:q; ex tribus Romanis principibus duos feciſſent:occiſo Craſſo cũ exercitu. Acies:inter arma Cæſ. Diuerſa ſigna.ſ.Pom.cõtra Ceſarẽ. Dubiũ fauorẽ:quia neutrũ ſecuti ſunt. Atqui Iuſtinus cũ Trogo Parthos in caſtra Pompeii ueniſſe auxilio refert.

Errantes:quia errabant:ſicut Numidæ.nam plauſtris uehebant liberos:& uxores:ubicunq; nox deprehendiſſet:ibi habitabant.Ideo cãpeſtres Scythæ ab Horatio nuncupant. Bactros:Scythiæ flu.qui Hircanos fines includit:a quo populi circa habitantes Bactriani dicunt. Vaſtiſq; Hir.nam Hircania eſt ſilueſtris:& nemoroſa:& tigribus abundans:Schytarum regio. Hinc:ab hac Scythia. Lacedæmonii Oeniochi:populi Scythiæ: ut dictũ eſt ſupradicti ab auriga:nã Rhecas & Amphiſtratus aurigæ Caſtoris & Pollucis hanc regionẽ tenuerũt & a ſe noĩarunt:hos nũc Lacedæmonios appellat poeta:quia a Lacedæmoniis Rheca & Amphiſtrato originem habent. Moto gens aſpera fre.i equo pugnantes. Sæuis:aſperis bello. Affinis:uicinus. Sarmata : Sarmatæ ſunt Scythiæ populi: quos Græci Sauromatas uocant:unde Iuue. Vltra Sauromatas.Sunt aũt populi:qui ex pfundo paludis Mæotidos incipientes:regiones uerſus Boream itinere dierum.xv.incolunt:exilem quidẽ:ac tenuẽ: ſed felicibus:& infelicibus arboribus abundantem:qui ſm Pli.de Medorum ſobole ſunt.& Florus: Sarmatæ iugi nihil præter niues,araſq; ſiluas habent:quibus eſt tanta barbaries:q; pacem non intelligunt. Moſchis: populi ſunt Scythiæ uicini Sarmatis. Colchorum q̄ ru.Phaſis flu.de Armenia fluens:qui præterlabit Colchos:per quẽ Argonautæ cũ Iaſone igreſſi ſũt ad Colchos.Oui.vii.Meta.Multaq; ppeſſi claro ſub Iaſone rãdẽ Cõtigerãt rapidas limoſi Phaſidos undas.Eſt ẽt Phaſis urbs Colchorum emporiũ.Stra. Ditiſſima:regio.n.Colchorum arr enniſſima ẽ fructibus:& fabricãdis nauibus opportuna:lino:canabe;cera:pice:fœcũdiſſima. Mel tñ frequẽt⁹ amarum ẽ.

Sauro matæ ubi

Phaſis fluuius

Q ua Crœſo fatalis Halys:q̃ uertice lapſus
Riphæo Tanais diuerſi nomina mundi
Impoſuit ripis:Aſiæq;:& terminus idem
Europæ:mediæ dirimens confinia terræ.
Nūc huc:nūc illuc:q̃ flectit̃:ampliat orbē:
Q uaq; fretū torrēs Mæotidos egerit undas
Pontus:& herculeis aufertur gloria metis:
Oceanumq; negat ſolas admittere gades.
Hinc & Sidoniæ gentes:auroq; ligatas
Subſtrigēs Arimaſpe comas:hic fortis Ari⁹:
Longaq; Sarmatici ſoluens ieiunia belli:
Maſſagetes quo fugit equo: uolucreſq; Gelo
Nō cū mēnoniis deducēs agmina regnis(ni.

SVLPITIUS ℂHalys:Capadociæ fluuius inter Calybes decurrens iuxta Licaſtā ciuitatē inſignis uictoria Manlii uulſonis:& clade gallogræcorū. Crœſo:regi Lydorū. Fatalis:pnitioſus fato:qm eo trāſgreſſo regnū amiſit:nā(ut eſt apud Iuſtinū) cū Babyloniibus:quos Cyrus oppugnabat:ferret auxilium:uictus eſt:& in regnum refugit. Cyrus quoq; poſt uictoriam:compoſitis in Babylonia rebus:bellum in Lydiā tranſtulit:& ibi Crœſi exercitū fudit: Crœſuſq; ipſe captus conceſſis urbibus proximam maieſtati regiæ uitam degebat. Fatalis: conſulenti Apollinem Crœſo ita rñſum eſt. Crœſus perdet Halym:tranſgreſſus plurima regna. Siue,ut de diuinatione Ci.ait, Crœſum Halym penetrans magnā peruertet opum uim: oraculoq; non intellecto contra Cyrū ſe contulit. Tanais:a Tanao Scytharū rege dictus ex Riphęis montibus fluens ex arctoo in orientē Sarmatas, Scythaſq; irrigat. Inde ī meridiem uerſus ſuſcipit̃ a Mæotide:poſt Euxinū pontū ingredit̃ iuxta Theodoſiā urbē. Ampliat: dilatat. Nam cum flectit̃ Aſiam uerſus Europa fit latior:cū uero Europā uerſus, Aſia amplior fit. Quaq; fretū: Boſphorū cymmericum dicit:& Euxinū:ex quo Męotidis paludis unda emittit̃ in Propontidē. Egerit:emittit. Torrens fretum:uelox mare:& præceps: quod fluit: nunq̃ tñ refluit. Pontus:Euxinum mare. Herculeis aufert̃ gloria metis:iminuit̃ laus de mediterranei maris īmiſſione:qui ēt ab Euxino uſ̃ oritur:nam ſemper in Propontidē fluit. Legimus tñ in extremis ripis Tanais apud Roboſteros terminū eſſe itineris Alexandri macedonis:aris ab eodem impoſitis ſignatū. Metis:terminis,& columnis Herculis:quarū altera eſt in extremo Bethicæ:altera in Africa:hæc Calpe:illa Abyle noīat̃. Sūt

Gades quæ aūt duo montes:quos olim iunctos Hercules dr̃ diremiſſe:& inter eos Oceanum īmiſiſſe. Gades aūt inſulæ ſunt & oppidum ad hoſtium noſtri maris:quod Gaddir & Tarteſſus etiam appellatur. Hinc & Sidoniæ: uenere & qui a Sidoniis traxere originem. Arimaſpe:populi in Scythia aſiatica ultra Mæotidem:qui ut libro quarto docet Herodotus:unum oculum in fronte habent:& cum Grypibus ſmaragdos & aurum cuſtodientibus bella gerunt:dicti ab arimo & ſpu: quæ lingua ſcythica ſignificant unum oculum. Arius:Scythiæ populus. Maſſagetes:in Scythia populi:qui pugnantes in Sarmatas:& per deſerta uagantes ex imis pedum equorum detractum ſanguinem bibunt. Claudianus in Rufinum:Et qui cornipedes in pocula uulnerat audax Maſſagetes. Geloni:in Scythia populi a Gelono Herculis filio dicti. Virgi.in ſecundo Geor.Pictos appellat.in tertio ait Biſaltæ quo more ſolent:acerq; Gelonus:Cum fugit in Rhodopen: atq; in deſerta Getharum: Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Non cum:nec Cyrum: nec Xerxem:nec Agamēnona tot ſub ſe habuiſſe milites ingēquot in Pompeii auxilium conueniebant. Cum:quando.

OMNIBON. ℂFatalis:reſpicit hiſtoriam. Nam Crœſus cum bellum Cyro perſarum regi inferre pararet: Apollinis oraculū ſciſcitatus eſt:quemnam exitum eſſet habiturus:reſpondit oraculum ambigue:ſicut conſueuit: Crœſus perdet Halym tranſgreſſus plurima regna. Crœſus in fauorem ſuum hoc oraculum Apollinis accepit. Crœſus rex *Lydiæ*: perdet: pro deſtruet: ſed oraculum amittet intelligebat: quia uictus eſt a Cyro magna pugna: & in regnum ſuum trepidus refugit: ſeque in Sardim metropolim regni ſui recepit: & cum Cyrus obſediſſet eam: ad extremum & ipſum regnum:& regem in poteſtatem ſuam redegit:fatalis igitur fuit:ideſt pernitioſus. Halys:

Halys ubi fluuius eſt Ponti:& oritur ex radicibus Tauri montis:& defluens per Capadociam diſiunxit olim regna Lydiæ a Perſis:qui etiam(teſte Herodoto)uerſus Boream exiens in Euxinum pontum deſinit: unde Ouidius de Ponto oſtendit: Adde quod hic Scythico miſcentur flumina ponto:Influit & multo uertice totus Halys. Tanais:fluuius fertur de ſeptentrionis partibus Nilo contrarius:non tamen per diametrum:ut quidam putant: ſed orientalior:originem,ut ille,incertam habens. Qua:ſcilicet parte habitantes. Riphęi montes ſunt ſeptētrionis. Ripis mun.ripis Aſiæ & Europæ Tanais enim Aſiam ab Europa diſterminat. Mediæ ter. in qua medius ipſe eſt amplior:quia qua parte incuruatur in Aſiam:auget Europam.qua parte incuruatur in Europam illinc Aſiam auget. Hinc:ab Europa. Illinc:ab Aſia. Pontus ege.fre.ſ.Mæotidis undas:quia Tanais flu.non prius in meridiem uergitur:q̃ recipiatur a Mœotide palude:quam adeo longe:lateq; amplificat: ut ab ignaris prægrandis maris ſinus credatur. Pontus:Euxinus. Mæotidos undas:quia ripis Mæotidis paludis apud Boroaſtras ab Alexandro terminus itineris ſui poſitus aris deſignatus eſt. Aufertur gloria metis hercu.quia non ſolum Hercules in Oceano gades poſuit:ſed etiam Alexander in Mæotide palude terminum ſtatuit. Oceanumq; negat.i. negat Oceanum ſolas gades accipere: quia & in Mæotide palude Alexander terminum poſuit: & gades. Ari

Arimaſpus maſpe: Arimaſpus flu.eſt aureis fluens arenis:quem Scythæ colunt:& quia auro abundat:ideo circulis aureis crines nectunt in coronæ modum. Hinc:a Scythia. Arius:hi omnes ſunt populi Scythiæ. Maſſagetes ſoluens ieiu.ſarma.bel.equo q.fu.quia uidelicet hi fugientes ſæpe hoſtes ad laſſitudinem ducunt:neque commeatibus indigent:ſed lacte & ſanguine equino nutriuntur. Papi. Lactea Maſſagetæ ueluti cum pocula fuſcant Sanguine puniceo:qui mos etiam Sarmatarum fuit.ut Plini.& Biſaltarum ut Virgi.& Concanorum:ut Hora.in carminibus teſtatur. Belli ſarmatici:ideſt bellum:quod contra Sarmatas gerit. Volucreſq; Geloni:populi Scythiæ a filio

Geloni qui Herculis Gelono appellati. Herodo. Non cum mēnoniis:per ſimilitudinem exaggerat exercitum Cn.Pompeii dicens:Nunq̃ ante fuiſſe exercitum:in quo dux pluribus regibus imperaret:q̃ nunc Pompeius imperabat.

ℂCyrus:

¶ Cyrus:Perſarum rex:qui contra Crœſum Lydiæ regẽ ſe contulit. Deducens agmina regnis mẽnoniis: ducens exercitũ in Lydiam.Lydia.n.q a Lydo Tyrrheni fratre eſt dicta:ante Mẽnonia uocabaẽ. Perſes.i.Xerxes Perſiæ rex:qui Græciæ bellũ inferens quinquies mille millia:& ducenta octuaginta millia hoium:ſeptingentoſq;& ſexaginta,ut ſcribit Herodotus,habuit.Nauiũ quoq; decies centũ millia numero:ut ait Iuſtinus. Telis effuſis: iuſſit.n.ſingulos ſingulas ſagittas emittere:& ſic milites numerauit. Fraterniq; ultor amo.hoc eſt Agamẽnon in Troiã proficiſcens:qui Helenã Menelai fratris uxorem a Paride raptam ulciſcebaẽ. Cum:qñ. Tantis, tot: SVLPITIVS Xerxis exercitꝰ

Cyrus:& effuſis numerato milite uelis
Deſcendit Perſes:fraterniq; ultor amoris
Aequora cũ tantis percuſſit claſſibus: unum
Tot reges habuere ducem:coiere nec unquã
Tam uariæ gentes cultu: tam diſſona uulgi
Ora:tot imenſę comites miſſura ruinæ
Exciuit populos:& dignas funere magni
Exeqas fortuna dedit: non corniger Hãmon
Mitteẽ marmaricas ceſſauit i arma cateruas.
Quicqd ab occiduis Libye patet arida Mau
Vſq; Paretonias eoa ad littora Syrtes: (ris:
Acciperet felix ne non ſemel omnia Cæſar:
Vincẽdũ pariter Pharſalia præſtitit orbem.

Pindarus inqoit: Biſſeptem uenere minus q̃ mille ducentę.Ordo eſt:Tot reges non habuere unum ducem: cum Cyrus &c. Coiere:cõuenere in unum. Cultu:habitu. Ora:linguæ. Miſſura comites ruinæ:immiſſura ſocios cædi. Exciuit: cõmouit. Exequias: põpã. Funere:morte. Nõ corniger Hãmon: omnis Africa etiam miſit auxilia Hãmon Iuppiter in formã arietis in Libya colitur cõſtitutus a Baccho: qui ariete duce fontẽ ſitiens adinuenit. Hãmon autem arena interp̃tatur:de eo libro nono dicendum uberius. Marmaricas: Marmaricæ apherre domi ferme regione ad Syrtim uſq; maiorẽ porrecti ſunt. Quicquid.i.quãtũcunq;. Mauris:qui ſunt in ultima Africa occidentem uerſus. Paretonias:Paretoniũ oppidum cum portu quadraginta fere ſtadiorũ ad Syrtim maiorẽ eſt. Eoa:ad orientem uerſa. Præſtitit:conceſſit. Ne nõ ſemel acciperet oĩa: certe ut ſemel una uictoria omnia occuparet:conuenit in Pharſalia totus mundus. Hãmon

¶ Non Cyrus:non Xerxes:non Agamemnon:tot manibus bellum ante geſſerunt.Ordo eſt:Tot reges non habuere unum ducem. Ducens agmina: ideſt inferens bellum Parthis:& Babylonis. Mẽnoniis re.i. Mẽnon Indiæ rex fuit:& Auroræ filius:& Parthia pars Indiæ:q̃ q; bello Cyrus inuaſit:cum Babyloniam cœpit urbem a Semirami conditam:in diuerſos meatus Euphrate diuiſo.Herodotus autem optime deſcribit obſidionem hanc:Qua urbem Babylone Cyrus:& dicit nulla ui urbem capi potuiſſe:niſi hoc feciſſet Cyrus:q; operis adeo magnum laborem perfecit:ut apud poſteros plus admirationis habitorum ſe crederet:nam Euphratem:qui p̃terlabitur hanc urbem:in duos alueos diuiſit:ut deſiccaret alueum:& tenuitate aquæ:ad deditionem uenire cogeret Babylonios:dicit ergo:quo tempore bellum geſſit Cyrus cum Babylonis: nõ duxit ſecum tot reges:quot Pompeius. Xerxes:nec Xerxes habuit tot reges:cum ille deſcendit in Græciam tanta multitudine militum:ut eos ſagittis miſſis numeraret:duobus autem modis exercitũ ſuum dinumerauit:nam ſi ſingulos dinumerare uoluiſſet:tempus non uacabat:primo ſeptum quoddam cõſtruxit:Doriſcum nomine:centum uiginti millia hominum capientem:deinde iubebat milites ingredi:& quoties replebatur locus ille notari iubebat.alter modus:nam iuſſit omnes mittere ſagittas in unum locum: deinde ſagittas numerare iuſſit. Vltor:Agamẽnon non habuit tot reges. Fraterni amoris:Menelai fratris ſui:nam uxorẽ illius Helenam abduxerat Paris. Vltor:quia potentiſſimam urbem Troiam totius Aſiæ euertit: cum ulciſci uellet iniuriam fratris. Coiere:conuenere. Tam uarium:gentes uidelicet cultu:& linguis:ut locis erant diuerſæ. Tot immenſa:hoc fuit:quia fortuna uoluit:ut dignas conſequeretur exequias Pompeius: & quoniam periturus erat:uoluit,ut ipſe,qui totum orbem domuerat:cum toto etiam orbe terrarum periret. Non ceſſauit:cũ his etiam Mauritani omnes & Marmarici ad Pompeium uenere. Corniger Hammon:ex ea parte Libyę multi uenerunt in auxilium Pompei:ubi colitur Iuppiter in forma arietis:cuius diuinationem & oracula plurimum uenerabantur antiqui:teſte Stra.lib.xvii.ſed eorum rerum maxima acceſſit negligentia:nam Romanis Sibyllæ reſponſa ſatiſfaciebant:& Hetruſca diuinatio per auguria:per exta:& Iouis ſigna:reſponſa, nõ ut apud Delphos & Branchidas urbes,dabantur:ſed magna ex parte nutu & ſignis:& dicitur ab :quod ſignificat arenam: nam Iuppiter Baccho & populo ſuo ſitienti per Libyam iter facienti in formam arietis pede pulſauit arenam:ubi primum fons exiuit:unde Bacchus patri ſuo Ioui templum condidit. Corniger:in formam arietis. Marmaricas cateruas:nã Marmaria appellatur regio:ubi poſitum eſt templum Iouis Hãmonis. Quicquid:ſubaudi non ceſſauit mittere. Libye:nominatiuus græcus. Arida.i.penuria aquæ laborans. Patet: ideſt iacet planitie magna. Ab occiduis Mauris:incipiens ab Aethiopibus occidẽtalibus:nam Mauri occidui ſunt.& Aethiopes: duæ enim ſunt Aethiopiæ.ſ.orientalis & occidentalis. Mauris occiduis:ideſt a Mauris:qui ſunt iuxta Aethiopas occidentales. Paretonias Syrtes.i.Aegyptias:nam Syrtes Africæ reſpiciunt Aegyptum.Eſt autẽ Paretoniũ urbs Aegypti:& portus ingens quadraginta fere ſtadiorum.Stra. Eoa:orientalia. Acciperet felix: fortuna,quæ fauebat Cæſari:effecit:ut uniuerſum orbem haberet in Theſſalia:quem una pugna uincere poſſet. Ne non.i.ut acciperet omnia. Semel.i.una pugna uincere uniuerſum orbem. Vincendum pariter: quia fortuna uoluit: ut in Pharſalia totus terraque orbis congregatus ab ipſo Cæſare uinceretur. Pariter.i.una acie ſimul uinceret. Ille ubi deſeruit:poſtq̃ dinumerauit:quæ magno Pompeio auxilia tulerunt. Nunc redit ad Cæſarem dicens quid fecerit:poſtq̃ ex ærario pecuniam ſuſtulerit:ut militibus ſtipendium tribueret:dicit enim illum conſtituiſſe in Hiſpaniam proficiſci:ut prouinciam illam opibus:ac uiris abundantem ſubigeret:nam id maximum uictoriæ momentum fore putabat:ſi Hiſpanias in ſuam poteſtatem redigeret:quod facile ſe facturum exiſtimauit:q; Petreius,& Aphranius tam & ſi magnos exercitus haberent:tamen minime duces idonei uidebantur.

OMNIBON. Iuppiter Hãmon Paretoniũ ubi

SVLPITIVS ¶ Ille ubi:infectis his:q̄ in urbe agere deſtinauerat Cæ.in ulteriorē Galliā ꝓfectus cognouit Rubilliū Rufum ꝓfectū:& Domitiū ad occupādā Maſſiliā a Pōpeio miſſos nauibus actuariis ſeptē. Præmiſſos ēt legatos Maſſilienſes domū nobiles adoleſcētes:quos ab orbe diſcedēs Pōpeius erat adhortatus:ne noua Cæſaris officia ueterem ſuoꝝ beneficioꝝ in eos memoriā expellerent. Quibus mādatis acceptis:Maſſilienſes portas Cæſari clauſerunt. Albiciſq; ad ſe aduocatis frumēto aduecto,officiniſq; armoꝝ in urbe inſtitutis:muros:claſſem:& portas reficiebāt:ex Cæſaris cōmētariis. Agmine ra.exercitu celeri. Nubiferā:altā:iſuſtinentē.q; nubes. Supeuolat:raptim trāſcendit. Alii:populi Galliæ:& Hiſpaniæ ciuitates.

Ille ubi deſeruit trepidātis mœnia Romæ:
Agmine nubiferam rapto ſupeuolat alpem.
Cunq; alii famæ populi terrore pauerent:
Phocaís in dubiis auſa eſt ſeruare iuuentus
Non Graía leuitate fidem:ſignataq; iura:
Et cauſas:non fata ſequi.tamen ante furorem
Indomitum:duramq; uiri deflectere mentem
Pacifico ſermone parāt:hoſtēq; propinquū
Orant cecropiæ prælata fronde Mineruæ.
Semper in externis populo cōmunia ueſtro
Maſſiliam bellis teſtatur fata tuliſſe
Comprēſa eſt latiis q̄cunq; annalibus ætas:
Et nunc ignoto ſi quos petis orbe triūphos:
Accipe deuotas extrema in prælia dextras.
At ſi funeſtas acies:ſi dira paratis
Prælía diſcordes:lachrymas ciuilibus armis:

Famæ:Cæſaris. Phocais iu.i.Maſſilīēſes:q a Græcis phocēſibus ſunt oriūdi. Illi n.a Perſis afflicti ad hoſtia Rhodani cōmigrātes,Maſſiliā petroſo i loco:cui port⁹ ſubiacet:cōſtituerūt. In du.rebus. Non gra.le.leues .n.ſuapte natura ſunt Græci:& incōſtātes. Iura ſi.fœdera,ſcriptaq; cū po Ro.habebāt. Cauſas:rōnes iuſti & æqui. Nō fa.nō fortunā:ſucceſſumq; Cæſaris. Ante:uidelicet:quā integræ fidei ſpecimē darent:& periculū facerent. Indomitū furorē:inflexibilē irā:& īpetū.

Durā:pertinacē. Prælata fronde Miner.mos legatoꝝ erat:oleam ſignum pacis geſtare:& ꝓtendere. Vir.in.vii.Centū oratores auguſta ad mœnia regis Ire iubet ramis uelatos Palladis oēs. Propinquū:aduentantē.n.Cæſ ꝓcul ab urbe adierunt. Mineruæ cecropię: Palladis athenīēſis:q̄ oleā adinuenit. Semper i exter. hēt hæc oſo latentē diſſuaſionem belli ciuilis:& fidelis decreti Maſſilīēſiū honeſtā expoſitionē. Ea eſt,ſe fidos po.Ro.ſocios nolle bellis ciuilibus īmiſcere:licereq; Cęſari depoſitis armis Maſſiliā ingredi:quā ſi ſtatuerit oppugnare:certū ipſis eſſe:q̄q; aſperrima ꝓ ſeruanda fide & libertate perpeti uelle. Totaq; ad placādū Cæſarē tēdit oſo. Exordium ſumit a beneuolentia per antiquæ ſocietatis & fidei uerecundam cōmemorationem & promptitudinem ad ꝓſtandum officium. Omnis ætas:omnis antiquitas:quæ Romanis continetur hiſtoriis. Annales ſunt hiſtoriæ per annos notatæ ut docet Gellius li v.

Annales quid Fata communia:communem ſucceſſum. & aduerſitatem. In externis:contra externos alienoſq; geſta. Triumphos:uictoriam:ex qua triumph iturus. Ignoto orbe:ignotis gentibus. Dextras deuotas:iuuentutem deputatam. Funeſtas:mortiferas:luctuoſas. Diſcordes:uos. Damus lachry.miſeret nos:& deflemus.

OMNIBON. ¶ Ille:Cæſar. Trepidantis Romæ:ſpoliato ærario timētis. Nubiferā.i.altā:q̄ nubes trāſcendat.i.trāſit i Galliā trāſalpinā:ut in Hiſpaniā tendat:nā eā ꝓuinciā in ptātē ſuā redigere uolebat:qd̓ maximū uictoriæ momētum fore putabat:id q̄ta aſtutia ꝓfecerit Cæ.hoc dep̄hēdi pōt:dicebat.n.uado ad exercitū ſine duce:& reuertar ad ducem ſine exercitu. Cumq; alii fa.cū alii populi metu ſe dederāt Cæſari:ſoli Maſſilīēſes inuēti ſunt:qui fidē ſenatui:populoq; Ro.ſeruarent:& in oī officio ſuo ꝑmanerent. Terrore:Cæſaris:q oīa ferro ſubigeret. Phocais iuuentus:Phocis ciuitas Græciæ fuit:quā a barbaris inuſtā & crematā deſeruere ciues:& dio nauigantes in Galliā uenerūt:ubi Maſſiliā cōdidere ſupra Rhodanū. Eſt aūt Maſſilia,ut oſ̄dit Stra.petroſo in loco ſita:cui qdē portus ſubiacet:ſaxū uidelicet in theatri formā ad auſtrū ſpectās:urbs uniuerſa pulcherrimis circūcincta mœnibus

Maſſilia ubi magnitudine eximia:in cuius arce Epheſiū & Apollinis Delphici tēplū conditū eſt. Non gra.le.i.inconſtantia: q̄ Graioꝝ eſt ꝓpria. Signataq; iura.i.ſcripta in marmore:aut inſculpta ære:ſignificat fœdera:quibus populi Romani ſacri & amici facti erant. Cauſas:iuſtas.ſ. Nō fa.i.fauorē:licet fortuna ſecūda uteref Cæ.tñ iuſtiorē cauſam ſenatus,populiq; Ro.q̄ Cæſaris credebāt. Tñ ante furorem:q̄uis ſeuere in fide ꝑſiſterent Maſſilienſes:tñ uoluerunt tentare oſo e leniori ſi quo mō poſſent animū Cæſaris placarent:anteq̄ plane ſe Cæſari aduerſos oſ̄derent. Ante.ſ.q̄ excluderēt Cæſarem. Hoſtemq; propin.i.Cæſarem uicinū:iam.n.aduentabat urbi Maſſiliæ. Prælata fronde Mineruæ.i.oliuæ:q̄ ſignū eſt pacis. Mineruæ:Palladis.nā ipſa Pallas fuit:quæ percuſſa terra:prima edidit oleam. Vir.Oleæq; Minerua inuentrix. Semper in ex.in deliberatiuo genere:& conſtitutione iuridiciali abſoluta hæc oſo poſita eſt:deliberaſ utrū ſe Cæſari coniūgant:an ne.Eſt aūt conſtitutio iuridicialis:abſoluta eſt:uidelicet iniuſtū eſt:ſe Cæſari cōiungere:ideo licet nobis a bello ciuili abeſſe.abſoluta eſt:quia nulla extrinſecus cā ſumpta iuſtum dñt:qd̓ faciunt:nam coniungere ſe Cæſari iniuſtū eſt:licet igitur nobis a bello ciuili abeſſe:partes reſ̄ctus procœmii ſunt:quia captant beneuolētiam a perſona ſua:cum officium ſuum ſine arrogantia oſ̄dunt. Semper in externis:ſenſus eſt:Oēs hiſtoriæ:& quæcunq; annalibus continentur:declarant nos po.Ro.ſemper fuiſſe cōiunctos.Ordo eſt:Quæcūq; ætas eſt cōprehēſa latiis annalibus teſtaſ Maſſiliā tuliſſe fata cōia ſemp po.Ro.in externis bellis. Externis bel.i.quoties bellū geſſiſtis cōtra externos o Romani. Fata cōia:fortunā cōem:ſiue bonā:ſiue malā. Quæcūq; ætas.i.cuiuſcunq; ætatis res geſtæ:q̄ continenſ in italicis hiſtoriis. Et nunc ignoto:& nunc idem facere parati ſumus:ſi uis iouentutē armatam ducere cōtra hoſtes externos po.Ro. Et nunc:ſicuti ſuperiori tpe. Deuotas:deſtinatas. Quos triumphos:aliquas uictorias. At ſi funeſtas acies:ſed ſi uultis bella īter uos gerere:oramus patiamini:nos ab hoc ciuili bello abeſſe:ne manus noſtras in ſanguine ueſtro polluamus:quem ſocii oēs ueteri deberent. Dira præ.i.quæ geruntur inter propinquos:& ciues:& filios:& patres. Lachrymas damus:liceat nobis abeſſe:& deplorare fortunam:& caſum ueſtrum.

¶ Secretum:receſſum : quo confugiant ciues : qui uolunt eſſe ab illis immunes. Tractentur : accingantur : & infeſtantur. Nulla manu:non aliqua noſtrum. Sacra uulnera: execrabilia . hoc eſt non geramus in Romanos ſceleſta bella. Si cælicolis : argumentantur a ſimili : ꝙ tantis bellis externi ſe immiſcere non debeant. Nam ſi Dii diſcordes inter ſe pugnent : aut ſi in eos gigantes inſurgent:tamen homines:licet pii præ ſtupore & ignoratione uictoriæ non auderent fauere Ioui. Furor: ira:diſcordia. Cælicolis:per hos ſenatum.per gigantes Cæſarem intelligit. Terrigenas:fuerunt eni Terræ:Titaniſq; filii. Tentarent aſtra i oppugnarent cælum. Pietas humana : homines pii. Votis: aptis deſideriis. Sortis:ſtatus:& fortunæ. Sciret per fulmina:ex fulminibus intelligeret. Solum Tonantē:Iouem:per quē uidetur Pompeium indicare: qui erat in ſenatu primus: & belli dux. Addere:earum gentium temeritatem accuſat:quæ bellis ciuilibus ſe ſponte immiſcent. Iners:uilis:& inofficioſus. Horret contagia ſcelerū:timet corruptionē belli ciuilis. Coactis gladiis:cōpulſis militibus. Sit mens iſta quidem:in ſui propoſiti cōmendationem optant omnes in eadem eſſe ſententia. Mens iſta:ꝓpoſitū ſimile. Recuſent neſtra fata : nolint nos interimere. Alius:externus: ſed uos ipſi inter uos pugnetis:nam ſtatim præ neceſſitudine:quæ īter uos eſt, ceſſabitis. Cuit certe unicuique.. Diuerſi i oppoſiti. Fratres:nominandi eſt:ſed rurſus ſupple i accuſandi.
Finis adeſt rerum:ceſſabunt bella ciuilia. Illis:externis.. Fas eſt:licet ī nos ſequire. Hæc ſumma : hæc breuis collectio eorū.q̄ ꝑcaturi te ſumus:ut relicto exercitu inermis ingrediare. Infeſta : hoſtiliter uenientia.
Credere:cōmittere te:& fidere. Excludi : repelli : & extra manere. Admiſſo Cæſare:ſuſcepto a nobis. Sit locus:perſtat in eo.ut Cæſari diſſuadeat : ſe hoſtem nō eſſe. Exceptus:liber,& exemptus a bello.

Secretumq; damus:tractentur uulnera nulla
Sacra manu.ſi cælicolis furor arma dediſſet:
Aut ſi terrigenæ tentarent aſtra gigantes:
Non tamē auderet pietas humana uel armis:
Vel uotis prodeſſe Ioui:ſortiſq; Deorum
Ignarum mortale genus:per fulmina tantum
Sciret adhuc cælo ſolum regnare Tonantē.
Adde ꝙ innumeræ cōcurrunt undiq; gentes:
Nec ſic horret iners ſcelerū contagia mūdus:
Vt gladiis egeant ciuilia bella coactis.
Sit mens iſta qdē cunctis:ut noſtra recuſent
Fata : nec hæc alius committat prælia miles:
Cui nō coſpecto languebit dextra parente?
Telaq; diuerſi ꝓhibebunt ſpargere fratres?
Finis adeſt rerum:ſi non committitis illis
Arma:quibus fas eſt:nobis hæc ſumma ꝑcādi
Terribiles aquilas:infeſtaq; ſigna relinquas
Vrbe procul:noſtriſq; uelis te credere muris:
Excludiq; ſinas admiſſo Cæſare bellum.
Sit locus exceptus ſceleri:Magnoq;tibiq;.

¶ Secretūq; damus.i.uolumus receſſum: & receptaculū eē diſcedētibus a bello ciuili. Sacra uulnera.i.uerēda a ſociis:qa ſocii uereri deberent:ne uulnus inferant principibus Romanis:aut ſacra.i.execrāda. Tractent.ſa uobis. Nulla manu: nulla ope:auxilioq; ſociorū. OMNI BON. Sacrum

Si cælicolis:arguit ab obſeruantia:nam ſuaſio : & diſſuaſio habent locos a partibus honeſti:neceſſarii:facilis: delectabilis:utilis Sumit igiť argumentum ab obſeruantia:quæ eſt pars una iuris naturalis: obſeruantia eſt:per quam homines aliq̄ dignitate excedentes cultu & honore coli debent:oſtendit.n.debere ſocios:cultu & honore proſeq Romanos:& a ſimili exornat hanc argumentationem. Si Dii inter ſe bellum gererent: non eſſet æquum homines his uel illis ſe adiungere:uereri.n.debemus Deos:comparanť Romani Diis:quemadmodum arma ſumere contra Deos non æquum eſt:eodem modo Romanos iſtac Deorum ſocii & amici timere debent: & potius uereri eos q̄ ſe illis adiungere. Si cælicolis:ab obſeruantia arguit:uos o Romani nobis eſtis tanquā cælicolæ: & quam obſeruantiam habent homines erga Deos:eandem ſumus erga uos habituri:ſed diſcordibus Diis nemo auderet arma coniungere:ergo nec quiſquam concurrentibus Ro.ſe ad bellū adiūgere debet, ſed procul abeſſe. Obſeruātia qd
Tamē:quamuis Dii eſſent. Ignarū ſortiſq;.i.neſcienſq̄ nā ſit ſors Deorū. Fulmina:quia cū fulmina audiret: tunc ſciret Iouem in cælo regnare. Adde ꝙ innumeræ:arguit a neceſſario:a contrario:qa admodū ille: qui ſuadet: arguit a neceſſario: cū aliquid faciendum eſſe dicit: quia ſit neceſſitas:ita qui diſſuadet arguit a neceſſario: a contrario, quia non ſit neceſſitas.Non uſq; adeo inquit gētes horrēt bellū ciuile: quin ſint plures populi bello q̄ nos:ergo nulla neceſſitas eſt:q̄ cogat nos Maſſilienſes inuitos ī bellū cōiūgi. Cōcurrunt:ad nos ſponte ſua. Iners: ignauus in bello. Contagia ſcelerū:ut maculent ſe ſcelere bellorū ciuiliū. Egeant gladiis:quia populi ſpōte ad bella concurrent: non eſt neceſſe nos trahi inuitos in prælia. Sit mens iſta: arguit ab utile: ne uobis cum populi arma coniungant:nam ſi nemo uobis arma coniungeret : tunc cum ciuis ciuem: pater filium : & filius patrem: frater fratrem uiderit: arma comprimet: nec erit qui audeat tantum ſcelus committere: ut primus bellum ciuile incipiat:ex quo ſequitur:ut tam tetri tamq; nefarii belli inſiſtet finis. Fata : fortunas. Alius miles.i. nullorum prælia ſequantur. Cui non:ſi ciues cum ciuibus:parentes filiis coniuncti fuerint: quis erit : qui audeat arma miſcere:ergo finem habebunt bella ciuilia. Languebit:torpeſcet. Conſpecto:uiſo patre nemo eum uulnerare audebit. Finis adeſt rerum:ideſt finis eſt bellorum ciuiliū:ſi non rōcederis arma externis. Arma:quibus eſt fas:ideſt externis:tunc enim bellum locū habebit. Hæc nobis ſumma:Maſſilienſiū legati hic ſe gratos oſtendunt:ꝙ uidelicet Cæſarem recipere uelint: dimiſſo tamen exercitu:qui de ſe benemeritus fuerat: nam deuictis Gallis:maximis uectigalibus aucti fuerunt Maſſilienſes:o Cæſar:ut nos beneficiorum gratos ītelligas:placet ut dimiſſo exercitu:ipſe ingrediaris mœnia noſtra. Credere : committere. Excludiq; ſinas : arguit a parte honeſti:ab ea parte:quam Cicero pat appellat.Pac eſt:ꝙ inter omnes æquabile eſt: uidelicet: ut omnes pacis rationem habeant : nos ergo hanc pacis rationem habere uolumus : ut ſit ciuitas noſtra receptaculū tibi & Pompeio, ubi de pace tractare poſſitis. Sit locus:ſcilicet ciuitas noſtra. Exceptus:remotus a ſcelere.

SVLPITIVS ℂFatū:felicitas. Conſulat urbi:prouideat Romæ. Fœdera ſi placeāt:ſi inieritis fœdus: & pacem inter uos inituri. Sit:ſuperſit hic locus. Veniatis:uenire poſſitis. Vel cum tanta: ab honeſtiori & utiliori argumentatio. Diſcrimina:pericula. Martis iberi:ne uetus Pompeii exercitus:q i Hiſpania eſt:Galliā occupet. Deflectis:declinas ad nos:cum illuc acceleres. Rapidū:acceleratū. Nō pondera: attenuant rem ſuam:ut digni negligi uideantur:non enim ſunt hi: in quibus ſiue foueant:ſiue repugnent: belli pondus conſiſtat:præſertim cum in armis ſint infelices. Momenta:impulſiones & efficatiæ. Manus exul:multitudo profuga ab antiqua in Græcia patria. Horatius:Nulla ſit hac potior ſententia Phocæorū: Vult profog⁹ execrata ciuitas Argos: Atq̧ lares patrios:habitādaq̧ fana: Feris reliquit:& rapacibus lupis. Exuſtis:a Xerxe:& ab ipſis ī nouas ſedes migrare conſtituentibus. Exiguis mœnibus: paruo oppido. Eſtq̧ ordo: Et poſt tranſlatas acies Phocidos exuſtæ: nos, quos ſola fides illuſtrat, ſumus tuti ī mœnib⁹. Sola fides:ſemp.n.fide clari fuere. Liuius in ſecundo belli punici:Nec hoſpitale quicquā peccatumue ſatis prius auditum: q̄ Maſſiliam uenerunt. Claudere muros: a difficili argumentatio ad Cæſarē terrēdō. Hauſtus raptos:potū ſubſtractū. Auerſis fontibus:amotis fluminibus: & ipſo Rhodano. Larga Ceres:copia panis.
Tūc horrida cerni:parati ſum⁹ uideri maciléti. Cōtingi:infici: & morderi a nobis cruentatis dētibus:uel oppimi tabe uiceribus: & ſcabiei morſu: ut famelicis ſolet accidere. Saguntū: Valerius libro ſexto hæc ait:Saguntini uictricibus Hannibalis armis:intra mœnia ſua cōpulſi:cum oim punicā ulterius nequirēt arcere:collatis i forū: quæ unicuiq̧ erāt cariſſima: atq̧ undiq̧ circundatis:accēſiſq̧ ignis nutrimētis:ne a ſocietate deſiſterēt:publico & communi rogo ſeipſos ſuperinjecerūt. Eſt autem Saguntum oppidum in Hiſpania a Zacynthiis conditum: diciturq̧ & hæc Saguntos:uel Saguntus. Sillius: Conclamant utrinq̧ acies:ceu tota Saguntos Igne micet. Trahentes:ſugentes.

Saguntus ubi

Tutus:ut inuictæ fatum ſi conſulat urbi:
Fœdera ſi placeant:ſit quo ueniatis inermes.
Vel cum tāta uocēt diſcrimina Martis iberi:
Quid rapidū deflectis iter?nō pōdera rerū:
Nec momenta ſumus.nunq̄ felicibus armis
Vſa manus patriæ primis a ſedibus exul:
Et poſt tranſlatas exhuſtæ Phocidos arces:
Mœnibus exiguis alieno in littore tuti
Illuſtrat quos ſola fides.ſi claudere muros
Obſidione paras:& ui confringere portas:
Excepiſſe faces tectis:& tela parati:
Vndarum raptos auerſis fontibus hauſtus
Quærere:& effoſſam ſitientes lambere terrā:
Et deſit ſi larga Ceres:tunc horrida cerni:
Fœdaq̧ contingi maculato corpora morſu:
Nec pauet hic populus pro libertate ſubire:
Obſeſſum Pœno geſſit qd' Marte Sagūtum,
Pectoribus rapti matrū:fruſtraq̧ trahentes

ℂTutus locus:uidelicet ciuitas noſtra:ad quam uos recipiētes tuti eſſe poſſitis. Fatum ſi cōſolat:ſi fata uoluerint conſulere paci urbis Romanæ:paratus ſit locus tibi & Pōpeio pacis auctoribus. Vrbi inuictæ.ſ. Romæ:q̄ a nullis externis uinci potuit. Fœdera pacis:inter uos. Sit.ſ.urbs nr̄a. Vel cūta partibus prudentiæ arguit:quæ ſunt tres:memoria:intelligentia:& prudētia. Prīo ab itelligentia arguit:nā prudētis ē maiora minoribus anteponere:cum bellū Hiſpanū ſit maius:q̄ oppugnatio Maſſiliæ o Cæſar:qd eſt cur non omiſſa oppugnatiōe Maſſiliæ debeas ad bellū Hiſpanū ꝓficiſci? Cū tanta uocēt:o Cæſar cū tu feſtines in Hiſpaniā:qd nō relicta Maſſilia ꝓperas in Hiſpaniā?quod maioris eſt momēti. Deflectis: declinas. Tanta diſcrimina:tanta bella: & certamina.

OMNIBON. Prudentiæ ptes

Martis iberi:Hiſpani belli:nō Pōpei:qa cōparatione belli hiſpanēſis: nos non ſumus pōdera belli. Nec ſumus momenta.ſ.non ſumus utiles bello:q ſemper infeliciter dimicauimus. Nunq̄ felicibus armis:a partibus memoriæ arguit:o Cæſar non debes nos ita tibi facere ſocios in bello ciuili:q ſemp infelices fuimus i bellis:ergo a partibus prudentiæ.i.memoriæ:nam memoria pteritorū facit:ut futura ꝓuideamus. Et poſt trāſlatas:poſtq̄ barbari urbem nr̄a; icēdio cremarūt:ſemp animus noſter infelix fuit: & hāc urbem poſuimus in ripis Rhodani ſola fide tuti:fideles igit̄ ſe Cæſari oſtendunt:ut ſibi parcere uelit. Manus pr̄iæ urbis nr̄æ. Poſt arces:poſtq̄ ſedem e Græcia trāſtolimus i Galliā. Exuſtæ:a barbaris:cū Xerxes penetrauit i Græciā. Mœnib⁹ exiguis.ſ. cōparatiōe urbis Phocidos. Littore alieno.ſ.Rhodani. Sola fides:nullo bello ſumus illuſtres:ſed fide tantū. Sic claudere muros:a difficili arguit:difficile ē.n.Cæ.uincere eos:q parati ſunt extrema quæq̧ pati:ſunt.n.ipa deſperatione fortes. Vnde Lucanus alibi. Vincit̄ haud gratis iugulo q prouocat hoſtē. Hic poſita ē magna pars deliberatiuæ conſtitutionis:ſed ſi credis nos facile poſſe oppugnari:hanc ſpē deponas:nos.n.extrema mala pati parati ſumus:ēt ſi auertas undas:puteos in uiſceribus terræ q̄remus:& ſi inopia cōmeatuū nos pmere tētabis: nr̄a ipſorū uiſcera laniare parati ſumus:& morte potius affligere nos:q̄ a fide populi Romani deficiamus. Claudere muros:circūuallare mœnia nr̄a:ne quis egredi poſſit:ut nos fame expugnare poſſis. Excepiſſe:pro excipe. Faces tectis i.parati ſumus ēt uidere domos nr̄as incēdi. Vndarum raptos:parati ſumus ēt, ſi fontes auertis, ne Rhodanus p urbē noſtrā labat:effodere terrā: & in ipſis terræ uiſceribus inuenire aq̄s. Lābere terrā:nō ſolū aq̄:ſed aq̄ terræ miſtam bibemus. Et deſit:ſi etiā fame oppreſſeris:parati ſumus ea facere:q̄ nefas eēt dicere: ne dum uidere: ſignificāt ſe nec uiſceribus quidē filiorū parcere paratos eſſe. Et.ſ.ſumus parati. Si larga Ceres:ſi copia frumēti deerit:Deā pro frumento poſuit. Fœda cōtingi.i.fœda cōtactu. Nec pauet hic populus:nō dubitamus inqt ſuſtinere qd Saguntini aliquando ſuſtinuerūt:potius q̄ amiſſa libertate i poteſtatē tuā uenire. Saguntū āt Hiſpaniæ oppidū cū fuit ſecūdi belli punici:ut dicit Liui. Cū ſocii populi Ro. Saguntini eēnt:Hānibal diu eos obſedit: cū uero ad extremū uſq̧ perueniſſent:fidēq̧ ſeruare ꝓmiſiſſent:ne in poteſtatē Hānibalis uenirent: rogū in medio foro ſtruxerūt:quo ſe,ſuaq̧ oia cara ſuperiniecerūt. Hic populus.ſ.Maſſilienſis. Subire.ſ.extremū. Pœno Marte:Africano bello. Pectoribus rapti:præterea auulſos a pectoribus matrum liberos in medios rogos proiiciemus.

ℂSicca:

SVLPITIVS

¶Sicca:nihil lactis habentia ob inediã. Fata:mortẽ. Miſcebunt uolnera:ſeipſos interiment. Coacti:cõpulſi a te. Hoc:qđ mutuo ſe occidant:q̃ cõtra Romanos pugnent. Graia:Maſſilienſis:oriũda a Græcia. Ducis: Cæſaris. Prodita:manifeſta:nam uultũ,coloréq; mutauit:& truces oculi euaſere. Vana mouet: Cæſar cõuerſus ad milites,Maſſiliam ſe deleturum denunciat:hilariq; eos aĩo eſſe iubet:& confidentiã Maſſilienſiũ arguit:ſimulatoſq; dolos improbat. Ideo.n.inermẽ ſuſcipere uolebãt:ut ipſum caperent:quare de his ſumptu pœnas minatur. Fiducia:confidentia:& improba ſpes. Curſus:accelerati itineris. Graios: Maſſilienſes. Ad axem

Vbera ſicca fame medios mittentur in ignes:
Vxor & a caro poſcet ſibi fata marito:
Vulnera miſcebunt fratres:bellumq; coacti
Hoc potius ciuile gerent.ſic Graia iuuentus
Finierat:cum turbato iam prodita uultu
Ira ducis:tandem teſtata eſt uoce dolorem.
Vana mouet Graios noſtri fiducia curſus:
Quãuis heſperiũ mũdi ꝓperemus ad axem:
Maſſiliam delere uacat.gaudete cohortes:
Obuia præbentur fatorum munere bella.
Ventus ut amittit uires:niſi robore denſæ
Occurrant ſiluæ ſpatio diffuſus inani:
Vtq; perit magnus nullis obſtantibus ignis:
Sic hoſtes mihi deeſſe nocet:dãnumq; putamus
Armorum:niſi q uinci potuere:rebellent.
Sed ſi ſolus eam dimiſſis degener armis:
Tunc mihi tecta patent:iã nõ excludere tm:
Incluſiſſe uolunt:at enim contagia belli
Dira fugant:dabitis pœnas pro pace petita:
Et nihil eſſe meo diſcetis tutius æuo:
Quã duce me bellũ.ſic poſtq̃ fatus ad urbẽ
Haud trepidã ↄuertit iter:tũc mœnia clauſa

heſperiũ:ad Hiſpaniã regionẽ occidentalẽ. Vacat:uacuũ tps eſt. Gaudete:quia cũ gloria ipſam diripietis. Munere fatorum:Deorum benignitate:& ẽ tacitæ laudis expreſſio:oſdit.n.eos pugnandi cupidos. Ventus: ſimilitudo qua ſe uento,& igni:pacem ſpatio inani:hoſtes arboribus,& materiei cõparat. Robore:ſpeciẽ ꝓ gñe poſuit. Inani:libero arborib⁹. Nullis:nulla materia. Nocet:deſides euadimus. Armorum:exercitus,& potentiæ noſtræ. Qui potuere uinci:quos uincere poſſumus. Sed ſi ſolus:ironia. Degener:uilis,& humilis. Dimiſſis:depoſitis. Tecta patẽt:aperient portæ,admittent me. Excludere:expellere. Incluſiſſe:in carcere continere:deeſtq; ſed ẽt. Contagia:corruptionem:nolunt.n.bello ciuili ſe maculare. Fugant:expellunt. Dabitis pœnas:nũc ad legatos ſe uertit. Meo æuo:meis tpibus. Quam duce me bellum:q̃ meis pedibus inhærere:qđ qui non facient:tuti non erunt. Sic poſtq̃:quibus iniuriis pmotus Cæſar:legiones tres Maſſiliam adducit:turres:uineaſq; ad oppugnationem urbis agere:naues lõgas arelatæ numero duodecim facere inſtituit. Quibus effectis,armatiſq; diebus.xxx.a qua die materia cæſa ẽ:adductiſq; Maſſiliam:his Decium Brutum pręfecit.C.Trebonium legatum ad oppugnationem Maſſiliæ reliquit. Ad urbem haud trepidam: ad Maſſiliã nil metuentem:quia ſe ad bellũ parauerat.

¶Sicca ubera.ſ.lacte:qa fame afflictæ lac habere nõ poterũt. In ignes.ſ.acceſos in foro. Fruſtra:unũ ſeqtur ex reliquo:qa ſicca ubera:iõ fruſtra trahẽt. Vxor & a caro:pterea mulieres nolẽt uiuere:immo uxor poſcet maritũ:ut ſe iterficiat. Fata:mortẽ. Miſcebunt: cõfundẽt:qa frẽs alios occidẽt. Bellũq; coacti:ſi coacti erimus bella gerere:potius in urbe nr̃a faciemus:ut nos ciues mutuo occidamus:q̃ te ſequamur o Cæſar. Hoc ciuile:potius.ſ.q̃ tuũ. Sic graia iuuẽtus:iam dudũ dicẽtibus Maſſilieñſiũ legatis:uultu ſuo oñdit idignationem Cæſar:quẽ ſtati ſilẽtibus illis uerbis oñdit. Graia iuuẽtus.i.Maſſilieñſes:q a Phocide ciuitate Græciæ uenerunt. Turbato iã.ſ.anteq̃ loq̃ret. Vana mo.ꝑ exordio poſuit hunc uerſum.Creditis uos Maſſilienſes uerbis ueſtris diſſuadere:ne faciã:qđ iã aĩo ꝓpoſui:i hoc uerſu cõſiſtit ꝓprietas ꝓœmii:bñuolẽtiã captat a pſona aduerſariorum:i cõtẽptionẽ adducit Graios:arguẽs eorum leuitatẽ. Quãuis heſperiũ:refellit qđ dixerãt:ſatius eẽ iferre bellũ Hiſpanis:q̃ oppugnare Maſſiliã:dicit Cæ.ſi de duobus alterum eligẽdũ eẽt:uerum fateor ſatius fore bellũ hiſpanũ cõficere:omiſſa oppugnatione Maſſiliæ:ſed ſi utrũq; poſſum efficere:ſatius eẽ exiſtio. Vacat.i.uacuũ eſt nobis tps:& ſpatiũ delere uos. In heſperiũ axẽ.i.Hiſpaniã:q̃ ẽ i occidẽte. Gaudete cohortes:arguit ab utili: dicit utile ẽ oppugnare Maſſiliã cõmilitones:ne uires ur̃æ otio lãgueſcãt:qa excitabunt uires i oppugnatione Maſſiliæ. Fatorũ munere.i.diũ.ita Dii uoluerũt:& iſtar muneris diuini hoc eẽ debet:uidelicet ut oppugnetis hãc urbẽ. Ventus: exornat hãc argumẽtationẽ a ſimili:quẽadmodũ inqt uẽtus:cũ perflat habere uires non ur̃:quia oĩa ſibi patent: ſed ſi obſtiterit aliquid uehemẽtior efficit:ſic & uobis:ſi patefacta eſſent oĩa:uires deficerẽt:ſed ſi quid obſtiterit: exaugebunt uires ueſtræ. Denſę ſiluæ:caſus genitiui. Robore:arbores. Occurrant:reſiſtant. Inani ſpatio: uacuo:quia oĩa patẽt:nihil reſiſtit:ideo uẽtus lãguidior efficit. Armorum:militum. Niſi uinci p.ſ.i.niſi nobis aduerſarii ſint & rebelles:qui tñ a uobis uinci poſſint. Sed ſi ſolus eã:nũc refellit illã partẽ:quã dixerãt Maſſilieñſes ſe paratí eẽnt exercitu dimiſſo:Cæſarẽ ſuſcipere:dicit.n.hoc illos:nõ quaſi gratos:ſed quaſi ꝓditores obtuliſſe:qui ipſum ſine exercitu excipere uellent:ut i ciuitatẽ illũ perdant. Si ſolus eam.i.ſi ego ſolus ire uoluero: ſine exercitu:oĩa mihi patebũt. Degener:ignauus. Dimiſſis armis:ut inermis igrediar urbẽ. Iam nõ excludere tm̃:qa non ſolum uolunt me excludere:ſed ẽt includere. Incluſiſſe:pro includere. At cum:dñt ſe uelle facere hoc:ne polluantur ſanguine bellorum ciuilium. Pro pace petita:quia utriuſq; cauſam pacis eſſe uolebat:quod quia honeſtum erat negare non poterat Cæſar:ſed inutile dicit eſſe. Ad eum:quia dñt ſe nolle pollui ſanguine ciuili:ſed pro pace uobis bellum dabo:itaq; probatum faciam:ut intelligatis nihil tutius eſſe q̃ bellum me duce. Fugãt: a ſe. Contagia dira belli:pro cõtagionem diri belli. Et nihil: qđ illi honeſtum dicunt:Cæſar illis parum tutũ:& utile eſſe demonſtrat. Aeuo:ætate mea:dum ego ſum uiuus. Duce me.ſ.Cæſare.i.cuius belli dux fuero:in eo bello ſemper uictoria parata erit. Haud non timentem:quia uenienti portas clauſas obiecerunt.

OMNIBON.

SVLPITIVS ℂ Vallata corona:circundata ordine armatoꝝ cuſtodum. Mœnia clauſa:urbē clauſis portis. Haud ꝓcul:locus caſtroꝝ deſcribiť:& ut uallis īter caſtra & urbē repleta eſt aggere:& obſeſſa Maſſilia explicať. Maſſilia,ut in ſecundo belloꝝ ciuil:ū ſcribit Cæſar,ex tribus fere partibus oppidi mari abluiť:reliqua quarta eſt:quæ aditū habet a terra. Huius quoq; ſpatii pars ea,q̄ ad arcem pertinet,loci natura:& ualle altiſſima munita:longā & difficilē hēt oppugnationē. Trebonius igiť in uiminibus & materia cōportata aggerē in altitudinē pedū octogita extruxit. Tumulus:collis. Explicat cāpū:habet paruā in ſummo planitiē. Diffuſo uertice:dilatato cacumine. Patiens cingi:q̄ poſſet circūdari. Munimine: uallo.

Proxima:uicina huic rupi. Cōſurgit:erigiť:& munita eſt. Sedent:iacent:& uallis latitudinē:mōtiſq; diſtātiā indicat. Statura:quæ ſtaret: & erigereť:uel conſtatura. Committere:cōiungere. Diuerſos:urbis,& caſtroꝝ. Aggere:congerie terræ: & faſcibus uiminum.

Prius:placuit. Vt clauderet urbē:ut occluderet omnē aditū p terrā hinc & illinc:nā aggerē & foſſaꝫ duxit a caſtris ad maria. Pabula:paſcua. Brachia:aggeres.

Ceſpitibus:glebis terræ cum herba. Cruda: dura.

Tollentia pinnas:erigentia turriculas:& propugnacula in ſimilitudinem pinnarum muri. Iam ſatis:nō paruam laudem inquit aſſecuti ſunt Maſſilienſes: qd̄ ſoli auſi ſunt reſiſtere Cæſari. Memorandum: memorari dignum. Curſum belli:impetū Cæſaris. Cunctis raptis:cæteris urbibus ſtatī occupatis. Vna: ſola. Mora:lōga oppugnatione. Quātū:magnū ꝓfecto. Tenenť:retinenť ſucceſſus Cæſaris. Properans imponere mundo:feſtinans ꝑficere Cæſarē. Perdit:incaſſum conterit. Nemora: cōſitæ arbores amœnitatis cauſa.

Robore:arboribus:ut eaꝝ trabibus:& materia hinc & illinc aggeris latera firmarēt: media aūt replebat ex faſcibus uirgultorum & terra. Virgulta:uimina:rami arborum & fructices. Molem; congeriem rerum.

Conſpicit:& denſa iuuenum uallata corona.
Haud ꝓcul a muris tumulus ſurgentis i altū
Telluris:paruum diffuſo uertice campum
Explicat:hæc patiens lōgo munimine cingi
Viſa duci rupes:tutiſq; aptiſſima caſtris.
Proxima pars urbis celſam cōſurgit in arcem
Par tumulo:mediiſq; ſedēt cōuallibus arua.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore:
Aggere diuerſos uallo committere colles.
Sed prius ut totam:quā terra cingitur:urbē
Clauderet:a ſummis ꝑduxit ad æquora caſtris
Longū Cæſar opus.fonteſq; & pabula cāpi
Amplexus foſſa denſas tollentia pinnas
Ceſpitibus:crudaq; extruxit brachia terra.
Iam ſatis hoc Graiæ memorādū cōtigit urbi:
Aeternumq; decus:quod non impulſa:nec ipſo
Strata metu.tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem curſum:raptis a Cæſare cunctis:
Vincit una mora.q̄tū eſt qd̄ fata tenentur:
Quodq; uirū toti ꝓperans imponere mundo:
Hos perdit fortuna dies.tunc omnia late
Procūbūt nemora:& ſpoliant robore ſiluæ:
Vt cū terra leuis mediam:uirgultaq; molem

OMNIBON. ℂ Vallata:circundata:quia in mœnia iuuentus aſcendit:& parata erat pro defenſione patriæ pugnare. Haud procul:nunc dicit quid fecerit Cæſar: poſtq̄ obſtinate uidit Maſſilienſes in propoſito perſiſtere:ne cum exercitu urbem ingredereť:circūſpexit diligenter ſitū urbis: & tumulū uidit æqualem altitudine muris: & ubi caſtra poni poſſent: & ut ipſam coniungeret: qua parte aqua erat: ubi exercitum aquarum copia tueri poſſet: ſtatuit eum collem occupare:& illum foſſa,ualloq; circundare. Procul a muris.i.circa muros. Vertice:quia in ſummo uertice eſt planities. Paruum campum:paruam planitiem pro qualitate tumuli. Patiens:apta. Lōgo mu.i.circundari longo uallo. Tutiſſima caſtris:q; in colle caſtra poſita ab omni hoſtium impetu tuta eſſent.

Proxima pars ut,q̄ ex oppoſitu erat tumulo:& ꝓpinqua ei arcem habebat. Par tumulo:quia altitudine mœnia urbis:ubi arx fuit:erant æqualia tumulo. Par:altitudine æquali. Mediis con.nā inter urbem & tumulum media conuallis erat plana. Conuallis dř quæ inter altitudines media eſt poſita:uallis uero dř reſpectu altioris loci. Sedēt:iacent. Mediis.ſ.inter collem urbis:& tumulum a Cæſa.captum. Tunc res: q̄tum operis ſuſcipiebať ab imperatore romano:qd̄ ēt ſuſceptum perfici declarat:placuit igiť Cæ.aggerem ducere a tumulo:ubi caſtra poſuerat ad altum tumulum:ubi poſita erat arx urbis:ut urbs facile expugnari poſſet. Placuit:Cæ. Diuerſos c.i.urbis:& caſtroꝝ. Cōmittere:cōiungere. Statura:cōſtatura. Sed pri.ſed ea parte:qua urbs in plano ſita erat:uallis lata ſuit:arx in colle erat poſita:ergo anteq̄ aggerē cū arce cōiungeret Cæ.ſtatuit munitiones opponere:ne quis egredi poſſet:& ut aq̄ includeret:unde uis exercitus aquari poſſet. Terra cingiť.i.a plano: colle uero non. A ſummis caſtris:ab altitudine tumuli:in quo caſtra erant. Prius.i.anteq̄ collē caſtroꝝ & urbis cōiungeret. Amplexus foſſa:quia duo brachia terræ in uertice collis deduxit:ut clauderet urbem:& aquatū ut ire poſſent milites. Ceſpitibus cruda terra:expoſitio eſt unū alterius. Ceſpes dř pars terræ cū uiridi herba auulſa. Ex truxit:accumulauit. Tollentia:erigentia. Pinnas.i.propugnacula ædificauit:a qbus milites mœnia urbis oppugnarent. Iam ſatis hoc:non potuit non honorificum:& glorioſum eſſe Maſſilienſibus: q; potuerint impetū Cæſaris retinere. Iam ſatis ēt ſi nihil aliud feciſſent. Curſum belli:Cæſaris. Strata metu:inducta metu: quo cæteræ urbes inducebanť. Flagrantis:in oīa. Cunctis:urbibus. Vna.ſ.urbs Maſſilia uinciť mora. Quantū eſt.i.quantum eſt glorioſum.q.d.q̄ magnum.& mirum. Quod fata tenentur:tardantur. Fortuna enim: quæ Cæſarem dominum terrarum urbis facere uolebat:potuit retardari. Perdit dies ſcilicet in oppugnanda Maſſilia. Tunc omnia late:ad ſtruendos aggeres:& ad circonuallandā urbem omnes ſiluæ ceduntur. Robore:idest arboribus:hoc faciebat:ne rueret agger. Arctet.ut coniungat. Leuis terra: quia cum primum terra defoditur:leuior eſt:ſed euulſa deinde grauior fit:uel paulo ante effuſſa:ideo uidebatur non denſa:ſed inſtabilis. Virgulta:quæ innata erant terræ ſtructuram non ſinebant condenſari:ideo agger uidebatur inſtabilis.

Vallis & cōuallis quid

Ceſpes quid

ℂ Suſpendant:

¶Suſpendant:ſuſpenſe attolant. Agger:tota ipſa machina. Preſſus:oneratus. Arctet humum:cõprimat terram: ſed trabes pondus ſuſtineant. Ligatã:iocluſam. Cõpage:coniunctione. Ne cedat: ne diſſoluaẽ ob turres. Lucus erat:ſacri ueneradiq́ luci:quẽ Cæſ.excidit:deſcriptio. Violatus:cæſus. Cingens:cõplectens. Obſcurũ:tenebroſum. Solibus:radiis ſolaribus illuc nõ penetrantibus. Panes:Dii ruſtici:Fauni: ſiue Saturni filii. Siluani:Dii ſiluaꝝ. Nymphę:Dryades:& Hamadryades. Barbara:effera:& inhumana. Ritu:cõſuetudine: quia hoĩes illic mactabanẽ. Aræ cũ altaribus:aræ tam ſupeꝝ Deoꝝ:q̃ inferũ ſunt. Altaria ſupeꝝ tm̃. Diris: efferis. Luſtrata:expiata. Luſtris:cubilibus:& antris ſois. Incubuit:flauit. Excuſſa nubibus: quæ ex nubium colliſione naſcunẽ:ex Epicuri, Anaxagoræq́ ſnĩa.

SVLPITIVS

Ara qd

Suſpendant:ſtructa laterũ compage ligatam
Arctet humũ:pſſus ne cedat turribus agger.
Lucus erat longo nunquam uiolatus ab æuo
Obſcurum cingens connexis aera ramis:
Et gelidas alte ſubmotis Solibus umbras.
Hunc nõ ruricolæ Panes: nemorũq́ potẽtes
Siluani:nymphæq́ tenent:ſed barbara ritu
Sacra Deum:ſtructæ diris altaribus aræ:
Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbos:
Siqua fidem meruit ſuperos mirata uetuſtas:
Illis & uolucres metuunt inſiſtere ramis:
Et luſtris recubare feræ:nec uentus in illas
Incubuit ſiluas:excuſſaq́ nubibus atris
Fulgura non ullis frondem pbentibus auris:
Arboribus ſuus horror ineſt:tũ pluria nigris
Fõtibus unda cadit:ſimulachraq́ mœſta Deo
Arte carẽt:cæſiſq́ extãt informia truncis. (rũ
Ipſe ſitus:putriq́ facit iam robore pallor:
Attonitos:non uulgatis ſacrata figuris
Numina ſic metuunt: tantũ terroribus addit
Quos timeãt nõ noſſe Deos. iã fama ferebat
Sæpe cauas motu terræ mugire cauernas:
Et procumbentes iterum conſurgere taxos:
Et non ardentis fulgere incendia ſiluæ:

Nõ ullis:uirent inquit illic arbores:q̃q̃ ſint:non tanq̃ ſub dio:ſed ſub tecto:nec auras alentes aſpiciant. Horror ſuus:propria uiriditas. Non ullis auris:nulla aeris luce. Tũ plurima:plurimi illic riui:ſed nigri ſunt. Cadit:emanat e fontibus. Mœſta:ſqualida:mœroĩemq́ inducentia. Carent arte:nullo ſunt artificio fabricata. Extant informia:eminent indolata:& turpia.

Truncis:in ſtipitibus arboꝝ. Situs:ſquallor: & lanugo:qui pprie ex humore:aut nulla tractatione:& cultu oboritur. Putri:corrupto. Facit attonitos:terret aſpicientes. Non uulgatis figuris:non.n.ea forma Deos illos effigiant:quo reliqui alios. Non noſſe:ex ipſa figura. Iam fama:miracula:quæ in ipſo loco ſolebãt accidere:memorat. Cauernas:antra. Mugire: reſonare:trãſlatio a bobus: qui proprie mugire dñr:procũbẽtes ſiue uetuſtate:ſiue pdigioſe. Taxos arbores:quarum ſuccus eſt uenenoſus.hinc toxica: quaſi taxica dicta eſſe Pli.docet. Et non ardentis: uidebatur comburi, cum illic nullum eſſet incendium.

Situs quid

Toxica unde

¶Cõpage.i.uallo. Lateꝝ: quia extrinſecus uallũ faciebat:& cũ duceret utrinq́ uallũ: medius ſtringebaẽ agger. Preſſus ne:q̃obrẽ uult ſtringere terrã: quia turres ſuper aggerẽ ædificare uolebat:ne agger rueret: ut circũuallata foſſa:& terra condenſata ſtabilior fieret.

OMNIBON.

Lucus erat:nũc deſcribit lucũ:qui haud pcul ab urbe erat:icerto tñ Deo cõſecrat⁹. Nã cũ lucus dr̃, de religione intelligimus. Obſcurũ aera cõnexis ramis:unũ ſequitur ex altero:quia a nullo cæſus:ideo dẽſus uidebatur. Sũmotis ſolibus:quia illuc uſq́ radii Solis penetrare nõ poterãt:ideo opacitatẽ reddebat. Hũc: dicit hunc lucũ nõ Panes:nõ Siluanos Deos ſiluaꝝ habitaſſe:nõ nymphas:q̃ nemoribus præeſſe dñr. Panes: Dii paſtoꝝ. Nymphæ:Dryades:q̃ ſiluas habitant:& Hamadryades:q̃ cũ q̃rcubus ſimul naſcunẽ: & pereunt. Sacra bar.ritu Deũ:q̃a nullus Deus erat certus ſed colebaẽ more Deoꝝ: uñ dixit barbara. Luſtrata: purgata. Humanis cruo.quia ibi humanæ uictimæ imolabanẽ. Si qua fidẽ meruit:tametſi ignarus eſſet deus: cui lucus iſte conſecratus eſſet:tamẽ tãta apud hoĩes reuerẽtia:imo etiã in ſtupore fuit:ut lucũ hunc ipſi ingredi pauerent. Si qua fidẽ meruit.i.ſi credi poſſet:q́ religionẽ admirabanẽ: pfecto id quoq́ dixerũt: uolucres horruiſſe ſiluis illis inſiſtere. Iſiſtere:iſiſto alibi hẽt etiã accuſatiuũ. Vir. Nulli fas caſto ſceleratũ inſiſtere limẽ. Luſtris:cubilibus ferarũ. Nec uẽtus.i.uẽtus quoq́ horret illas ſiluas iſtringere. Fulgura:nõ audent illas arbores iſtringere. Nubibus atris:tetigit naturã fulminis:nã ex nubibus colliſis fulmẽ erũpit. Nõ ullis auris:q̃a auræ ſunt cã:ut arbores frõdeſcãt & flores emittant:cũ pꝑter opacitatẽ radii Solis nõ igrediaẽ. Suus horror:ſua reuerẽtia ineſt arboribus. Tũ pluria:ibi ſunt fontes:quoꝝ unda nigerrima ſimilis eſt umbræ arboꝝ:& tenebris luci ſimillima. Simulachraq́ mœſta:ſunt etiã ſimulachra Deoꝝ nõ fabrefacta:ſed tãtũmodo manibus agreſtium perdolata. Arte carent:nõ artificioſe:ſed rudi arte effecta. Extãt iſormia trũcis:q̃a in ipſis arboribus inciſæ ſunt formæ Deorũ. Situs:pro antiquitate poniẽ: ſed pprie ſitus eſt lanugo q̃dã:quæ ex humore inaſciẽ locis Sole carẽtibus: ſicut in cellis uinariis appet, & ſiluis. Facit:reddit. Pallor:unũ ex reliquo ſeq̃tur:q̃a robora putrida ſunt:iõ pallent. Nõ ſic metu.non uſq́ adeo ingt imagines Deoꝝ iãdudum tẽplis dedicatæ:plus timoris afferunt:q̃ aſpera arboꝝ facies. Vulgatis:celebratis iampridẽ. Tãtum terroribus addit:hoc ipſum magis timent:q̃a neſciunt: quem Deum timeant. Iam fama ferebat: Iam fama uulgata erat ingt:q́ auditi ſunt mugitus ex cauernis terræ erũpentes:& taxos arbores:nunc q̃dem cadere:nũc iterum reſurgere. Ferebat:dicebat. Cauernas:quia cõcuſſa terra ex cauernis mugitus quaſi erumpere uidebatur. Et:ſcilicet fama erat ardere ſiluam:neq́ tamen cõburi: q́ ignis Deorum facit:ut ardere aliquid uideatur:nec tamẽ comburitur:ſicut Virgilius dicit de Iulo:in cuius uertice ignis erat:tamen de hiſtoria ſumptum eſt:q́ uidelicet in domo Tarquinii Priſci: puer Seruius Tullus de ſerua natus erat:qui nutriebatur in domo regia:in cuius capitis uertice ſtatim flamma ſuperuenit:ut crines eius ardere uiderentur:tamen innoxia illa flamma fuit. Non ardentis:ut ardere uideretur:nec combureretur.

Inſiſto

Situs

Ignis Deorũ

SVLPITIVS ℂRoboraq́:uidebantur ab ingentibus draconibus arbores eſſe complexæ. Propiore cultu:non enim lucum ingrediebantur:nec propius accedebant metu Deorũ. Ceſſere: dedere locum abſtinendo tam die,q̃ noctu. In medio axe:in media cæli regione:hoc eſt in die:intelligitq́ medium quicquid cæli eſt inter orientem:& occidentem. Pauet acceſſus:timet adire. Ipſe:emphaſis:quaſi dicat:qui Deis amicus eſt. Deprendere:inuenire numẽ ipſum. Iubet:Cæſar. Procombere:excindi. Ferro immiſſo:ſecuribus infixis. Operi:ad opus. Bello priori: bello gallico:quod annis ſuperioribus geſſerat Cæſar in alias urbes. Nudatos:priuatos arboribus:reliquis enī ſiluis exciſis ſola ſupererat. Fortes manus: magnanimi milites. Moti:territi. Verenda:obſeruanda. Robora:ligna. In membra ſua: quod Lycurgo threicio uitem incidere conanti accidit: cruſq́ ſuum pro ſui ſe incidit. Implicitas cohortes:dubitantes:& impeditos milites. Vibrat:cum motu tractare: & concutiendo immittere. Bipennem raptam:ſecurim ab uno militũ exortam. Aeriam:altam. Merſo: immiſſo. Violata:corrupta:uim paſſa. Iam ne:in gallicæ ſuperſtitionis contemptum: & in militum cohortationem Cęſar hæc dixit:Quo ira numinum,ſi qua eſſet, in ſuum caput conuerteretur. Feciſſeq́ nefas: uiolaſſet ſacra.

Secura:ſine reſpectu Deorum:uel bis repetatur non. Non ſublato:adhuc enim metuebant:ſed magis Cæſarem q̃ Deos. Expenſa:ponderata:& cõſiderata utra magis nocere poſſet. Procumbunt orni: exciduntur arbores ipſæ ingentes. Ilex:arbor glandifera. de qua Virgi.Ilicis:& nigræ ſpecies. Poſſeſſiuum eius eſt ilignis. Silua Dodones:quercus Ioui dodoneo dicata:alluſitq́ ad fatidicas quercus Epiri. Alnus aptior flu.ex qua fiunt naues.Statius in ſexto: Alnus amica fretis.

Cupreſſus:arbor feralis Diti ſacra:quę in funeſtis nobilium domibus plantabatur:eiuſq́ ramis rogorum latera intexebantur: ut in ſexto Virgilius indicat. Cæſa nunquam fere pululat;diciturque cupreſſus:cypreſſus & ciparitſus. Non plebeios luctus:nobilium morteʒ.

Poſuere comas: exciſæ ſunt.

Roboraq́ amplexos circũfluxiſſe dracones.
Nõ illũ cultu populi propiore frequentant:
Sed ceſſere Deis:medio cũ Phœbus ĩ axe eſt:
Aut cælũ nox atra tenet: pauet ipſe ſacerdos
Acceſſus:dominumq́ timet deprendere luci.
Hanc iubet ĩmiſſo ſiluam procumbere ferro:
Nam uicina operi:belloq́ intacta priore
Inter nudatos ſtabat denſiſſima montes:
Sed fortes tremuere manus: motiq́ uerenda
Maieſtate loci:ſi robora ſacra ferirent:
In ſua credebant redituras membra ſecures.
Implicitas magno Cæſar torpore cohortes
Vt uidit:primus raptam uibrare bipennem
Auſus: & aeriam ferro pſcindere quercum:
Effatur merſo uiolata in robora ferro:
Iam ne quis ueſtrũ dubitet ſubuertere ſiluã:
Credite me feciſſe nefas.tunc paruit omnis
Imperiis non ſublato ſecura pauore
Turba:ſed expenſa ſuperorũ:& Cæſaris ira:
Procumbunt orni:nodoſa impellitur ilex:
Siluaq́ Dodones: & fluctibus aptior alnus:
Et non plebeios luctus teſtata cupreſſus:
Tũc primũ poſuere comas:& fronde carẽtes

OMNIBON. ℂRoboraq́:fama ferebat dracones eſſe:qui complecterentur arbores:deinde ſubito confluere. Non illũ: non audent homines uenerari illos Deos:quia non audent cominus accedere: ſed procul abſiſtunt. Pauet ipſe ſacerdos:immo ipſe ſacerdos:cuius curæ lucus ille demandatus erat:non audebat propius accedere. Cũ Phœ.in axe eſt:nec medio die nec media nocte audet ire.

Medio axe.i. meridie:nã dicunt Laruas:ideſt imagines:& ſpiritus:& umbras in terras uenıẽtes hominibus plerunq́ nocere: ita & media nocte umbras errare.i.manes:ideo dicit ſacerdotem timere:cui demandata erat luci cura in ipſo meridie. Dominum luci:ideſt ipſum Deum:in cuius tutela lucus erat. Hanc iubet: cauſa cur luci huius religionem tam late deſcripſerit poeta:hæc eſt:ut oſtendat in Cæſare contemptum Deorum:unde in partes Pompeii Lucanus inclinare uidetur:nunc dicit: Tametſi omnes gẽtes hunc lucum ut pote religione ductę: uenerarentur: & ipſi milites Cæſaris horrerent tantum:Cæſar detracta e manibus militum ſecuri:primus arbores incidere cœpit:ut exemplo eius milites moti idem facerent. Nanq́ uicina operi: quia commoda erat munitioni:quam circa urbē facere parabat. Inter nudatos: alii quidem montes nudati erant ſiluis: & arboribus: ſed ſola ſilua intacta erat: & inuiolata. Nudatos: ſpoliatos arboribus. Sed fortes tremuere manus:militibus quidem iuſſit incidere ſiluam Cæſar: ſed tamen militum manus:q̃uis fortium:non ſunt auſæ auertere ſiluam.

Motiq́ uerenda Maieſtate loci: metuebant: ne ſi incidere cœpiſſent arbores: ꝙ ab arboribus in ſua ipſorum corpora reſilirent ſecures. Implicitas magno:Cæſar de manibus militis rapuit ſecurim: & proceram quercum incidere cœpit: & cum immiſiſſet in arborem bipennem inquit: Ne quis ueſtrum contra religionẽ timeat facere: hanc mihi culpam attribuite: qui prius hoc nefas ſine terrore commiſerim. Torpore: ne auderent incidere arbores. Vibrare:mittere. Aeriam:proceram. Feciſſe nefas:ideſt culpam mihi tribuite. Non ſublato pauore: quamuis uidiſſent milites Cæſarem bipenni incidere arborem illam: nondum tñ erãt ſine metu. Sed expenſa: ideſt librata ira Deorum & Cæſaris:quia hinc Cæſaris:inde Deorum metuebant iram:ideo incerti erãt: quid facerent:tamen non ſine metu inciderunt ſiluam. Siluaq́ Dodones: ideſt quercus. Dodone ſilua chaoniæ fuit in Epiro:q̃ abundabat quercubus:in cuius ramis columbæ inſidentes reſponſa dabant: ideo per excellentiam dixit: ſiluaq́ Dodones. Aptior alnus: nam ex alno arbore fiunt tabulæ: quibus naues ædificantur.

Cupreſſus luctus:quia cupreſſi arboris rami ſolebant apponi poſtibus ædium principum: in quibus aliquod funus erat:unde cupreſſus poſtibus affixa ſignum erat domum funeſtam eſſe: ideo autem affigebantur:quia ſemel cæſa non repululat:quemadmodum ſemel mortuus non reuiuiſcit. Luctus non plebeios: ideſt principũ.

Tunc primum:quia nunquam antea cæſa fuerat.

ℂPropulſa:

SVLPITIVS

¶ Propulſa:impulſa. Suſtinuit ſe: erat ſuſpenſa in aere propter arborum:Romanorumq; denſitatem:licet eēt exciſa. Populi:ciuitates. Exultat:gaudet. ſperabant enim Deos fore ultores:& Cæſarem meritis ſuppliciis affecturos. Quis enim:nemo enim exiſtimabat Cæſarem id impune facturum. Seruat multos: ſententia eſt cum adiecta querela. Vtq; ſatis: poſtquā ſatis materiæ eſt exciſſum: Trebonius raptis undiq; iuuencis ipſam ad aggeres comportari curauit. Satis:ſupple eſt eis. Ferunt: nemus. Fleuere annum: lachrymauerunt fructus annuos ſe amiſiſſe:quia ereptis bobus arare & ſerere non potuere. Plauſtra: ruſtici currus. Aratro:ab aratro.

Admiſere diem:propulſaq; robore denſo
Suſtinuit ſe ſilua cadens. gemuere uidentes
Gallorū populi.muris quoq; clauſa iuuentus
Exultat:quis enim læſos impune putaret
Eſſe Deos? ſeruat multos fortuna nocentes:
Et tantum miſeris iraſci numina poſſunt.
Vtq; ſatis cæſi nemoris:quæſita per agros
Plauſtra ferunt: curuoq; ſoli ceſſantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.
Dux tamen īpatiēs hæſuri ad mœnia Martis
Verſus ad Hiſpanas acies: extremaq; mundi
Iuſſit bella geri.ſtellatis axibus agger
Erigitur: geminaſq; æquantes mœnia turres
Accipit:hæ nullo fixerunt robore terram:
Sed per iter longum cauſa repſere latenti.
Cum tantum nutaret onus:telluris inanes
Cōcuſſiſſe ſinus quærentem erūpere uentū
Credidit:& muros mirata eſt ſtare iuuentus.
Illinc tela cadunt excelſas urbis in arces:

Ceſſātis: fructū nō ferētis. Dux rū:Cæſar oppugnationē fore longā proſpiciēs:pfecto Bruto claſſi: & Trebonio terreſtri:oppugnationem demādauit:Hiſpaniā uerſus iter arripuit. Hæſuri:diu duraturi. Acies hiſpanas: ueterē Pōpei exercitū. Geri:ut gereret a Bruto: & Trebōio. Erigit:ſtruit. Axibus ſtellatis:lignis in ſtellarū ſimilitudinē cōmiſſis,cōnexis:qd fieri ſolet:ut ipſa machina:q erigit: firmior ſit. Axē āt nō mō regionē: & lignū:aut ferrū circa quem uertit rota:ſed quodcūq; genus ligni:aut tabularū:axē,Feſto auctore,dicim⁹. Geminaſq;:ſupra aggerē cōſtitutæ ſunt duæ turres reptiles:q i aggere affixę nō erāt:ſed p ipſū agebāt. Robore:ligno. Cauſa latēti:trocleis,& rotis. Per lōgū iter:per aggerē ipſum. Repſere:diſcurrere. Nutate:nutādo procedere. Nutare tremere eſt: & caſum minari. Iuuētus:Maſſiliēſis. Inanes ſinus:cōcauitatē terræ. Quærentem erumpere:terręmotum:qui fit ex incluſo uento conanti erumpere:quāquā Anaxagoras dixit terręmotū eē ſucceſſionē aeris in terra. Illic: ex turribus. Cadunt in arces:quæ erant inferiores.

Axis q.d.

Nutare.

OMNIBON.

¶ Admiſere diē.i.accepere lucem: naʒ antea denſitatē arborū lux eo penetrare nequerat. Propulſaq; robore denſo: qa arbores cadebant aliæ in alias:ideo arbor arborem ſuſtinebat. Gemuere uidentes: cū id Galli uidiſſent: gemitū dedere:neq;.n.ſine dolore id intueri poterant:ut quā ſiluā uenerati fuerāt:eam nūc euerti uiderent:oppidani Maſſilienſes:q p mœnibus ſteterant:ut urbem ab oppugnatione hoſtium defenderent: gauiſi ſunt:neq; enim dubitabant futurum: quin Deorum numen læſum ſupplicia de hoſtibus ſumeret:ſed aliter inquit euenit:atq; illi putauerunt : nam nō omnibus numina iraſcuntur: ſed miſeris tantum. Videntes:ſcilicet arbores illius ſiluæ religione patrum iam diu ſeruatæ: euerti. Seruat multos: ſed fefellerunt opinionem eorum:quia non ſemper nocentes puniuntur: ſed plerunq; ſeruantur. Miſeris:iam non miſer erat Cæſar:ſed felix:ideo nullam Deorum irā ſentire potuit.huic cōtraria eſt ſententia Iuuenalis:Contemnere fulmina pauper Creditur:atq; Deos Diis ignoſcentibus ipſis. Vtq; ſatis:poſtq̄ ſatis arborum uiſum eſt inciſum: ex omni agro plauſtra aducta ſunt: quibus arbores ueherentur: & agricolæ doluerunt: q raptis iuuencis ab aratro agros colere non poterant. Plauſtra ferunt:ipſas arbores. Fleuere annum agri.quia ſolum ceſſabat: & ſteriles erant agri:quia arari ſolū nequiuerat raptis iuuencis. Dux tamē: Cæſar quamuis occupatus eſſet in obſidenda urbe Maſſilienſium:tamen poſtponere noluit bellum Hiſpanum:quia obſidionem illam diuturni temporis futuram uidebat:ideo demandauit militibus ſuis oppugnationem urbis:& ipſe in Hiſpaniam pfectus eſt. Tamen:q̄uis adeo perſeueranter Cæſar inſiſteret in propoſito in oppugnatione urbis. Ad mœnia:q tam obſtinate defenderentur ab hoſtibus. Extremaq; mundi: ideſt extremitates mundi: ideſt Hiſpaniam.eſt enim ephexegeſis. Iuſſit bella geri.ſ.ducibus ſuis:ut terreſtre bellum gereret Trebonius: Maritimum uero Decius Brutus. Stellatis:hi duces Trebonius & Decius:ſtatim executi ſunt iuſſa ducis:primū quidem inquit erigit agger in cælum:nam ſignificat altitudinem aggeris p hyperbolem: qui ad cælum uſq; erectus fuiſſet. Stellatis axibus:uſq; in cælum: nam axis polus appellat. Accipit:agger quidē altiſſimus: & ſuper aggerem duæ turres ſurgebant. Aequantes mœnia: ideſt quæ tantæ altitudinis erant: quantæ mœnia urbis: ideo id fecerunt duces Cæſariani:ut ex his turribus tela in oppidanos īmittere poſſent. Hæ.ſ. turres. Fixerunt terram n.r.i.humi non ſunt fundatæ:ſed ſubiectis rotis quocunq; uellent impelli facile poterant. Sed per iter longum:ideſt in longum ſpatium & tractum uectæ ſunt ignorantibus oppidanis. Latenti.i.occulta oppidanis; oppidani cum uiderent turres moueri:crediderunt terræmotum eſſe. Iuuentus.ſ.Maſilienſis:quę corona circūdederat mœnia: & parata erat ad propugnationem patriæ:credidit erumpere uentum. Onus.ſ.turrium. Nutaret:concuteret. Telluris inanes Concuſſiſſe ſinus:cauſam oſtendit terræmotus: nam phyſici:q latentes terū cauſas inueſtigant:dixerunt hanc cauſam eſſe terręmotus: ut cum uentus per cateruas ingreſſus fuerit i uiſcera terræ: & cum exire uoluerit:non reperto exitu:terram impulſu ſuo erumpit: & ita terręmotum efficit. Erumpere:ſcilicet e terra. Inanes ſinus:ideſt gremium uacuum terræ. Mirata muros ſtare:mirabantur ergo: q mouerentur turres: & ſua mœnia firma ſtarent. Illinc tela:dicit ad quem effectum turres ædificatæ fuerint: tela enī miſſa a Romanis ſunt in arcem Maſſilienſium:ſed maiore impetu a Maſſilienſibus tela in Romanos torquebantur:quia non e mœnibus tantum:ſed etiam machinamentis ſaxa torquebant.

SVLPITIVS ℭSed maior Graio:ſed uehementiora erãt Maſſilienſiũ tela. Cæſar i ſecũdo belli ciuilis ait: Tanti erãt antiquitus in oppido omnium reꝶ ad bellum apparatus:tantaq; multitudo tormentoꝶ:ut eoꝶ uim nullæ textæ uiminibus uineæ ſuſtinere poſſent. Aſſeres uero pedum.xii.cuſpidibus ꝑfixi:atq; in maximis baliſtis par quatuor ordines cratium in terra defigebanť. Rapta:raptim imiſſa. Tenſo turbine:extẽſo impetu:& uolubilitate:q̄ intẽdiť. Namq;(ut Vitruuius ait)ſiunt in capitibus foramina:per quorum ſpatia contenduntur capillo maxime muliebri:uel neruo funes magnitudine ponderis, lapidiſq;: quem debet ea baliſta mittere. Baliſtæ: inſtrumenti ex

Balista quid ferro:aut taxo:aut oſſe:q̄ ſi minor eſt manu baliſta: & ſtropio appellať:q̄q̄ ꝓprie baliſta dr̃ ex qua emittuntur ſaxa:ut ẽt Ci.i Tuſculanis docet:quãdoq; ſignificat machinã:qua magni lapides emittunť. Vnũ latus: unã corporis partem. Pãdẽs uiã:perrũpens. Fugit relicta morte: egrediť relicto mortifero uulnere. Poſt uulnera:poſt uulneratũ, traiectũq; hominẽ:telũ egreſſũ ulterius euolat. At ſaxũ:ſaxa uero:q̄ ex tormẽtis: & machinis maiori ui mittebanť: totũ hominẽ cõterebant. Ictu uerberis:percuſſione: & iactu trabis:ex q̄ uelut e funda ſaxa emittuntur. Excutitur:excutiendo emittitur. Ruens:ipſũ ſaxũ. Rupes:ſaxũ. Quã uetuſtas: q̄ & uetuſtate: & uẽto diſſoluta. Exanimat: perimit. Diſſipat:diſpgit:& cõtundit. Artus:mẽbra:q̄q̄ ſunt eorũ partes, iuncturæq; ipſæ. Vt tamen:apropinquãtes inquit muro Romanos: ſaxa & tela tormẽtis emiſſa:quia altius:lõgiuſq; tẽdebãt:nõ poterãt lædere. Cæſar tamẽ ſic ait: Itaq; pedalibus lignis cõiunctis inter ſe porticus integebanť: atq; hac agger inter manus ꝓferebať. Antecedebat teſtudo pedũ ſexaginta: æquãdi loci cauſa facta: item ex fortiſſimis lignis euoluta oĩbus rebus:q̄bus ignis iactis: & lapides defendi poſſent:ſed magnitudo operũ:muri altitudo:atq; turriũ multitudo tormentoꝶ oĩum adminiſtrationẽ tardabat. Virtus tecta:fortes milites tecti. Subit: ꝓpiquauit. Denſa teſtudine:denſis ſcutis. Teſtudo.n.diciť:cum milites

Testudo q̄lis iũcti īcedũt clypeis capiti ſupimpoſitis: & cõnexis. Eã poeta ſequẽtibus uerbis deſcribit. Sic & Vir. Accelerãt acta pariter teſtudine Volſci. Priores:ꝓcedẽtes. Armis: clypeis ſequentiũ. Vmbo:clypei curuatura. Extẽſus: eleuatus ſupra caput. Cadunt poſt terga:q̄a parata in diſtãtes ꝓpiquos ferire nõ poterãt. Receſſu:ſpatio. Flectere ia.iclinare: & mutare ut breuius iaceret. Modũ: menſurã. Ad lõginqua tela:ad ictus telorum lõgius emittendos. Aut:cõiunctio eſt: & cum uerbo mutare iungenda. Mutare:temperare:ne longe ꝓcederet. Euoluunt:euoluẽdo emittũt. Nudis: abſq; armis:& tormẽtis.

OMNIBON. ℭFerro.i.ferratis telis. Vis:impetus. Tenſo turbine.i.impetu:ſumptum a uento ĩpetuoſo:nam q̄buſdã machinis tanto impetu tela mittebantur:ut cum corpora militum pertrãſiſſent:ſpatiũ aliquod ꝓcederent. Rapta.i.raptim acta. Baliſtæ:tenduntť rotis: & ualidi iuuenes rotas torquent:donec erectæ fuerint:ſuper imponuntur terræ rotæ:q̄ ualidis manibus reuolutæ:deinde remittunť. Haud contenta latus:q̄a cum unius militis latus tranſiit:non cadit:ſed duorum:uel trium militũ latera tranſit: & tamen ẽt ſpatiũ aliquod ulterius ꝑgreditur. Relicta morte fugit.i.relictis duobus uel tribus militibus mortuis. Per arma.i.per armata corpora. Supereſt curſus.i.poſtq̄ uulnerauit hoſtes:progreditur adhuc telum. At ſaxum: tota quidẽ lancea magnã faciebat ſtragẽ in exercitu Cæſaris:ſed ſaxa:q̄ mittebanť:nõ minorẽ cladem faciebãt. Excutitur:emittitur. Ictu uerberis:ſcilicet baliſtæ. Adiuta uetuſtas:qđ ſaxum ꝑ nimia uetuſtate abſciſſum uentus impulerat de uertice montis. Cuncta .ſ.obſtantia & occurentia. Nec tantũ: nec ſatis eſt ſaxũ corpora oppreſſiſſe: niſi etiam oſſa ſimul cum ſanguine diſſipet, & diſcutiat. Vt tamen hoſtiles:dicit quod remediũ adhibuerunt Romani aduerſus turbinẽ tormentorum:quę mittebanť ab hoſtibus:dicit illos feciſſe teſtudinem. Eſt autem teſtudo ſcutorũ concauis innexio:quæ capitibus ſuperimponitur ad ſimilitudinem animalis: q̄ animal teſtudo tectum eſt:his tegebãť milites ut mœnibus innocui ſuccederent:deinde cum ſucceſſiſſent:tela nocere nõ poterãt:niſi eminus miſſa fuiſſent:ſuccedẽtibus igiť Romanis ad mœnia:Maſſilienſes tela longius mittebãt:& milites Cæſarianos pungere nõ poterãt. Tamẽ: quamuis tanta ſtrages fieret ĩ exercitu Cæſariano. Virtus tecta.ſ.teſtudine. Armiſq; innexa:teſtudinis diffini

Arma tio. Arma dicuntur:q̄ armos tegant. Vmbo extenſus:declarat qđ dixit:arma innexa armis:ne alia arma intelligamus q̄ ſcutum. Vmbo eſt ſcuti umbilicus.i.tumor. Quæ prius ex longo:q̄a niſi ſpatium ĩterpoſitũ fuerit inter tela:q̄ torquenť:ad qđ tela ꝑueniunt:nihil nocere poterunt. Nec Grais:q̄a, occurrebat illud:cur non flectebant tela Maſſilienſes in ipſos Ro.q̄ ſucceſſerãt mœnibus:dicit nõ poterãt:q̄a tormẽta tã grauia ſunt:ut ubi ſemel poſita ſunt:nõ facile poſſint tolli:ordo eſt:Haud facilis labor eſt mutare modũ tormenti parati ad bella longinqua. Nec fac.la.eſt Grais.i.Maſſiliẽſibus flectere iactũ. Haud faci.lab.q̄a fundanť i mœnibus tormẽta. Alii legũt Aut fa. Miſſa.ſ.in Ro. Parati tor.paratũ quidẽ erat tormẽtũ longius tella mittere: nõ aũt propius uulnerare. Sed pon.ſed poſtquã Maſſilienſes tormentis nõ ualuerũt cõuoluere tela mœnibus:ſaxa uoluere cœperũt i Ro. Solo pondere: quia adeo ponderoſa illa ſaxa erant: ut ſine impulſu tormentorũ ingentẽ ſtragẽ facere poſſent.

Sed maior Graio Romana in corpora ferro
Vis inerat:neq; enim ſolis excuſſa lacertis
Lancea:ſed tenſo baliſtæ turbine rapta
Haud unum contenta latus tranſire:quieſcit:
Sed pãdens:perq; arma uiã:perq; oſſa relicta
Morte fugit:ſupeſt telo poſt uulnera curſus.
At ſaxum quoties ingenti uerberis ictu
Excutiť:qualis rupes:quam uertice montis
Abſcidit impulſu uentorum adiuta uetuſtas:
Frangit cuncta ruens: nec tm̃ corpora preſſa
Exanimat:totos cum ſanguine diſſipat artus:
Vt tamen hoſtiles denſa teſtudine muros
Tecta ſubit uirtus:armiſq; innexa priores
Arma ferunt:galeãq; extenſus ꝓtegit umbo.
Quæ prius ex longo nocuerunt tela receſſu:
Iã poſt terga cadunt:nec Graiis flectere iactũ
Aut facilis labor eſt lõginqua ad tela parati:
Tormenti mutare modum. ſed pondere ſolo
Contenti:nudis euoluunt ſaxa lacertis.

ℭ Dum fuit

¶ Dum fuit armoꝝ ſeries: dũ teſtudo ſtetit ſuo ordine: & nõ eſt a Maſſilienſibus fracta: nil detrimẽti accipiebat a ſaxis: ut tecta nihil a grãdine. Innocua: nõ nocentia: quãquã Nonius frigide, ut mihi uſ, ait. Innocens, non nocẽs. Innocuus, illæſus: citatq; Vir. Sedere carinæ Oẽs innocuæ. Viroꝝ: Maſſilienſiũ. Incẽſa: inflãmata. Cratem perpetuã: teſtudinẽ continuã. Fabius cũ duo ſint genera orõnis: altera ꝑpetua, q̃ rhetorice dr̃: altera conciſa, quæ dialetice. Milite: Romano: q non tamẽ omni: totiq; ictus poterat ſuſtinere. Singula arma: clypei ſingulorum. Tũc adoperta: fracta teſtudine: uineã admouere: q̃ qd ut ſupra docuimus. Vinea: crates terra tectę. Pluteis: tabulatis: & ſolis.

SVLPITIVS

Innocuus

Vinea quid

Dum fuit armorum ſeries: ut grandine tecta
Innocua percuſſa ſonant: ſic omnia tela
Reſpuit, at poſtquam uirtus incẽſa uirorum
Perpetuam rupit deſeſſo milite cratem:
Singula continuis ceſſerunt ictibus arma.
Tunc adoperta leui procedit uinea terra:
Sub cuius pluteis: & tecta fronte latentes:
Moliri nunc ima parant: & uertere ferro
Mœnia: nunc aries ſuſpenſo fortior ictu
Incuſſus: denſi compagem ſoluere muri
Tentat: & impoſitis unum ſubducere ſaxis.
Sed ſup. & flãmis: & magnæ fragmĩe molis:
Et ſudibus crebris: & aduſti roboris ictu
Percuſſæ cedunt crates: fruſtraq; labore
Exhauſto feſſus repetit tentoria miles.
Summa fuit Graiis ſtarent ut mœnia uoti:
Vltro acies inferre parant: armiſq; coruſcas
Nocturni texere faces: audaxq; iuuentus
Erupit: non haſta uiris: non letifer arcus:
Telum flãma fuit: rapienſq; incendia uentus
Per Romana tulit celeri munimina curſu.
Nec quãuis uiridi luctetur robore: lentas
Ignis agit uires: tæda ſed raptus ab omni
Conſequitur nigri ſpatioſa uolumina fumi:
Nec ſolum ſiluas: ſed ſaxa ingentia ſoluit:
Et crudæ putri fluxerunt puluere cautes.

Tecta fronte: munita anteriori parte: ne milites: qui primũ ꝓcedũt, lędant. Latẽtes: Romani. Moliri: demoliri: aphęreſis ẽ. Ima mœnia: murum terræ uicinum. Aries: inſtrũm: quo muri feriuntur. Eſt aũt librata trabs: habẽs in cacumine ferrũ ſimile capiti: cornibuſq; arietis. Incuſſus: imẽſus. Cõpagẽ: iuncturã. Soluere: frãgere. Subducere: ſubtrahere unũ ſaxũ e toto muro. Sed ſup: Maſſiliẽſes uero oĩ teloꝝ genere reppulere Romanos. Fragmine mo. fruſto montis: hoc eſt ſaxo. Sudibus: contis & perticis. Aduſti: qd̃ durius eſt. Cedũt crates: frãgitur uinea. Exhauſto: cõſumpta. Tentoria: caſtra. Sũma uotis: maximũ uotum: & uotoꝝ cumulus. Et ſtarent: ut nõ diruerẽtur. Vltro acies: crebro tñ ꝑ Albicos eruptiones fiebant: ignesq; aggeri & turribus inferebãtur: quæ facile nři reppellebãt milites: magniſq; ultro illatis detrimẽtis: eos q eruptiões fecerãt: i oppidũ reiiciebãt. Inferre acies: i. mittere milites cõtra rõanos. Texere faces armis: oppoſuerũt ſcuta igni: ne uiderent ab hoſte. Letifer: mortifer. Telũ flamma fuit: pro telis faces gerebãt. Incẽdia: ignẽ: quẽ imittebãt. Per munimina: per aggerẽ. Nec agit lẽtas uires: uehemẽs magnuſq; eſt. Luctet: difficiliter corripiat: & urat. Tæda: a facibus Maſſiliẽſium. Cõſeqtur: erigit in fumũ. prio. n. fumus: deinde ignis appet. Spatioſa uolu. magnas replicationes: & inuolucra. Soluit lil. cõburit ligna aggeris. Cautes cru. dura ſaxa: quãquã proprie ſit ſcopuli ps. Fluxerũt p. i tenuẽ ſũt puluerẽ diſſolutæ.

Aries quid

¶ Dũ fuit armoꝝ ſe. nunc dicit: dũ ſcutoꝝ cõnexio ſtetit: tela oĩa inocua diſceſſerũt: nõ aliter q̃ grãdo tecta percutere ſolet. Armoꝝ ſe. i. teſtudo. Innocua grãdie. i. nõ nocẽt: qa grãdo tecta pcutit: ſed pcuſſis tectis nihil nocet. At poſtq̃: ſed ubi ciues Maſſiliẽſes grauitate ſaxoꝝ: & generꝝ oium telis teſtudinẽ ſoluerũt: tũc uulnerare cœperũt: qa antea tecti fuerãt. Deſeſſo mi. qa ſub ſcutis tecti ſtantes milites defeſſi ſunt: ut diutius ſuſtinere non poſſent: cũ tela grauius mitterent. Perpetuã. i. continuã. Cratem: appellauit teſtudinẽ. Singula: ſepata: & diſſoluta abiiciebant: cũ antea coniũcta reſiſterẽt.

OMNIBON.

Tunc adoper. diſcuſſa crate ſucceſſit uinea. Eſt aũt uinea dicta a ſimilitudine uineæ: q̃ ab agricolis ab una pte tendit. & ſub hac uinea tecti milites ad mœnia ꝑceſſerũt: & poſito ariete mœnia concutere tentãt. Terra le. nõ ualde craſſa. Procedit: ad mœnia. Pluteis: plutei dicunt tabulæ: qbus aliquid pręſepitur: ſed ꝓprie ſunt crates e rudo corio tectæ: ſub qbus latentes milites opus faciebãt. Cuius: uineæ: q̃ tecta erat cratibus. Fronte: prima parte. Moliri: pro demoliri. i. deſtruere fundamenta muri. Nunc aries: aries tigillũ grauiſſimi ponderis eſt: in cuius extremitate erat ferreũ caput arietis: qd quibuſdam machinis retroactũ: mox ingẽti impetu in murum ita immittebatur: ut oĩa ſcinderet, & perrũperet. & dictus eſt aries a ſimilitudine aĩalis impetum facientis. Suſpenſo: quia ſuſpenditur machinis: & funibus. Incuſſus: a militibus. Soluere: pro diſſoluere. Vnum ſubducere. i. ſaxo, quod erat in fundo, remoto: poſtea ſternere cætera. Sed ſuper: ſed ipſis oppidanis: qui tela grauiſſima mittebant omne tegmen ceſſit: & diſſoluta eſt uinea: ſicut & teſtudo: unde milites nudati tegmine in caſtra redire coacti ſunt. Super. i. deſuper. Flammis: quia flammas coniiciebant in uineam. Sudibus: præacutis palis, & obuſtis. Virgil. Sudibuſue præuſtis. Summa uoti fuit: quia antea optabant tantũmodo ꝑ uoto: ut mœnibus ſe tutos continerent: nunc audent in hoſtẽ prorumpere. Nocturni. i. ipſi tpe noctis. Faces texere: nã faces ſub armis geſtabant: quibus omnia opera Romanorum incenderunt. Erumpit: uidelicet e mœnibus. Non haſta: non tela conſueta Maſſilienſes geſtabãt: ſed flãmas. Incendia: quia igne in munitiones Cæſaris iacto: uentus ſpirare cœperat: cuius flãma incenſa ſunt fere omnia. Munimina. i. per romanam munitionem. Nec quamuis: & tanta uis tædarum fuit: ut q̃uis uiridis materia eſſet: tamen igne ſtatim cooperta ſit. Ignis non tardus uires agit: qui nõ tarde comburit. Robore: ligno uiridi paulo ante cæſo. Conſequitur: ideſt adæquat. Nigri fumi: quia uiridis materia, ideo fumus exhalabat. Fluxerunt: labefactæ ſunt. Putri: ideſt ſubtili.

Vinea & Pluteus quid

Procubuit:maiorq́ iacens apparuit agger.
Spes uictis telluris abit.placuitq́ profundo
Fortunam tentare mari:non robore picto
Ornatas decuit fulgens tutela carinas:
Sed rudis:& qualis ꝓcumbit mōtibus arbor:
Conſeritur ſtabilis naualibus area bellis.
Etiam turrigeram Bruti comitata carinam
Venerat in fluctus Rhodani cū gurgite claſſis
Stœchados arua tenēs:nec nō & Graia iuuē(tus
Omne ſuū fatis uoluit cōmittere robur:
Grandęuoſq́ ſenes miſtis armauit Ephœbis.
Accepit non ſola uiros:quæ ſtabat in undis
Claſſis: & emeritas repetūt naualibus alnos.
Vt matutinos ſpargēs ſup æquora Phœbus
Fregit aquis radios:& liber nubibus æther:
Et poſito Borea:pacemq́ tenentibus auſtris
Seruatum bello iacuit mare: mouit ab omni
Quiſq́ ſuā ſtatione ratem:paribuſq́ lacertis
Cęſaris hic puppes:hic Graio remige claſſis

SVLPITIUS Procubuit:cecidit. Spes uictis:aduertendum hic confundi a poeta hiſtoriam: nam primū deſcribit omnem terreſtrem pugnam:inde naualem:& ſæpe certatum eſt terra:bis mari. Primum quidē terra leuiter:poſtea mari fuit ſuperior Brutus. Inde incenſus eſt agger: poſtea rurſus mari pugnatum. Inde agger refectus eſt ex lateribus artificio ſummo:& coacti ſunt ad deditionem Maſſilienſes. Victis:Romanis:qui poſſe terra amplius expugnare iam deſperauerant. Non robore picto: Romani rudes:& indolatas carinas habebant:& omni pictura uacuas. Fulgens tutela:imago numinis. Solebant enim in nauibus Deum aliquem:qui eas ſeruaret, appingere. Pingebant etenim dracones:piſtrices:& equos. Tutela:ſignum aliquod numinis:quod tueretur nauim. Decu it:ornauit. Conſeritur:cōnectitur. Area:appoſitio.ſ. ſolum:& ſpatiū. Erat enim claſſis ipſa firmior: q̄ agilior. Etiam:iam Brutus inqt per Rhodanū ad Maſſiliam cum claſſe peruenerat. Turrigerā:quia prætoria & magna. Claſſis:naues fabricatæ arelatæ. Cū gurgite Rhodani:cum aqua & ſecūdo flumine. Stœchados:tres inſulæ Stœchades:ut inquit Strabo:incubunt Maſſiliēſibus:digna ſatis amplitudie:ſed duæ exiguæ: eas exercent Maſſiliēſes ope ruſtico. Stœchados:unā indicat. Nec nō:Maſſilienſes Domitii cōſilio, ut ſcribit Cæſar, naues longas decem & ſeptē parauerāt:ex quibus undeci tectæ erant:multaq́ nauigia minora:ut ipſa multitudie noſtra claſſis terreret: magnū præterea numerum ſagittariorū:claſſeq́ iſtructa in Romanam ꝓceſſerūt. Cūq́ utrinq́ fortiſſime & acerrime pugnaretur:magna cum cæde pars Græcarum nauiū depſſa eſt: nonnullæ cum hominibus captæ:reliquæ in portum cōpulſæ ſunt. Quo accepto incōmodo ueteribus nauibus refectis:adiectiſq́ piſcatoriis: & contectis:nō minori fiducia: q̄ ante dimicuere:ſed iterum uicti ſunt.

Robur:potentiam. Ephœbis: puberibus: q primā adoleſcentiā ingrediuntur. Quæ ſtabat in undis:quæ ante fuerāt uſi. Et emeritas: etiam ueteres reparauerunt. Emeritas: quæ ſuū officiū iā peregerāt. Tranſlatio a ueterib⁹ militibus:& gladiatoribus ſumpta. Vt matutinos: tēpus, & maris tranquillitatem:qua naualem pugnam iniere, deſcribit:adeo qdem apte:ut potius geri q̄ dici res uideatur. Fregit aquis: radii ſolares in aqua nitenti reflectuntur: & frangi uidentur. Matutinos:primum apparentes. Matur matuta Aurora eſt. Liber nubibus:ſerenus fuit. Poſito:quieto. Vir. cum uēti poſuere. Tenentibus pacem:non flantibus. Seruatū bello: cōpoſitum & tranquillum factum in huius prælii uſum.

Statio quid Quiſq́:iam Romanus q̄ Maſſilienſis. Statione:portu. Quamquam ſtatio locus oīs eſt, ubi ad tempus ſtatur. Brutus, ut ſcribit Cæſar, obtinebat ſtationes in iſula. In eū ergo inſtructa claſſe uenerūt Maſſiliēſes: Romani manus ferreas, atq́ harpagones parauerant magno numero pilorum, tragularum, reliquorumq́ telorum ſe inſtruxerant:ac cognito hoſtium aduentu ſuas naues e portu educunt cum Maſſilienſibus confligunt. Paribus lacertis:remigibus:qui naues lacertorum uiribus mouent.

OMNIBON. Procubuit:agger uſtus cecidit:& maior apparuit q̄ ante cum erectus erat. Spes ui. poſtquā uicti ſunt milites Cæſariani oppugnatione terreſtri:ſpem oēm depoſuerunt poſſe mœnia oppugnare. Spes tel.i. ſpes pugnæ terreſtris. Placuitq́: qn̄ terreſtres non ꝓceſſerūt:ſtatuerunt tentare pugnam naualē. Nō ro. pi. dicit nō fuiſſe naues fabrefactas:ſed ꝓpe celeriter extructas. Tutela ful. qa non erat pictus i puppe Deus:in cuius tutela eſſet:ut Piſtrix:Neptunus:Centaurus. Nā, ut teſtat̄ Vir. naues denoiabant̄ a tutela Dei:q in illis pictus erat. Rudis:non elaborata. Conſerit̄:paginat̄ ad naues app. Area:qa non uidebat̄ nauis pōdere ſuo moueri:ſed fixa planitiē oſtēdebat:io q̄ milites tanq̄ in area ſtantes pugnarēt. Et iam tur. iam inqt prætoria nauis Bruti ꝓceſſerat:nam Brutus claſſis pręfectus erat. Trebonius dux erat pedeſtris exercitus. Turrigeram.i. excelſam. ſignificat illius ꝓtoriā nauem. Fluctus.i. quia Rhodanus fluuius Galliæ iuxta Maſſiliā urbē decurrit: & mari tyrrheno miſcet̄. Stœchados:Stœchades inſulæ tres ſunt:digna quidem ſatis amplitudine:ſed duæ ꝑexiguæ: eas exercent Maſſilienſes ope ruſtico. Stra. Inſulæ ſunt ſic dictæ: q in ordnem ſunt poſitę. nam ꝑ ordinem incedere ſignificat.

Nec non:ſicuti ſumma, ui claſſem temperauerāt Romani:iidem Maſſilienſes effecerant: qui nō ſolū iuuenes: ſed ſenes & impubes armarūt. Accepit:non ſolum claſſis: quæ in undis erat uiros accepit.i. ſed ēt quæſitæ ſunt

Emeriti qui dicantur naues uetuſtæ: & prioribus bellis conquaſſatæ. Emeritas alnos: naues nimia uetuſtate dimiſſas. Tranſlatio a militibus ſenioribus:q emerito dicunt̄:cum debita ſtipendia peregerunt. Naualibus:deeſt de. Vt matutinos: hic poeta deſcribit quō naues utriq́ inſtructæ fuerint:& altera in alterā uehi cœperit:ex quo tunc clamor undiq́ ſublatus eſt:& magno impetu concurrere cœperunt. Fregit radios:quia radii percutientes undam frāguntur.

Liber: ideſt ſerenus. Poſito.i. quieſcente. ſic Virg. Cum uenti poſuere. Auſtris tenentibus pacem: quia neq́

Portus & ſtatio a ſeptentrione: neq́ a meridie uenti flabant. Seruatum bello:ut uideri poſſet ad id pacatum mare:ut inter ſe cōcurrerēt claſſes. Ab omni ſtatione:Romani a ſua:Maſſilienſes a ſua. Portus, ubi ſemper naues tutę permanent: ſtatio uero locus eſt, ubi naues ad tempus tempeſtate ſe recipiunt. Paribus.i. pariter motis.

Tollit:

¶ Tollitur:aufertur. Impulſæ tonſis:actæ remis:qui tonſæ dñr a decutiendis fluctibus:ut tonſores a tondendis & decutiendis capillis:ut Maurus ait. Crebra uerbera:ſpiſſi remorũ ictus. Conuellunt:mouent: ũi educũt ex undis. Cornua Romanæ:Romanæ claſſis ordinem:quæ Maſſilienſi eodem eunti ordine oppoſita erat, deſcribit. Cornua:dextrum,ſiniſtrumq; latus ordinis in Lunæ formam flexi. Triremes:naues tres remorũ ordines in ſingulis tranſtris habentes. Quaſq;:quadriremes. Quater ſur.nã cum quatuor ſint:quater ad remigandum ſe erigunt. Extructi:ordinati. Et q̃:& quæ habent maiorem ordinem:ut quinqueremes. Mergũt plures pinus:ĩmittunt plures remos. Multiplices:multas & diuerſas inter ſe:ut biremes:& uniremes:& eſt appoſitio:ordo eſt:Validæq; triremes &c.cinxere cornua rates &c. Hoc ro.hæ robuſtæ naues inter ſe cornibus erant oppoſitæ:in medio aũt minores naues: & liburnæ continebant. Aperto:libero illis, qui in cornibus erant. Lunata:curua:& flexa. Liburnæ: naues celeres a populis Liburnis ſic appellatæ. Gemino or.ſunt .n.biremes. Creuiſſe:attollere ſeſe. Prætoria:quia Brutus præfectus claſſis:p̃torq; erat. Verberibus ſenis agit:ſeno ordine remorũ impellit. Mollem:graue pondus:ſeipſam. Et ſum.remorũ extremitate longe ĩ mare p̃tendit. Vt tã.poſtq̃ adeo fuere uicinæ:ut uno remorũ impetu ſe poſſent attingere:clamor ſublatus ẽ: & colliſere ſe naues. Quod:ut.ſiue q̃tum. Tõſis:palmulis. Vaſto:magno. Premitur:non auditur. Verrunt cæ.trahũt maria cærulei coloris:hoc eſt remigãt. In trãſtra cadunt: aptiſſima deſcriptio.Remiges.nã popi uerſi dũ in p̃ram nauim ĩpellunt: terga in trãſtra reflectũt:& ĩ pectora remos eductos p̃cutiẽtia redeũt. Roſtra:frontes prapũ æratæ. Crepuerũt:ſonuerũt. Redière in puppim:mutuo repulſæ puppim uerſus recedebãt. Tela:lanceæ. Vacuũ:liberũ remis & nauibus. Extendũt:tã Romanæ q̃ Maſſilienſes. Diductis:in diuerſa ductis:& ita ordine dilato: ut mutuo naues hoſtiles ſuſciperẽt medias. q̃ breui gyro ad ſuos poſtea reuertebant. Laxata claſſe:diſſoluto: laxioriq; ordie.

SVLPITIVS. Tonſæ

Tollitur:impulſæ tonſis tremuere carinæ:
Crebraq; ſublimes ↄuellũt uerbera puppes.
Cornua Romanæ claſſis:ualidæq; triremes:
Quaſq; q̃ter ſurgens extructi remigis ordo
Cõmouet:& plures q̃ mergũt ęquore pinus:
Multiplices cinxere rates.hoc robur aperto
Oppoſitum pelago:lunata claſſe recedunt
Ordine contentæ gemino creuiſſe liburnæ.
Celſior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus ſenis agitur:molemq; profundo
Inuehit:& ſummis lõge petit æquora remis.
Vt tantum medii fuerat maris: utraq; claſſis
Quod ſemel excuſſis poſſit trãſcurrere tonſis:
Innúmeræ uaſto miſcentur in æthere uoces:
Remorũq; ſonus premit clamore: nec ullæ
Audiri potuere tubæ.tunc cærula uerrunt:
Atq; ĩ trãſtra cadũt:& remis pectora pulſãt.
Vt primũ roſtris crepuerunt obuia roſtra:
In puppim rediere rates:emiſſaq; tela
Aera texerunt:uacuumq; cadentia pontum:
Et iam diductis extendunt cornua proris:
Diuerſæq; rates laxata claſſe receptæ.

¶ Tonſis:remis:tonſæ remi dñr a tondendo mari.i.a decutiendis fluctibus. Vir.In lento luctantur marmore tonſæ. Tremuere:deſcribit motum nauis:quę quaſi tremere uĩ:cum impellitur a remis. Crebra uer.ſ.remorum. Conuellunt:e portu commouent. Cornua:nunc dicit quo claſſem ſuam Romani inſtruxerint: nam ualidiſſimis arboribus militum Romanorũ firmata erant cornua aciei:ſiue terreſtris ſiue maritima pugna: etiã ſtruebant acies in modũ cornu:ad ſimilitudinẽ Lunæ nondũ plenę. Cornua Ro.claſſis.ſ.in medio poſita. Triremes:quæ tres ordines remorũ habent. Quaſq; quater.i.quatriremes. Extructi remigis: in ordine poſiti.

OMNIBON. Tonſæ qui

Et plures pinus: ẽt quinqueremes. Cinxere:circundedere. Aperto:patenti. Oppoſitum:ut exciperet impetum hoſtilem:ſi quis alicunde impetus fieret. Liburnæ: ſed in medio in modum cornu liburnæ naues poſitæ erãt.De quibus Horatius: Ibis liburnis inter alta nauium. Lunata claſſe:quia in modũ Lunæ ſemiplenæ erãt.

Recedunt.i.in medio aciei ſinũ faciunt:ſi enim claſſis recta ſtetiſſet:cornua non fuiſſent aciei:ſed cum dicat in utroq; cornu multas naues circundatas fuiſſe a triremibus:dicit in medio fuiſſe liburnas. Liburnæ autem ſunt naues a Liburnis populis:qui adiacent adriatico mari. Vnum ergo ſequitur ex reliquo: quia retrocedunt: ideo claſſem faciunt in Lunæ modum. Gemino ordine:quia biremes erant. Prætoria puppis:ſexiremis erat: nam tabernaculum in terra:uel in puppe prætorium dicebatur:& magiſtratus ille poterat imponere nomina tabernaculo:unde imperatores,qui reliquos dignitate antecedebant,prætores appellabantur:quaſi prætores q; præiẽt.

Liburnæ naues quę

Agitur:impellitur. Verberibus ſenis.i.cum ſex ordinibus remorum. Summis remis.i.altis:quia ultimi remi & altiores ſunt:& longiores. Vt tantum:nunc clamor inquit emiſſus eſt ingens utrinq;: ut etiam ſuo clamore ſtrepitum remorum:ac maris occuparent. Tantum medii maris.i.tantum ſpatium fuit maris in medio utriuſq; claſſis. Semel:uno impetu remorum. Premitur:occultatur. Nec ullæ tubæ:non modo ſtrepitus remorũ: ſed nec tubarum audiri poterat. Tunc cærula:tunc uero exorto clamore quammaximo potuerunt: utrinq; naues impulerunt:ut roſtra roſtris colliderentur. Cærula.ſ.maria:nam cærulens color maris eſt:a græco dictum :latine cornu ſignificat:quod cornu colorem habet maris. Atq; in tranſtra cadunt: ſignificat tanto impetu concurriſſe:ut cum remos traherent:ſimul pectora pulſarent:& in tranſtra caderent. Vt primum roſtris:poſtquam roſtra roſtris impulſa ſunt:repercuſſa impetu ſuo regreſſa ſunt. Rediere: quia cum naues retroceſſerunt. Aera texerunt:tantus telorum numerus fuit:ut quaſi Solem tegerent. Pontum uacuum: ſcilicet nauibus:ſed telis tectus erat. Iam diductis proris:ſcilicet utrinq;:ideſt in diuerſas partes ductis:id faciebant: ne ipſi circunuenirentur ab hoſtibus:ſed ipſi hoſtes circunuenirent. Diuerſæq; rates:quia Maſſilienſes a Romanis & econuerſo recepti ſunt. Laxata claſſe:ideſt cornu facto.

Cærulẽus color unde

SVLPITIVS

3

¶ Vt quoties:ſimilitudo qua curſus nauium fluctibus:quos cōtrarii uenti agitant cōparaſ. Aeſtus:feruor maris. Zephyris:uentis occidentalibus. Fluctus:ſummæ undæ. Vbi:poſtq̄. Duxerunt ua.tra.fuerunt diuerſo tramite:& ſulco. Hæc:q̄ uenit. Illa:quæ diſceſſit. Sed gra.ha.qua nauium differentia pugnarent & Cæſ.his uerbis oñdit:Maſſilienſes & celeritate nauium, ſciaq; gubernatorū confiſi noſtros eludebant:impetuſq; eorū excipiebant:& quoad licebat:latiore ſpatio ꝓducta longius acie circūuenire noſtras:aut pluribus nauibus adoriri ſingulas:aut remos tranſcurrentes detergere, ſi poſſent, contendebant. Noſtri tum ēt grauitate:& tarditate nauium impediebanſ:factæ.n ſubito ex humida materia ñ eūdē uſum celeritatis habebāt. Itaq; dū locus cōis pugnandi dareſ æquo aīo ſingulas binis nauibus obiiciebāt:atq; iniecta manu ferrea : & retenta utraq; naue diuerſi pugnabant:atq; in hoſtiū naues deſcendebant.

Habiles laceſſereseé aptæ ad ꝓuocādū: & appetēdū. Gyro:reuolutione. Cedere cla. obtēperare themoni.ut:Clauūq; ad littora torquet. Eſtq; ꝓprie ſuſtis themonis. Tarde fle.quo.n.maior ē nauis:eo tardius flectiſ:& maiori gyro indiget. Tētare:id rētandū. Ratis:claſſis. Certior:firmior erat. Carinā ſtabilem:firmum ſolum pugnaturis. Terræ:u:debanſ.n. tanq̄ in terra pugnare. Artibus & certas pe.contendis arte nauigādi:& nauiū agilitate:qua ſuperamur. Iam oppo. trāſuerſas naues roſtris Maſſiliēſiū. Medias ca.latera nauiū. Obliquas al. trāſuerſas naues. Tentauit:pcuſſit:& oppugnare uoluit. Robora:fortē nauim. Ictu uicta ſuo:percuſſione ſua læſa. Cohæſit: firma ſtetit cum ea. Capta: harpagonibus: & manibus ferreis.

Clauus q ri

Manicæ:unci ferrei:ſed ꝓprie ſunt manuum uincula ſicut pedicæ pedum. Vir. Et gruibus pedicas: & retia ſigere ceruis. Teretes:longæ:& rotūdæ. Seq; te.re.his mutuo & pectinatim cōnexis ſe cōtinent:uel contrario remorū impulſu. Stetit:non mouit ſe:ſecerunt.n.ſtatariam pugnā. Tecto æquo.iam.n.cōiunctis nauibus mare inter ipſas nō uidebaſ. Iam nō ex.iam cominus pugnabant:& nō iaculis:ſed enſibus res agebaſ. Torqueſ tela lacertis: emittunſ. Vulnera ferro nec cadunt longinqua: tela uulnerātia nec ueniunt e longinquo emiſſa:eſtq; metonymia: Iaculato:imiſſo. Agit plurima:maiorē partē occidit. Bello:hoc ipſo. Aduerſos:hoſtiles:& ſuos in hoſtem. Suis:propriis.

Manicę quæ

Vt quoties ęſtus zephyris:euriſq; repugnat:
Huc abeūt fluctus:illuc marē: ſic ubi puppes
Sulcato uarios duxerunt gurgite tractus:
Q ḋ tulit illa ratiſ remis:hęc reppulit ęquor.
Sed Graiis habiles:pugnāq; laceſſere pinus:
Et tentare fugam:nec longo frangere gyro
Curſum:nec tarde flectenti cedere clauo.
At Romana ratis ſtabilem prębere carinam
Certior:& terræ ſimilem bellantibus uſum.
Tunc in ſignifera reſidenti puppe magiſtro
Brutus ait:pateris ne acies errare profundo
Artibus & certas pelagi? iam cōſere bellum:
Phocaicis medias roſtris oppone carinas.
Paruit:obliquas & præbuit hoſtibus alnos.
Tunc quæcunq; ratis tentauit robora Bruti.
Ictu uicta ſuo percuſſa:& capta cohæſit.
Aſt alias manicæq; ligant:tereteſq; cathenæ:
Seq; tenenſ remis:tecto ſtetit æquore bellū.
Iam non excuſſis torquentur tela lacertis:
Nec lōginqua cadūt iaculato uulnera ferro:
Miſcenturq; manus:nauali plurima bello
Enſis agit:ſtat quiſq; ſuæ de robore puppis
Pronus in aduerſos ictus:multiq; perempti
In ratibus cecidere ſuis.cruor altus in undis

OMNIBON.

¶ Vt quo.p ſimilitudinē oñdit:q̄uo inter ſe naues cōmixtæ fuerint:quēadmodū ingr ſæpe euenit:q diuerſis flātibus uētis fluctus maris ſpelliſ:aut repelliſ a uētis inter ſe certantibus:eodē mō impellebanſ & repellebanſ aliæ naues ab aliis. Ordo eſt: Sic æquor repelliſ: Zephyrus ab occidente:Eurus ab oriente ſpirat:ideo cōtrarii ſunt. Abeūt flu.unde recedūt:impulſæ ab alio uento.

Tractus:ſpatia. Sulcato gur. quia in ſulci modū nauis mare diuidit cū impelliſ. Tulit.ſ in claſſem Maſſilienſiū. Hæc æquor reppulit:quia æquor impulſum a Maſſilienſibus reppulit ad Roma. Sed Gra. diuerſæ erant naues hoſtiū:quia Maſſiliēſes habebāt naues leues & agiles:ut quocunq; uellēt:ipellerēt eas. At uero Romani naues habebāt:q̄ rudes ædificatæ fuerāt:& paulo ante in ſiluis cæſæ. Pinus habi.i.naues pineæ:poſuit materiā ꝓ forma. Laceſſere.i.aptæ ad laceſſendā pugnā hoſtiū.alii legūt capeſſere. Tētare fu.q a cū paraſſent Ro.claſſem:& q̄cūq; excurrere cœpiſſent:ubi ſe nō poſſe reſiſtere Maſſiliēſes intelligerēt: ſtatim refugiebāt. Curſum: nauis ſi pōderoſa fuerit:nō facile flecti pōt in gyrū:ſed nauis agilis:ſi in medio curſu fuerit:facile cōuertiſ. Gyro.i.circūuolutione. Nec tar.imo cito:quia ſimul atq; p̄ſſiſſet gubernator clauū uel dextrorſū: uel ſiniſtrorſū ſtatim ſentiebāt. Certior:firmior. Carinā ſta.quia naues Ro.graues erant:ideo ſtabiles. Bellātibus uſum:q a nō aliter pugnabāt:q̄ ſi in terra fuiſſent. Tūc in ſignifera:Maſſiliēſiū naues agiles ad pugnā eſſe dixit:& ideo naues Ro.facile inuadebāt. Brutus igiſ in p̄toria naui reſidentē magiſtrū alloquēs:& pateris, inquit, hoſtes artibus ſuis:ut nos icludāt:& mare in ſua ptāte teneant:q d nō opponis nauē noſtrā hoſtiū nauibus:ut illas excipiāt: & exceptas ꝓfundo mari īmergāt. Signiſera:p̄toria. Artibus:quia nos artibus pelagi includūſ. Conſere bel.i.pugnā mitte. Oppone ca.i.trāſuerſas naues oppone roſtris Maſſiliēſiū. Tūc q̄.tūc ubi naues oppoſitę ſunt e trāſuerſo:naues Maſſiliēſiū adēpta ludēdi occaſione Ro.nauiū robora pcutiētes:nō poterāt uim Ro.nauiū ſuſtinere:ſed in ſeipſas redeūtes harpagonibus capiebanſ. Percuſſa:dū pcutiunt, pcutiunſ: nā ſi.q dpiā paruum pcutit aliq d maius:ictu ꝓprio lædiſ. Cohęſit:quia fugere nō poterat. Aſt ali.deinde nauibus ſuis manus ferreas ī naues hoſtiū ꝓiiciebāt:q̄ cathenis alligatæ:& manicis retinebanſ:ut quaſi in terra cōtinēti ſiſterēr. Manicæ: uincula manuū:ſed itelligit harpagonas. Seq; te.re.cū remis:ne poſſent ſe in aliquā partē trahi. Stetit æq.bellum firmatū eſt:tanq̄ ſi in terra pugnareſ. Iam nō: ideo q a cōſtiterāt naues nō hoſtes tela emittebāt a lōge:ſed cominus gladiis pugnabāt. Excuſſis:uibratis. Stat:ſtabilis manet. Pronus:obliquus in inferendo ictus aduerſos.

¶ Spumat:

¶Spumat: ſpumā facit. Obducti: tecti. Vir. Limoſoq; palus obducat paſcua iūco. Cōcreto: durato. ſanguis .n. iā i frigida q̄ in calida dureſcit. Et q̄s: naues inqt: quæ a Romanis captę harpagonibus trahebāt: cōiungi nō pot: tāt cadaueribus iterpoſitis impeditæ. Cōſerta: denſa: & iterpoſita. Vincula ferri: īmiſſi: unci iacti. Subire pfundū: merſi ſunt. Hauſerūt: biberūt: & ſuffocati ſunt. Hi: alii inqt ex uulneribus difficulter perituri ſubito cum nauibus merſi ſunt. Luctanté cū morte: reſiſtētē morti. Irrita tela: aliud mortis genus: qui enim integri in mare cadebāt: telis temere iacētibus: & non iactis in eos cōficiebantur. Irrita: in oanū emiſſa: & quæ nullum in nauibus uulnerarēt. Suas: ad quas facìendas immiſſa erant. Fruſtrato pōdere: decepto ferro: uulnere non illato. Exceptum: infixum alicui: in quem incidit. Vulnus: corpus, qđ uulneraret. Phocaicis: qūo una Romanoꝝ nauis duabus Maſſilienſiū reſiſteret, narrat. Vallata: circūdata. Robore didu. fortibus militibus diuiſis in naui trāſuerſa. Aequo Marte: pari & forti pugna. Tagus: Romanus miles. Reiētat: retinere conat̃. Ampluſtre: ornamētum nauis, Feſto auctore, dictum: q; amplios fit, q̄ quo nauis indigeat: ſunt tamen qui uelint græcum eſſe: & ſubtrahant m: primāq; eius quidam corripiunt. Cic. Nauibus abſumptis fluitantia quærere apluſtra. Trāſigitur terga: ſynecdoche. Ferrū cōcurrit: obuia ſibi fiunt tela medio pectore. Quo uulnere: antico: an poſtico. Largus cruor expulit haſtas: magna uis cruoris. Vtraſq;: ambas. Vtitur autem hyperbole manifeſtiſſima. Animā: uitam: quæ eſt in ſanguine. In uulnera: nam utraq; cauſam mortis dederunt. Dirigit huc: Maſſilienſis Telonis mortem deſcribit: quem a nauigandi, aſtrorūq; peritia laudat. Telonis: magiſtri nauis. Nullam manum audiuere: nulli manui melius obtemperauerunt. Turbante: uidelicet ſe: aut ipſas carinas. Notior: exploratior: an ſerena: an turbida ſit futura: id. n. ſiue ex Solis: ſiue ex Lunæ aſpectu callebat. Carbaſa uētis: uela. Cōponere: aptare undecūq; flatur⁹ eēt uētus. Hic: Teloni. Cōpagē alni latiæ: naui Romanā. Roſtro: Graiæ nauis. Auertitq; ratē moriētis dextra magiſtri: cū primū uulneratus fuit: nauis auerſa ē. SVLPITIVS.

Spumat: & obducti cōcreto ſanguie fluctus.
Et quas immiſſi traxerunt uincula ferri:
Has phibēr iungi cōſerta cadauera puppes:
Semianimes alii uaſtū ſubiere profundum:
Hauſeruntq; ſuo permiſtū ſanguine pōtum:
Hi luctātē animā lenta cum morte trahentes
Fractarum ſubita ratium periere ruina.
Irrita tela ſuas peragunt in gurgite cædes:
Et quodcunq; cadit fruſtrato pondere ferrū:
Exceptum mediis inuenit uulnus in undis.
Phocaicis romana ratis uallata carinis:
Robore diducto dextrum: leuumq; tuetur.
Aequo Marte latus: cuius dū pugnat ab alta
Puppe Tagus: graiūq; audax Apluſtre rerē(tat:
Terga ſimul piter miſſis & pectora telis
Trauſigit: medio cōcurrit pectore ferrum:
Et ſtetit icertus flueret quo uulnere ſanguis:
Donec utraſq; ſimul largus cruor expulit há(ſtas:
Diuiſitq; aīam: ſparſitq; in uulnera letū.
Dirigit huc puppi miſeri quoq; dxtra Telōis
Qua nullā melius pelago turbante carinæ
Audiuere manum: nec lux eſt notior ulli
Craſtina: ſeu Phœbū uideat: ſeu cornua Lunæ
Semper uenturis componere carbaſa uentis.
Hic latiæ roſtro compagem ruperat alni:
Pila ſed in medium uenere trementia pectus:
Auertitq; ratem morientis dextra magiſtri.

Telonis mors

Audio

¶ Pace maris. f. reliqua: q nihil ipſe infeſtabat hoſtē. Sic dum pauidos: per ſimilitudinē oſtendit: quomō Octauius Libo Cilix peritiſſimus: nō prius fraudes ſuas aperire uoluit: q̄ ſpem oibus daret: poſſe eos liberius fugere: ut oēs e caſtris: & e loco tutiore deductos una oēs cōprehēderet: nā ita eos illexit: ſicut uenator facit: cū iubet oēs canes: qui latrare cōſueuerūt: remoueri: & eos tantū mittit in ſaltus: qui prædā īueſtigare didicerunt: poſtea cū pręda patuerit: tūc oēs ī eos canes emittit: ita & iſte pyrata fecit: cū oēs relictis caſtris medium mare tenerēt: quaſdā emiſit: qui latentibus cathenis naues illaquearēt. Cōparat aūt Octauiū Libonē uenatori: Romanas uero naues Antonii & Vulteii cōparat ceruis. Metuentes aera pēnæ: dicūt enim rubras pēnas uehemēter formidare ceruos. Venatores igit cum ad locū peruenerint: ubi cerui frequētāt: ſaltum oēm circundāt funibus & de funibus pēnas rubras ſuſpēdūt: ut Virg. Rubræ pauidus formidine pēnæ: q cū de ſaltu effugere uelint: ad funē ſæpe ueniūt: de quo pēnæ rubeæ dependent: q cū timēt: nūc huc nūc illuc redeūt: has adeo dicūt pēnas ceruos formidare: ut anteq̄ illas uideāt: earū odorem ſentiant. Odoratæ pēnæ. i. cuius odorem ſentiūt a uentis deportatū. Diſpoſitis uarris. i. perticis. Varrus per geminū r ſignificat perticā: q̄ retia circundant. Moloſſi: Moloſſia eadē eſt, quæ & Epirus. primo Moloſſia: inde Chaonia appellata eſt a Moloſſe & Chaone: ut Virg. Chaoniāq; oēm troiano a Chaone dixit: ideo Moloſſi dixit p excellē tiam: q ibi canes uelociſſimi naſcunt. Leuis. i. agilis: & uelocis. Spartanos: nā in Lacedęmōia: & in Creta īſula optimi canes nutriunt. Horatius: Aut fuluus Lacon. Credit: cōmittitur. Ligat: ſic reprimit canes uenator: ſicut claſſem ſuam retraxit Octauius. Niſi q pſſo ueſtigia roſtro: niſi tacitis canibus: q nihil aliud agunt: niſi odore narium huc & illuc curſantes iueſtigēt ferā. Roſtrū appellauit nares canis: nam olfactus canis nares acutæ ſunt in roſtri ſimilitudinem. Veſtigia: nā ueſtigare ꝓprie eſt canū: q per ueſtigia ſequunt ferarū odorē. Neſcit lat. nam canes olfatici ſunt dicti: cū feras uiderint: latratū tenēt. Contentus tremulo: huiuſmodi canes cū ad cubile uenerint leporis: uel alterius feræ cōcutit lorū: q ligatus a uenatore tenet: tūc intelligit uenator inuētam eſſe ferā: ecce nō diſcedit a ſimilitudine: nam ille peritiſſimus pyrata miſerat: qui funē ſub mari latentē ducerēt: quo fune illaquearēt naues hoſtiū. Nec mora: Antonii igit milites & Opitergini: ubi uiderūt neminem moueri ex hoſtibus: crediderunt metu deſiſtere: ergo una oēs relictis caſtris in mare naues deducunt. Moles: naues magnæ.

Crepuſculum quid

Complentur: īplent. Virg. Cōplent ualleſq; cauæ. Auidæq;: ſolēt poetæ: qđ obſcure dicunt: ꝑ ephexegeſim exponere. Inſula: ubi caſtra Antonius poſuerat. Ratibus pe. i. cū rates milites cōſcendiſſent. Quo tempore: deſcribit tempus crepuſculi noctis. Crepuſculū tempus illud dicit īcertū: cū nec plenus eſt dies: nec plena nox: nam creperos dicit latine dubius. Lux extrema. i. occidēs Sol. At Pōpeianus: ſicut uenatores retia tendunt: & fune ſaltū circūdāt: ita hic pyrata funes medio mari extēdit: ut illaq̄aret fugiētiū naues. Pōpeianus: q Cilices fuerūt pyratæ: contra quos Magnus Pompeius miſſus duorū mēſiū ſpatio mare uniuerſum infeſtiſſimū pyratis liberū reddidit: deinde pyratas: ut uires eorū diſſiparet: in diuerſas colonias miſit: & cum ante mare habitarent: in continenti terra ſub ſpecie beneficii habitare fecit: ideo amabāt eū: quaſi beneficio eius aſtricti: & partes ipſius ſequebantur. Antiqua arte: ideſt cuius erat pitiſſimus: & aſſuefactus. Sūma fr. i. ſuperficiem. Vacare: ideſt uacuam eē: q in ſupficie maris nihil doli eē uidebat: ſed ſub mari miſerat: qui funes & cathenas ex trāſuerſo ducerēt: quibus hoſtium naues caperent. Suſpendit: quia uincula non tetendit: ſed laxauit: ut naues: quæ captæ eſſent: non ſentirēt. Religatq; cathe. religat eas: ut cū poſtea nauis ſenſerit captam: tunc copia fiat circumueniendæ nauis. Illyricę eu. i. litoris illyrici. Nec p. noluit primā: nec ſecundā nauem capi: ut reliquæ ſpem conciperent fugæ. Nec illa: Quæ ſequitur: ideſt ſecunda nauis. Sed tertia moles. i. tertia: quia plus hominum uehebat.

¶ Adducto:

¶ Adducto:tracto. Impendent:imminent. Moles ruitura:rupes exporrecta : quæ iam iam caſura uidetur. SVLPITIVS
Stat:non cadit. Mirum:præfatio eſt interpoſita. Siluis:quæ ſunt ſupra rupem. Pontus: fluctus. Cęcis:obſcuris:& ignotis. Tectum:latens. Reſtituit raptus:emittit qđ rapuit. Cauernæ:antra. Euomuere fretum: emiſere aquá, quam attraxere. Contorti uorticis undæ:undæ uorticoſæ & uehementes ſuperant Charybdim: quæ attrahit:& uomit aquas. Taurominitanam:Taurominium mons aſperrimus in Sicilia:ſuper quo & oppidum Taurominium eſt:non procul a Meſſana:quod Zanclei condiderunt. Hic : iuxta hanc rupem. Colonis: Tauro miniũ ubi

Hæſit:& ad cautes adducto fune ſecuta eſt.
Impendent caua ſaxa mari:ruituraq; ſemper
Stat mirum moles:& ſiluis ęquor inumbrat:
Huc fractas Aqlone rates:ſubmerſaq; pótus
Corpora ſæpe tulit:cæciſq; abſcódit í antris.
Reſtituit raptus rectum mare: cũq; cauernæ
Euomuere fretum:contorti uorticis undæ
Taurominitanã uincũt feruore Charybdim.
Hic opiterginis moles onerata colonis
Conſtitit:hanc omni puppes ſtatione ſolutæ
Circueunt:alii rupes:ac littora complent.
Vulteius tacitas ſenſit ſub gurgite fraudes:
Dux erat ille ratis: fruſtra qui uincula ferro
Rumpere conatus:poſcit ſpe prælia nulla
Incertus qua terga daret:qua pectora bello.
Hoc tamen in caſu q̃tum deprenſa ualebat
Effecit uirtus inter tot millia captæ
Circũfuſa rati:& plenam uix inde cohortem
Pugna fuit non longa:qdé:nam condidit atra
Nox lucé dubiá: pacemq; habuere tenebræ.
Tunc ſic attonitã: uenturaq; fata pauentem
Rexit magnanima Vulteius uoce cohorté:

ciuibus. Opiterginis: Opitergiũ oppidum eſt in Venetia. Omni ſtatione:omni loco:& cuſtodia í qua ſtabant. Circueunt : circum inuadunt. Puppes: Octauii. Tacitas fraudes:nauim inſidioſe capiam. Vincula:cathenas:& uncos. Ferro:ſecuribus. Poſcit prelia: accingit ſe ad pugnam. Nulla ſpe:quia ſi uinceret:ſoluere nauem non poterat:ignorabatq;:quo ſe uerteret: & non uidebat in quos eſſet pugnaturus:quia erat iam nox. Hoc tamen in caſu:in hac aduerſitate inquit fortitudo oppreſſa:quantum potuit ſe defendit. Tot millia: hoſtium. Inde : ex naui Vulteii. Vix plenam cohortem:mille,ut diximus,erant : ſed rem poeta imminuit:q̃q̃ prima legionis cohors ẽ militaria: habetq; pedites mille centum & quinq;:equites centum.xxii.reliqui uero(nam in ſingulis legionibus decem erant) minores dimidio conſtituebantur. Nam condidit :nam prælium nox diremit. Dubiam lucem:crepuſculum.
Pacemq;:ceſſationem ab armis. Rexit:moderauit: & confirmauit præteritos. Sic: huiuſmodi ratione.
¶ Adducto fune:quia funem adduxerunt : & ſic ad littora impulſa nauis conſtitit. Impendent: deſcribit locum:quo ratis capia adducta eſt:quæ onerata erat militibus:crepido hic porrecta eſt in mare : quia fluctus cum littora ſæpe pulſarent : concauitatem fecerant:ut rupes crepidinis pendere uideretur:& ſub hanc crepidinem deducta eſt nauis. Caua:ſcilicet fluctuum inundatione. Moles:rupis illius:& crepidinis. Mirum:ĩterpoſitio eſt. Ruitura : quia ſi quis ſuppoſitus fuerit crepidini:timet ſemper ruinam rupis:quamuis non cadat. Aequor inumbrat:quia rupes porrecta eſt in mare:& in rupe natæ ſunt arbores:ideo dicit inumbrari æquor. Fractas:dicit fluctus ſub hãc crepidinem naufraga corpora ſæpe inuoluiſſe:deinde quia natura maris eſt: ut nihil ſordidi contineat:ex eodem loco euomere conſueuerat:quę antea abſorpſerat. Summerſaq;:q̃ naufragio perierant. Abſcondit:illa corpora:& naues fractas. Reſtituit:reuomuit rapinas. Cumq; cauernæ ; dicit ꝙ tá feruens mare ibi eſt:ut cum inuoluunť uortices:imitetur ſiculam Charybdim. Taurominitanam:nam ut traiectu Charybdis oñditur profundum quidem Imenſum:quo inundationes freti mirum in modum nauigia detrahunt:magnas per circuitiones & uortices præcipitata:quibus abſorptis: ac diſſolutis:& naufragiorũ fragmenta ad Taurominitanũ littus attrahunť. Taurominiũ condiderunt Zanclei:ut refert Strabo:& urbs eſt non procul a Meſſana. Euomuere:eructauere fretũ. Vorticis:uortex a uertendo dĩ. Feruore:quia maior eſt feruor huius maris q̃ ſiculæ Charybdis. Hic Opiter.redit ad id:qđ omiſerat:& oñdit rõnem:cum deſcripſerit:dicit.n.in hũc locum raptam nauem: & cathenis illaqueatá fuiſſe:qua Opitergini uehebantur.Hi Opitergini tranſpadani Cæſaris auxiliares fuerunt:qui teſte Liuio in eo codice:ubi ſummatim rerũ geſtarũ capita referuntur:rate ſua ab hoſtilibus nauibus clauſa:potius q̃ in poteſtatem hoſtiũ uenirent:inter ſe concurrentes:occubuerunt. Moles:ratis. Conſtitit:retenta eſt ſub hac cauerna. Hanc omni:nunc uero emittunť moloſſi : quia oẽs undiq; claſſes circundederunt hanc nauem. Vulteius:dux quidem ſenſit ſe captũ eſſe:ſed ſero:tunc cũ prouidere non poſſet. OMNIBON. Vortex unde
Incertus:dubius:an fugeret:an pugnaret. Conatus:poſtq̃ diu tentauit ferro:an rũpere poſſet cathenas. Ferro:enſe:quia credebat uincula eſſe ſtuppeta:ſed ferrea erãt. Spe nulla:q̃uis non ſperaret poſſe uincere:tñ prælia poſtulat:ut uel glorioſe moriať. Incertus: cogebať appetere p̃lium:qa neſciebat:quo fugeret: ut pote irretitus.
Belloiſe fortiter pugnando defenderet. Hoc tñ:q̃uis nec fugiendi:nec pugnandi poteſtas erat:tamen plus effecerunt:q̃ uires eorum ualebant : nam cum omnis undique claſſis hoſtium intenta eſſet uni rati : tamen tantum uirtus eualuit : ut uſque ad noctem pugnando pugnam ſuſtinerent : nam mille fere iuuenes hac rate uehebanť. Efficit:q̃tum potuit efficere inter tot millia. Cohorté:Cohors eſt quingẽtorũ & quinquaginta quinq; militum numerus : ſed tamen fere mille iuuenes fuiſſe legitur. Cohortem:ſcilicet Opiterginorum Pacem que habuere tenebræ:interiecta nocte:pax facta eſt;hoc eſt a pugna deſtiterunt omnes. Tunc ſic attonitam: nunc Vulteius ſeipſum,& ſocios adhortať:ut liberi potius moriantur,q̃ in ſeruitute uiuant.Eſt igitur hæc oratio in deliberatiuo genere.habet.n.conſultationem:cũ quę res:plures ue in quęſtioné poſitę ſunt:& utrũ potius faciendũ ſit quæriť:conſulať enim utrum liberi moriant:an ſerui uiuant;& quia nõ eſt dubium:liberam mor- Cohors quid

tem anteponi uitæ ſeruili:ſtatim ad probandũ uenit. Sed quia ſpatium breue conſulendi datur:occurrebat: Si uelimus non poſſumus delibe1are mortem. Refellit hoc Vulcius a repugnantibus hoc modo: Mors deliberata: mors impiouiſa: deinde longa uita: breuis uita: ea quæ repugnantia ſunt: ſe e diuerſo reſpiciunt: contraria aũt ex poſito ponuntur: ut deliberata longa contraria eſt: improuiſa breuis contraria eſt: ideo dixit: q contraria opponuntur: ut deliberata mors: & breuis uita oppoſita ſunt: improuiſa mors longa uita repugnant: itaq; arguit: ſi de morte deliberare poſſumus: ſatis uitæ nobis ſupereſt: at qui de morte deliberare poſſumus: igiƭ ſatis ſpatii daƭ.

Libera nõ ultra parua quam nocte iuuentus
Conſulite extremis anguſto in tẽpore rebus:
Vita breuis nulli ſupereſt: qui tempus in illa
Quærẽdæ ſibi mortis habet: nec gloria leti
Inferior iuuenes admoto occurrere fato.
Omnibus incerto uenturæ tempore uitæ
Par animi laus eſt: & quos ſperaueris annos
Perdere: & extremæ momentũ abrũpe lucis.
Acceſſas dum fata manu: non cogitur ullus
Velle mori: fuga nulla patet: ſtãt undiq; nr̃is
Intenti ciues iugulis: decernite letum:
Et metus oĩs abeſt: cupias qđcũq; neceſſe ẽ:

SVLPITIVS ℂ Libera: cõſcia: ſuaſoria: ut pro libertate & fide I Cæſarẽ mori honeſte malint: q̃ in parata ſeruitute turpiter uiuere. Eſtq; honeſtior ſuaſio, q̃ illa Hegeſiæ phi cirenaici: qui de humanæ uitæ miſeria differẽs: multos ad mortem uoluntariam inducebat. Ideoq; a Ptolomeo de ea re cõcionari ꝓhibitus eſt. Cõſulite: ſyntheſis ẽ. Anguſto: breui. Vita breuis: nullus paꝝ uiuit: q ſpatiũ ſe occidẽdi habet: occurritq; his: q uitæ cupiditate ducunƭ: cũ uideãt mortẽ ſibi ab hoſte iſtare. Quærẽdæ: iſerẽdæ ſibi. Nec gloria leti Inferior: nec ẽ minus glorioſum i morte. Admoto occurrere fato: ire cõtra uicinã mortẽ: q̃ icerta ẽ oĩbus. Tpe incerto: cũ ſit tp̃s incertum. Par aĩ laus: æqua magnanimitatis gloria. Annos: quos ſperaueris uitam incertã: ut egit Cato: Calamus: & Indoꝝ phi. Momentũ: breue ſpatium. Acceſſas dũ fata: dũ mõ tibi mortẽ cõſciſcas. Cogitur: ſuppleamc. Velle mori: uolũtas. n. unicuiq; libera ẽ. Fuga nulla patet: argumẽtũ a neceſſitate: certe ſ. quit fugere non poſſumus: & inſtat hoſtis uitæ noſtræ: igiƭ ſi genus mortis delegerimus: etimus abſq; metu: non enim niſi mortem timemus. Ciues: Romani. Iugulis: uitæ. Letum: genus mortis: an ueſtra: an hoſtili manu perire malitis. Et abeſt metus: & metuere definimus. Cupias quodcũq; neceſſe eſt: unum reſiſtamus: quod neceſſitas exigit. Sequiturq; ꝑclaram illam ſnĩam: Oẽ q eſt neceſſe ſeruit ſapiẽti: quia quicquid eſt neceſſe: ſapiẽs uolt.

OMNIBON. ℂ Libera: hic poniƭ qõ: nõ utiƭ ꝓœmio: nã ubi auditoꝝ aĩ nõ ſunt ad attentionẽ excitãdi: nõ opus eſt ꝓœmio: nec bñuolentia neceſſaria eſt: nec ẽi dubitat: de quo locutus eſſet: hæ ꝓprietates ſunt ꝓœmii: ut bñuolentiã captemus. Libera nõ ultra: oñdit illos in ſeruitute eſſe: & ſi delegerit uiuere: ipſis paratã eſſe ſeruitutẽ. Parua nocte. i. paruo noctis ſpatio: q̃ ſimulatq; illuxerit neceſſe eſt: ut i ſeruitutẽ hoſtiũ ueniatis. Extremis rebus: ut mori potius in libertate uelitis: q̃ in ſeruitute uiuere. Vita breuis: occurebat illud: Nõ poſſumus deliberare mortẽ ꝑ anguſtia tp̃is: rñdet: ſi tñ ſpatii nobis eſt q̃tũ ſatis eſt ad deliberandam mortẽ: nõ poteſtis dicere: uobis paꝝ uitæ ſupeſſe. Quærẽdæ. i. deliberãdæ mortis. Nec gloria leti: refellit qđ obiici poterat: ſi morimur nihil glorioſum erit: ideo nõ ſpõte oẽs nos moriemur ſed coacti: uñ ꝓbat hoc mera q̃dã rõne: locũ aũt ſumit ab adiunctis negocio: in quo deſperatũ & cõtrariũ ſm rhetoricos cõtineƭ: uidelicet maius: minus æq; magnũ: forma: ſpecies: ſiue genus: ab his argumẽta ſumunƭ: arguit hoc loco ab oppoſitis ſui cõtrarii. Inferior: occurrebat illud: q̃nam nobis gloria erit moriẽtibus: cũ coacti eſſe uideamur: illi. n. glorioſe moriunƭ: q ſpõte moriunƭ: at nos coacti nobis mortẽ itulliſſe uidebimur: primũ argumẽtũ eſt a pari: hoc mõ: in æqua laude ponẽdũ eſt: & cõtẽnere qđ ſperes & deſperare qđ cõtẽnis: nã utrũq; incertũ eſt qđ deſpamus, & ſpeamus: ergo nõ minus laudandũ eſt mori inſtãte morte: q̃ mori ſpe lõgæ uitæ: nã illi: q moriunƭ iſtante morte: deſperãt de uita: & alii itetrũpũt uitã lõgã ſperantes: ſed iſti: qui deſperant iminente morte: pñt tñ uiderẽ ſi Dii uoluerint: ſicut qui longam uitam ſperant uiuere. Fato admoto. i. uicinæ morti: dũmõ ꝑueniamus eã, q̃uis inſtet. Inferior: nõ minor eſt gloria: q̃ ſi uita remota uidereƭ. Oĩbus icerto uẽ. rõ eũ ip̃s futuræ uitæ breue ſit: tã ſperãtibus q̃ deſperãtibus eã: nã & qui deſperãt: poſſent lõgã uitã habere: & q ſperãt: breuẽ cõſequi: ſeqtur ergo: ut in æqua laude ponẽdi ſint p cõparationẽ. Speraueris annos q̃uis ſperes lõgos annos: potes tñ breues habere. Acceſſas. i. prouoces. Fata manu. i. ſponte moriaris: dum uiuere poſſis. Non cogiƭ ullus: rõ cur par laus: & eſt argumentum: ut ſupra dictum: a contrariis. ſ. uelle & nolle. Velle mori: ergo ſi mori uoluerimus: ſponte moriamur libertatis amore: q̃ turpiter uiuamus. Fuga nulla patet: poſtq̃ refellit: quæ obiici poſſent: nunc arguit a neceſſitate: uelimus, nolimus nos neceſſitas urget: ut fortiter moriamur: uel turpiter uiuamus: ſi uero poſſet neceſſitas ſeruitutẽ fugere: uel libertatem ſeruare: hoc eẽt anteponendum: ſed alterum horum eligamus: neceſſitas urget. Stant undiq; noſtris: quia uidemus nos undiq; circumuentos ab hoſtibus: ut multitudine circunſtantium fugere non poſſumus. Abeſt: pro abſit. Cupias qđcunq; neceſſe eſt. i. de neceſſitate feceris uoluntarem. Vera eſt illa ſententia: Omne quod eſt neceſſe: ſeruit ſapiẽti: quicquid neceſſe eſt ſapiens uult: & quicquid uoluerit: cedit ſapienti: & ex neceſſitate ſit uoluntarium. Cupias: iam non erit neceſſe: ſi cupias. Non tñ in cæca: hic a laudabili ſumit argumentum: nã in ſuaſione conſideraƭ nõ mõ utile: & honeſtũ: ſed ẽt laudabile: q̃q̃ ex recto & laudabile ſequatur: tñ poſt laudabile ſeorſum tractari ab honeſto: quia honeſtum non ſolum laudis cauſa ſit: ſed ẽt: ſi nulla laus ſequereƭ: ſed ſi laus ſequitur: duplicaƭ recti appetendi uoluntas: ut hoc loco: & eſt pars una laudabilis: quæ gloria dr̃. Eſt aũt gloria frequens de aliquo fama cum laude: & hanc gloriam illos conſecuturos oſtendit Vulteius. Hæc aũt ſumuntur ab auctoritate: & opinione hominum: nam eum homines opinantur uulgo aliquid eſſe magnificum: id non poteſt non laudabile eſſe: &

Gloria quid

glorioſum: ſed nos inquit in conſpectu tam hoſtium: q̃ etiam noſtrorum poſiti: mortẽ nobis fortiter inferemus: & in magna tam hoſtium: q̃ noſtrorum opinione moriemur: & id nobis honorificum: atq; glorioſum eſt.

SVLPITIVS

℄Non tñ in cæca:conſolationis locus a laude præſenti & certa:quia conſpicui inſignes nō in cōfuſa ſtrage pereunt. Cadenda in cæca nube:moriēdom in latebris:& ignorantia præliorū:in quibus nō liquido apparet qui fortiter agunt. Inuoluunt:confundunt. Permiſtis tenebris:cōfuſiōe:& ignorātia. Conſerta:confuſa:& immiſta ita:ut neq; ipſa diſcernanť:neq; auctores cędis ipſorum noti ſint. In mediū:in cōmune. cōmuniter enim occidi exiſtimantur. Obruta uirtus: fortitudo confuſa. Perit:nō cognoſcitur:non apparet. Nos in cōſpicua: Deoꝝ beneficio nos ſumus aſſecuti teſtes uirtutis noſtræ. Cōſpicua: quæ cōſpicitur. Aequora:in quibus ſunt: & hoſtes. Terræ: diuerſæ.littora in qbus ſunt ſocii hoſtes.

Nō tñ in cæca bellorum nube cadendum eſt:
Aut cum permiſtis acies ſua tela tenebris
Inuoluūt:conſerta iacent cū corpora campo:
In medium mors oīs abit:perit obruta uirtus:
Nos in conſpicua ſociis:hoſtiq; carina
Conſtituere Dei: præbebunt æquora teſtes:
Præbebunt terræ: ſummis dabit inſula ſaxis:
Spectabunt geminæ diuerſo littore partes.
Neſcio qđ nr̄is magnū: & memorabile fatis
Exemplū fortuna paras: quæcūq; per æuum
Exhibuit monumenta fides: ſeruataq; ferro
Militiæ pietas tranſibit noſtra iuuentus.
Namq; ſuis pro te gladiis incumbere Cæſar
Eſſe parum ſcimus: ſed non maiora ſuperſunt
Obſeſſis tanti quæ pignora demus amoris.
Abſcidit noſtrę multum ſors inuida laudis
Q đ non cum ſenibus capti: natiſq; tenemur.
Indomitos ſciat eſſe uiros:timeatq; furentes.
Et morti faciles animos:& gaudeat hoſtis
Non plures hæſiſſe rates: tentare parabunt
Fœderibus:turpiq; uolent corrumpere uita.
O utinam quo plus habeat mors unica famę:
Promittant ueniam: iubeant ſperare ſalutem:

Inſula: Corcyra: ex qua diſceſſimus. Geminæ ptes: Cęſaris & Pompeii. Diuerſo littore:dalmatico & illyrico. Neſcio qđ:gratulať fortuna:locus a laude cōſequenti:polliceť enim hoc exemplō ſuperatū eē oēs ueterū hiſtorias. Fatis:morti. Tranſibit monumenta: ſuperabit exēpla. Exhibuit per æuū: dedit præterito tēpore. Fides & pietas: ut erga iperatorem: aut rēpu. Seruato ferro: uulneribus & mortibus acceptis: aut illatis. Nāq; ſuis:apoſtrophe ad Cæſarē. Incūbere:iuuentutē noſtrā. Suis: propriis. Sed non maiora: ſed nos obſeſſi maius teſtimoniū præſtare non poſſumus. Pignora:teſtimonia. Tanti:q̄tū in te gerimus. Abſcidit noſtræ: conqueritur q̄ totus ſimul populus moti Sagūtinorū exemplo nō poſſit. Abſcidit: diminuit. Sciat:hoſtis. Indomitos:iſuperabiles ei. Forētes:iratos. Nō plures:qa eos ſuperauiſſemus. Tērare:fœderibus paciſci. Turpi uita:turpe eni eēt:& uictos eē:& in ſeruitute uiuere. Vnica:ſingularis:& egregia. Habeat:aſſequať. Promittāt ueniā:ſalutē:& ignoſcatur.

℄Nō tamē i cæca:quāuis ſimus ab hoſte circūuēti:nō tamē moriemur ignaua morte:imo in cōſpectu tā hoſtiū q̄ noſtroꝝ fortiter cademus. Cæca nocte.i.occultis tenebris belloꝝ: ut diſcerni nō poſſit uirtus noſtra. OMNIBON.

Permiſtis tenebris.i.pmiſta turba: q̄ occultať. Conſerta corpora.i.pmiſta cū ignauis: fortes & iertes cōfuſi ſunt:ut alii ab aliis diſcerni nō poſſint: ſed noſtra melior eſt conditio:q̄ uirtus noſtra:& fortitudo i cōſpectu oium erit. Mors:illoꝝ. In cōmone:i turbā ignobilē. Perit:euaneſcit:qa nō cognoſciť. Obruta uirtus:qa licet fortes fuerint:tñ nō dignoſcūť ab ignauis. Nos in conſpicua:ſed nos tam in conſpectu fortiū hoſtiū q̄ noſtroꝝ Dii poſuerunt:ut mortē noſtrā laudabilē oēs ſpectare poſſint. Cōſpicua:q̄ in oculis ſocroꝝ eſt:atq; hoſtium. Præbebunt æquora teſtes:cælum:terra:hoīes:ipſa quoq; ſaxa muta ſtrenuæ mortis noſtræ teſtes erunt. Teſtes.ſ. claſſem hoſtilem. Præbebunt terræ: ſcilicet exercitum noſtrum & hoſtium: qui littora occuparunt. Inſula: ideſt qui in inſula conſtiterant. Diuerſo littore: illyrico:& dalmatico. Neſcio quod noſtris:perſiſtit in hoc:ut probet mortem ſuam glorioſam fore: & perpetuam laudem perſecuturum. Exemplum:uidelicet ut exemplo ſimus poſteris noſtris: uelint pro fide: & pietate erga imperatorem ſuum ſeruanda: & ardua quæq; ſubire: & mortem ipſam:ſi opus fuerit. Tranſibit noſtra iuuentus: fortiter moriendo ſuperabit finem militiæ. Exhibuit:ſcilicet imperatoribus ſuis. Tranſibit monumenta:idem uincet hiſtorias omnes. Pietas:erga imperatores ſuos. Ferro ſer.nam nonnulli ante milites fuerunt: qui pro fide erga imperatorem ſeruanda id fecerunt quod nos facturi ſumus: ſi me audire uolueritis. Namq; ſuis pro te: nulla unquam fides: & pietas erga imperatorem ſuum militum maior fuit: immo noſtra ſuperabit: quia non conſiderabitur quod fecimus: ſed quod facturi fuiſſemus:modo facultas fuiſſet: nam multum laudis noſtræ fortuna nobis aufert:quod non fuerint parentes: liberi: coniuges quoq; noſtræ:nam pro te o Cæſar: pro pietate:& fide tibi ſeruanda: ſicut nos interimus: ita & parentibus: liberis: coniugibuſq; noſtris mortem illaturi ſumus: ſi facultas fuerit. Suis: ideſt propriis gladiis. Sed non maiora ſuperſunt: ſed non maius aliquid facere poſſumus pro te: quod ſi maiora facere poſſumus id libenter: & cupide faceremus. Abſcidit: ideſt diminuit noſtræ laudi. Indomitos ſciat: moratur in eo argumento laudabili: dicit enim:non ſolum cæteris laudandi: ſed etiam admirandi uidemur: quin etiam ipſis hoſtibus iam nimis fortiter oppetere uidebimur: & incipit fortunam laudare: quod non plures fuerint cathenis inuoluti: nam ſi pauci admodum iam fortiter: & obſtinate pugnauerint: ut uix eos uincere potuerint: quid plures facturi erant: magnam igitur gloriam oſtendit: honorificamq; mortem. Sciat: ſcilicet hoſtis. Viros: militis Cæſaris. Timeatque furentes: poſt hac: quia ipſa deſperatione fortes ſunt. Hæſiſſe: ſcilicet cathenis eorum. Tentare: etiam hoſtes tentabunt animos noſtros: nunquid in deditionem pacto ſalutis uenire uelimus. Turpi uita: turpis uita eſt eorum: qui in ſeruitutem ueniunt. Vnica mors: ſingularis: & præcipua. Famæ: gloriæ. Salutem ſperare: ut mors noſtra glorioſior fit.

SVLPITIVS ¶ Calido: caleſcit enim ictu: & ſanguine. Deſperaſſe: omnem ſalutis: & uitæ ſpem amiſiſſe. Virtute merendum: fortitudinis exemplo acquirere debemus:ut Cæſar mortem noſtram indoleat:& ſtragem appellet. Dent fata receſſum: quāuis incolumis poſſem euadere: nolim tamen ulterius uiuere. Receſſum:liberum diſceſſum. Emittant:liberent. Inſtantia: mortem inſtantem. Proieci uitam: deſperaui uiuere poſthac. Stimulis:ardore.

Furor Furor eſt:diuinus impulſus: & concitatio:unde & uaticinantes furere dicuntur. Vir.lib viii. Hos moriendi ſtimolos appellat ardore Dei: Dii ne hunc ardorem mentibus addunt Euriale: an ſua cuiq; Deus fit dira cupido.

Quos iam tangat uicinia fati: q ſunt uicini mortis. Victuroſq; Dei:Dii uolunt: ut uicturi intelligāt mortis felicitatem:quo magis ī uita permaneāt. Durent: perſeuerēt. Felix eſſe mori:ſiquidē ut Cice.in Tuſcu. ait:Vel Dii ipſi:uel cum Diis futuri ſumus. Eſt enī magnum bonum mors & erūnarum requies: quæ cuncta

Exēplū nobile mortalium mala diſſoluit. Eam aliquādo Dii immortales pro pręmio dedere hominibus:ut Cleobi & Bitoni: Triphonio & Agamedi: qui exędificato Delphis tēplo Apollini:petita ab eo mercede:q̄ eſſet homini optima:& ille daturū ſe oſtendiſſet:triduo poſt reperti ſunt mortui. Suſtulit:erexit. Cum ſidera cæli:cum omnes lucem futuram metuerent: anteq̄ eos Vulteius oratione confirmaſſet. Flexo temone Vrſæ:apparēte Aurora:quo tempore Vrſæ maioris plauſtrū in orientem cōuertitur.ſupra dixit:Parrhaſis obliquos Elice cū uerteret axes. Cum præcepta ſubiſſent:cum perſuaſi eſſent Vulteii ſententiis. Nec ſegnis:& tunc inquit nox erat breuis:& nocturna ſidera ſtatim occidebant:erat enim Sol in Geminis:& nox icipiebat ab ortu Sagittarii. Ledęa ſigna:Geminos in quos fuere cōuerſi Caſtor & Pollux Ledæ filii.fabulam apud Higinium:& quintum Faſtorum Ouidii lege. Lux eſt altiſſima Cancro uicino: cum Sol ex Geminis Cancrum eſt ingreſſurus: qui eſt ſignorum altiſſimus:dies ſunt maximi.

Ne nos:cum calido fodiemus uiſcera ferro:
Deſperaſſe putēt:magna uirtute meredū eſt:
Cæſar ut amiſſis inter tot millia paucis
Hoc dānū:cladēq; uocet:dent fata receſſum:
Emittantq; licet:uitare inſtantia nolim.
Proieci uitam comites:totuſq; futuræ
Mortis agor ſtimulis:furor ē:agnoſcere ſolis
Permiſſum eſt:quos iam tangit uicinia fati:
Victuroſq; Dei cælant:ut uiuere durent:
Felix eſſe mori.ſic cunctas ſuſtulit ardor
Nobilium mentes iuuenum:cum ſidera cæli
Ante ducis uoces oculis humentibus omnes
Aſpicerent:flexoq; Vrſæ temone pauerent:
Iidem cum fortes animos præcepta ſubiſſent
Optauere diem:nec ſegnis uergere ponto
Tunc erat aſtra polus:nā Sol Ledæa tenebat
Sidera uicino cum lux altiſſima Cancro eſt:

OMNIBON. ¶ Ne nos:utinam promittant nobis ſalutē:ppterea ut cū nō uidebūt manibus noſtris oppetere:intelligāt nō coactos:ſed uoluntarios interiiſſe. Deſperaſſe ſalutē.i.coactos mori. Magna uirtute merendum eſt:artificioſe argumentum qd ualidius erat in fine poſuit.id uidelicet ad laudē ſuā uel in primis ſpectaret ut magnā de ſe opinionē Cæ.relinquant:nā ab optio laudari:ea demū uera laus eſt:ſenſus aūt eſt: Nō eſt inqt mediocri uirtute opus:ut id agamus:qd Cæſar exiſtimet morte noſtra magnā cladē accepiſſe: cū tales uiros ſtrenuos: & fortes occidiſſe audierit:intelligat ſe plurimum dāni habuiſſe Cæ.ut amiſſis etiam ii pauci ſumus:tamē nō mediocrem cladem accepiſſe exiſtimabit Cæ.non multitudine: ſed uirtute. Dent fata receſſum: oſtendit ſe adeo eſſe cupidum huius laudis:ut optimam de ſe opinionem Cæ.relinquat:q̄ ſi detur illi euadere:malit tamen fortiter oppetere. Viuere: ſi mihi libera fieret optio:utrum uelim: an elabi e manibus hoſtium: an fortiter mori:ego illi optioni anteponerē mortem. Inſtantia.i.fata imminentia. Proieci: contempſi. Felix : generis neutri: & ſubſtantiuum: ideſt eſſe quandam felicitatem : hoc eſt illi ſoli cognoſcūt felicitatē eſſe mori. Felix : ſi oēs homines ingt cognoſcerent in ſtat felicitatis eſſe mori:nemo uiuere uellet:ideo occultant hanc cæteris felicitatē Dii:ut in uita permaneant: his autem tantum indicāt:qui morti uicini ſunt:ſicut nos. Vicinia mortis.i.qui ppinqui ſunt morti:ſicut nos. Cælant: occultant cæteris hominibus felicitatē mortis. Durent: ideſt patiantur uiuere. Sic cunctas ſuſtulit: nunc dicit quem effectum Vulteii habuerit oratio:nam qui antea mortē metuebāt:& ideo nox breuis eis eſſe uidebat: q̄ exiſtimarent ſpatium uitæ ſuæ futurū:qua nox lōga fuiſſet:audita oratiōe Vulteii:mutata ſentētia noctē lōgā nimis eſſe exiſtimarunt:quę mortem impediret. Ardor:cupiditas moriendi. Suſtulit:ideſt erexit pene demiſſos: atq; iacentes. Oculis hu.i.lachrymantibus præ timore imminentis. Ante ducis uo. ante orationem Vulteii.

Flexo temone Vrſæ.i.iam media nocte prætenta: cū temo arctici plauſtri iā incipit flecti: ita ut uideť uelle occidere. Flexo.ſ.ad occaſum iam aduentāte Aurora. Optauere diē: ut ſub oculis animā occūberent. Pręcepta ſub. Vultei de morte honeſta. Nec ſegnis uergere:noctem longiorem eſſe putabāt:quāuis breuis eſſet:erat autē nox æſtiua. Nec ſegnis pō.i.non erat tarda nox:ſed cito occidebat:quia breuis. Nam Sol Ledæa tenebat.i.Sol erat in Geminis.Nam quintadecima die menſis Iunii Sol egreditur Geminos: & tūc lōgiores ſunt dies,& noctes breuiores:qd autem eſt:qd dicit nox ad ſagittas peruenerat.i.Sagittariū:ſi Sol īgreſſus erat Geminos: quomodo nox parua ad Sagittarium peruenerat:ſed rō hoc facit hemiſperii:quia zodiacus:in quo ſunt duodecim ſigna:dimidia parte eſt ſupra terram:& dimidia infra terram:quo fit:ut ſemper ſex ſigna zodiaci ſint ſupra terram:& totidem infra:dicit ergo:q̄ Geminos ingreſſus erat Sol: quo tempore hæc res geſta eſt.Finge circulū & Gemini ſignum:quod ingreſſus erat Sol:cōputando ſic:Cancer:Leo:Virgo:Libra:Scorpio:Sagittarius:cum igitur īgrede

Caſtoris fabula tetur Sol Geminos:occidebat Sagittarios:& cōſequēter nox illa erat Sagittarii. Sidera Ledæa:ideſt Geminos: nam Gemini.i.Caſtor & Pollux: qui Ledæ & Iouis filii fuerunt: poſt mortem in ſigna cæleſtia tranſlati ſunt:qui Gemini appellantur:q̄ eodem partu nati ſunt. Altiſſimo Cancro: Gemini iam oriebtur: & Cancer aſcēdebat.

¶ Nox:

Nox tum theſſalicas urgebat parua ſagittas.
Detegit orta dies ſtantes in rupibus Iſtros:
Pugnaceſq; mari graia cum claſſe liburnos.
Tentauere prius ſuſpenſo uincere bello
Fœderibus: fieret captis ſi dulcior ipſa
Mortis uita mora: ſtabat deuota iuuentus
Damnata iam luce ferox: ſecuraq; pugnæ
Permiſſo ſibi fine manu: nulliq; tumultus
Excuſſere uiris mentes ad ſumma paratas:
Innumeraſq; ſimul pauci: terraq;: mariq;
Suſtinuere manus: tanta eſt fiducia mortis.
Vtq; ſatis bello uiſum eſt fluxiſſe cruoris:
Verſus ab hoſte furor: primus dux ipſe carinę
Vulteius iugulo poſcens iam fata retecto:
Ecquis ait iuuenū eſt: cuius ſit dextra cruore
Digna meo: certaq; fide per uulnera noſtra
Teſtetur ſe uelle mori. nec plura locuto
Viſcera non unus iamdudum tranſigit enſis.
Collaudat cunctos: ſed eū cui uulnera prima
Debebat grato moriens interfecit ictu.
Concurrunt alii: totumq; in partibus unis

¶Nox: nox inquit impellebat Sagittarium: in quem Chiton centaurus Achillis magiſter conuerſus eſt: qui & arcitenens dicitur. Vrgebat: in occidētem: ita ut apparente Sole Sagittarius occidiſſet: & ſub primam noctem oriretur: nox aūt: quæ eſt umbra terræ: ſemper eā circuit fugiendo a contraria parte: in qua Sol eſt: eſtq; deſcriptio occaſus cronici: reſpectu oppoſitionis. Detegit Iſtros: oſtendit hoſtes Opiterginorū. Iſtri populi ultra Venetiam dicti a fluuio Iſtro: qui Danubius eſt. Rupes: ſupra dixit: Alii rupes: ac littora complent. Liburnos: Liburnia regio: cuius finis & initium Dalmatia. Graia cum claſſe: Corcyrea: nā ut Strabo docet, Cherſicrates Archię: qui Syracuſas condidit: ſocius ad deducendos Corcyram accolas: & Heraclidarū genere procreatus: expulſis Liburnis inſulam habitatorum frequentia referſit. Suſpenſo uincere bello: īduciis: & pactionibus: ut facerēt deditionem. Mora mortis: tarditate inferendi ſibi mortem: dicitq; hoc ex ſua coniectura poeta. Si fieret dulcior: quia inuiſa eis erat. Deuota: deputata & addita. Luce damnata: cum moriēdi ꝓpoſito: & uitæ īfenſa. Promiſſo ſibi fine manu: cū ſemet cōſtituiſſet occidere. Tumultus: metus ꝑliorū. Excuſſere men. para. ad ſum. remouere ꝓpoſita prōpta ad mortē. Manus: hoſtium cœtus. Terra: multi enim e ſcopulis: & e rupe ipſos oppugnabant. Fiducia mortis: quā mors dabat. Vtq; ſatis: poſt certamē hoſtile in ſeipſos tela uerterūt. Bello: prælio. Furor: ira, & impetus pugnādi.

Fata: mortē. Retecto: aperto. nā armis antea tegebatur. Cuius ſit dextra: qui me occidere audeat. Certa fide: nā ſi me ꝑcuſſerit: dabit argumentū ſe quoq; mori uelle. Non unus: ſed multi. Iādudū: tunc iūc. Viſcera: corpus. Grato: quia reddit pietatis officiū. Debebat: quia ab eo ictos: ex fide erat repercuſſurus. Cōcurrunt: contra ſe ruūt. Totum nefas: omne ſcelus: qa cognatos fratres: & filios: & parentes cędebant. Vnis partibus: i militibus Cæſarianis: qui erāt eiuſdē partis. OMNI BON.

¶Theſſalicas ſagittas: ideſt Sagittarium: nā Chirō cētaurus: qui præceptor fuit Achillis: & in Theſſalia medicinæ præcepta docuit: quem antiqui finxerunt eē Sagittarium ſignū in zodiaco. Detegit or. di. nunc dicit orta luce quid fecerint hoſtes: & quid Vulteius conſuluerit. Iſtros: qui partes Pom. ſequebantur: nā ī Illyrico res geſta eſt: in Illyria aūt ſunt Iſtri: atq; Liburni populi. Vir. Illyricos penetrare ſinus: atq; intima tutus Regna Liburnorū: & fontē ſuperare Timaui. Strabo libro ſeptimo dicit: Primos Illyrici littoris Iſtros eſſe in ipſo Italiæ ambitu. Solinus Liburnos gentem eſſe Aſiaticam affirmauit in italico excurſu: qui procedit in Dalmatiæ pedem. Dalmatia in limitem illyricū. Appianus dicit Illyricorum gentem Liburnos eſſe: qui, quia finitima quæq; citis nauibus inuaderent: ob id a celeritate nonnullas Romani naues Liburnicas dixerunt. Graia claſſe: naues longę ex diuerſis locis actæ legionibus pluribus ſtipatæ: uſq; ad ſexcentorum numerum Pompeium ſequebantur: teſte Appiano: ex his centum Romanis refertæ: quæ cæteras anteirent. Tentare prius hoſtes: tentare uoluerunt nunquid fœdere in deditionem uenire uellent: ſed non cogit: quod optabant. Suſpenſo bello: ideſt intermiſſo: hoc eſt factis induciis. Fieret captis: quia ſi interponeretur ſpatium: interea inciperent uelle uiuere. Dulcior uita: cum ipſi ſpectarent uiuere poſſe: inciperent uelle uiuere: potius q̄ mori. Deuota. i. deſtinata morti. Damnata luce: contēpta uita. Promiſſo ſibi fine manu: ideſt ꝓmiſſa morte: quia omnes conſpirauerunt cōſciſcere ſibi mortem. Tumultus: terrores. Excuſſere mentes: quia circūuenti ab hoſtibus non mutarunt conſiliū. Ad ſūma: ideſt ad ultima: ſummū, & ultimū inuicem cedunt. Innumeraſq; ſimul: & aliquandiu tanta claſſe circumuenti Vulteii milites ſua uirtute ſe ſuſtinuere: adeo ſolet ipſa deſperatione creſcere uirtus. Mariq;: quia littora plena erant hoſtibus: & claſſis circundederat eos. Fiducia mortis: ideſt in morte tantum cōfidūt: & eſt acclamatio. Verſus ab hoſte furor: cū iam ſatis cædiū pro facultate ſua feciſſe uiderēt: tunc Vulteius inuitauit ſocios: ut iugulum ſibi aperirent: ut primus ipſe adimpleret qđ ſuperiore nocte conſtituerat: ſtatim igitur uno tempore multi Vulteio uulnus intulerūt: & qui primum letale uulnus intulerat: ut uiciſſim redderet: quod acceperat: ipſum interfecit: quo facto: cæteri omnes in mutuam cædem ruerunt.

Fluxiſſe: pro emiſiſſe. Cruoris: uidelicet: ꝙ iam multos ex hoſtibus occiderat. Furor: quo uſi fuerant contra hoſtes in ſeipſos converterunt. Vulteius iugulo: & Vulteius: q primus cæteros adhortatus fuerat: ipſe etiam implere uoluit: qđ aliis perſuaſerat: nā parato iugulo: qs erit inqt: qui mihi iugulum apiat: & ſtatim cū letale uulnus accepiſſet: talionem reddidit ei: a quo primum uulneratus fuerat. Retecto: nudato. Dextra digna cruore. i. qui ſe dignū facit: ut me interficiat. Teſtet. i. teſtimonio ſignificet ſe uelle mori: eo ipſo: ꝙ me interficiat. Nec plura locuto: uix hęc locutus fuerat: cū iam multi pectus Vulteii gladiis: & telis cōfoderant. Nō unus: ſed cōplures. Collaudat: qđ recte feciſſent. Sed eū cui: cū multi uulnus una Vulteio intuliſſent: ei prio a quo uulneratus fuerat: mortem intulit. Grato: qa gratitudinē ſeruauit: ut redderet qđ acceperat. Debebat: debitor erat primi uulneris. Concurrunt: mortuo duce ī mutuā mortē: & cædē corruere oēs. Partib.⁹ unis: qa oēs erāt cōcordes.

SVLPITIVS
Nox qd
Volteii mors

SVLPITIVS ¶ Sic ſemine:non aliter inquit mutuis ſe uulneribus confecere qui nati ſunt ex draconis dentibus:quos ſeuit Cadmus ad Thebas: ut in tertio Meta.ſcribit Ouidi. Nec aliter terriginæ exorti ex dentibus peruigilis Draconis ab Iaſone ſatis: auxiliante Medea. Dircæa cohors:acies terrigenarum Thebanorum. Emicuit:apparuit: exorta eſt. Semine: dentibus. Durum omen: malum augurium Ethcocli & Polynici fratribus: qui ad illorum exemplum mutuis ſeictibus confecerunt. Phaſidos:fluuii:hoc eſt regionis in Scythia. Dente inſomni:ex dentibus draconis peruigilis. Miſſa:immiſſa & concitata ueneficiis Medeæ:quæ in eos id furoris immiſit:ne impetum in Iaſonem facerent. Tantos ſulcos: quos Iaſon bobus ignıuomis fecerat ut in.yii.meta.ſcribit Ouidius. Medea:Aeetæ,Hypſæq; filia. Inexpertis: de quibus ante non fecerat periculum. Expauit: ne in Iaſonem irruerent. Iuuenes: Opitergini. Pacti fata mutua: qui ſe uicisſim occidere conſtituerant. Virtutis: fortitudinis: quia ſemimortui alios occidebant. Pariter:uno,eodem q; tempore. Nec quéquam: quiſq; inquit quequam ſaucius alium interemit. Nec uulnus: nec expectabat ut feriretur:ſed ſponte in gladios irruebant. Adactis:immiſſis: intentis. Et iugulis preſſere manum:iam per ferrum euntes iugulo uulnerantis manum tangebant. Incurrunt: interimunt incurrendo.

Haud trepidante: audacter feriebant ea ſola pietate utentes: ut uno duntaxat ictu cariſſimum quemq; proſterneretur. Pondere:uiribus. Vna:ſola:& præcipua.

Non repetiſſe: non iteraſſe ictus. Viſcera lapſa:inteſtina egreſſa. Foris latis: per ſpatioſa tabulata ratis.

Lucem deſpectam:auram uitalem:quam ſpreuerunt: & oderunt. Victores: Octauianos: quãquam non armis uicerant: ſed obſeſſis mortis cauſam præbuerant.

Iam ſtrage cruenta : peracta cęde:hoſtis tate potius cadauera comburenda ſepeliendaq; tradidit.

Bellorum fecere nefas.ſic ſemine Cadmi
Emicuit Dircęa cohors:ceciditq; ſuorum
Vulneribus: dirũ Thebanis fratribus omen:
Phaſidos & campis inſomni dente creati
Terrigenæ:miſſa magicis e cantibus ira
Cognato tantos implerunt ſanguine ſulcos:
Ipſaq; inexpertis:qđ primum fecerat: herbis
Expauit Medea nefas ſic mutua pacti
Fata cadũt iuuenes: nimiũq; in morte uirorũ
Mors uirtutis hẽt:pariter ſternũtq;: caduntq;
Vulnere letali:nec quemquam dextra fefellit
Cũ feriat moriente manu:nec uulnus adactis
Debetur gladiis:pcuſſum eſt pectore ferrum:
Et iugulis preſſere manũ:cum forte cruenta
Fratribus incurrunt fratres: natuſq; parenti.
Haud trepidãte tamẽ toto cũ pondere dextra
Exegere enſes:pietas ferientibus una
Non repetiſſe fuit iam latis uiſcera lapſa
Semianimes traxere foris:multumq; cruoris
Infudere mari:deſpectam cernere lucem:
Victoreſq; ſuos uultu ſpectare ſuperbo:
Et mortem ſentire iuuat,iam ſtrage cruenta

OMNIBON. ¶ Sic ſemine Cadmi:duas ſimilitudines ponit:quomodo inter ſe occiſi ſunt: non aliter inquit: q̃ terrigenæ: qui nati ſunt ex ſerpentinis dentibus ſatis a Cadmo:uel q̃ illi terrigenæ ex ſerpentinis dentibus nati:quos ſeminauit Iaſon: tunc cum aureum uellus comparauit: Medea conſulente:& auctore. Nota quidẽ eſt fabula Cadmi: qui fatigatus in ſorore quærenda Europa: oraculum Apollinis conſuluit: ubi nam urbem conderet: & auſpicio bouis Bœotiam condidit:ſed cõditurus urbem:primũ de more uoluit ſacrificare Ioui. Miſit igitur quoſdam ex ſociis aquatum:qui a ſerpente Marti ſacro ſunt interfecti: quem poſtea Cadmus interfecit: ex cuius dentibus ſatis nati ſunt homines armati:qui ſe mutuis uulneribus interfecere. Dircęa:in agro Thebano. Emicuit: ſcilicet de ſerpentinis dentibus. Omen dirum:quia omen fuit ſceleris:quod uenturum erat:ut Ethcocles & Polynices Thebani fratres ſingulari certamine dimicantes:mutuam ſibi cædem inferrent. Phaſidos: nota fabula: ꝙ Iaſon filius Aeſonis incitatus a patruo Pelia Colchon tetendit:ſuſcepturus uellus aureum:quod ſeruabatur ab

Iaſonis fabula. inſomni ſerpente: & opus erat:ut occiſo ſerpente:illius dentes tauris ignem naribus afflantibus ſeminaret: & ex his naſcerentur terrigenæ:cum quibus ſingulari certamine dimicandum erat:ſed Medea regis filia: amore Iaſonis capta: puluerem & medicamina dedit:quibus ſopitus eſt ſerpens. Nunc hoc dicit: quemadmodum ſe terrigenæ occiderunt:ita Vulteius cum ſuis. Phaſidos:idest Colchi inſulæ: nam Phaſis flu.eſt Colchorum. Inſomni dente:ideſt dente peruigilis ſerpentis. Cognato ſanguine: quia fratres erant ex hiſdem dentibus nati. Sulcos: ideſt planiciem: & tantum æquor: quantum capiebat ager: in quo ſati erant ſerpentini dentes. Expalluit: ipſa Medea:quæ remedia Iaſoni dederat: non ſine timore fuit. Inexpertis herbis: quarum uim: & proprietatem nõdum antea experta fuerat. Nimiumq; in morte: poteſt eſſe ſententia generalis huic loco commoda: uidelicet quia cum mors contemnitur:nimium uirium habet. Nec quemquam:non errabant inferendo ictus. Moriente manu:quamuis letali uulnere confoſſi eſſent:tamen non errabat manus:quin alium occideret. Nec debetur gladiis uulnus:ideſt non pręueniontur:ſed præueniunt:quia gladii non prius uulnerabant:q̃ ipſi in gladios incurrerent. Et iugulis manum:eius,qui uulnera inferebat.tanta cupiditate moriebantur:ut non contenti iugulum confoſſum eſſe:ita premebant: ut uſq; ad capulum premerent. Parenti:in parentem. Haud trepidante: ꝙ fratres in fratres: & filii in parentes occurrerent: quia uidebatur repugnare naturæ: mirum ꝙ manus: cum percuteret: pauore non contremiſceret. Exegere:ideſt pectus uſq; ad alteram partem transfixere. Pietas ferientibus una: hæc ſola pietas fuit inter eos:ut uno uulnere ſe interficerent:ne multis uulneribus fruſtrarentur. Foris latis:ideſt ſpatioſis tabulatis:nam Fori: fororum dicuntur tabulata nauium: & pontes: quibus naues utroq; latere circundatæ ſunt: a ferendo: quia ferant nautas. Deſpectam cernere lucem: ideſt contemptam uitam.

Victoreſq; ſuos: morientes gaudebant ꝙ uulnera ſua hoſtes intuerentur. Vultu ſpectare ſuperbo: quia ſuperbe aſpiciebant uictores ſuos: ut gauderent potius: quam timerent. Et mortem ſentire iuuat: ideſt uoluptatem capiebant ex ſenſu mortis.

¶ Conſpicitur:

¶ Conſpicitur:ab hoſte. Ducibus:Octauio:& reliquis. Eſſe tanti:eſſe tantæ auctoritatis apud milites ſuos: adeoq; amari ab eis:ut pro fide ei ſeruanda:ſe milites interimerent. Maiore ore: maiori laude celebrata. Non tamen:non intelligent inquit hoc exemplo populi:qui tyranno ſeruiunt:ut aut ſeipſos: aut tyrannum morituri conficiant. Totumq; hoc dicere ad concitandam iuuentutem in Neronem uidetur. Ignauæ: puſillanimes: & imbelles. Virorum:magnanimorum Opitergioorum. Non ardua:non difficillima. Seruitium: ſeruitutem. Manu:morte manu facta. Regna:reges.metonymia. Ob ferrum:ob armatos:& mortem:quam ferro inferunt. Vritur:uexatur. Ignorat: neſcit arma inuenta fuiſſe ad arcendam ſeruitutem:tuendamq; libertatem. SVLPITIVS

Conſpicit̃ cumulata ratis:buſtiſq; remittũt
Corpora uictores:ducibus mirantibus ulli
Eſſe ducem tanti:nullam maiore locuta eſt
Ore ratem totum diſcurrens fama per orbẽ.
Non tñ ignauæ poſt hæc exempla uirorum
Percipient gentes:q̃ ſit non ardua uirtus
Seruitium fugiſſe manu:ſed regna timentur
Ob ferrum:& ſæuis libertas uritur armis:
Ignoratq; datos:ne quiſquam ſeruiat: enſes.
Mors utinam pauidos uitę ſubducere nolles:
Sed uirtus te ſola daret. non ſegnior illo
Marte fuit: qui tunc libycis exarſit in aruis.

Mors utinam:utinam puſillanimes mori nõ poſſent & ſenio conſumerentur:ſed ſola uirtute:& egregio facinore mortem conſequeremur. Subducere uitæ:ſubtrahere e uita. Te:emphaſim habet: uidelicet ex qua felicitatem conſequimur. Nõ ſegnior:in Africa quoq; aduerſis fatis pugnauere Cæſariani. Curio enim,pręmiſſo e Sicilia Mario,cum nauibus,& cum exercitu eũ ſecutus flumen Bagradam peruenit: ibiq; C. Ganium legatum cum legationibus reliquit:ipſe cum equitatu proceſſit ad caſtra exploranda Corneliana. Cũq; pugnaret contra Varum: qui Africam ſenatus nomine obtinebat: obrutus a Iubæ copiis eſt occiſus. Non ſegnior:ſupple Mars. Illo:quod geſtum eſt in adriaco. Libycis aruis:in Africa.

¶ Buſtis.i. rogis decorauerunt cæſos. Mirantibus: quia mirabantur Octauius Libo,& cæteri Pompeiani:q; inuenire potuiſſent milites:qui tanti facerent ducem ſuum. Nullam maiore:dicit nullam unq̃ fuiſſe nauẽ quæ totum orbem terrarũ fama impleuerit poſt hanc. Ore.i.ſermone. Non tñ ignauæ:hic latenter Lucanus inuehitur in populum Romanum:qui turpiter crudeliſſimo Neroni ſeruiebat:exemplũ Opiterginorũ habens:q̃ mori tam fortiter uoluerunt potius q̃ ſeruire. Tñ:quãuis fortiter occiderint:tñ poſt hoc exemplũ Romani non intelligerent:q̃ ſit facile effugere ſeruitutem:quaſi dicat:ſatius eſt mori q̃ ſeruitutem crudeliſſimi tyranni ſuſtinere. Perficient:ideſt ueniet tempus:q; obliuiſcentur gentes ſuæ libertatis:cum hoc propoſitum ſit exemplum gẽtibus:ne uelint ſeruire. Seruitium fugiſſe manu:uel ſeipſos:uel tyrannum potius interficiendo. Regna timentur Ob ferrum:quia cuſtodibus armatis:& ſatellitibus ſecuri incedunt tyranni. Ignoratque datos:homines neſciunt:quam ob cauſam enſes ſint dati hominibus:nullam ob aliam cauſam in primis:q̃ ut ſe a ſeruitute liberẽt. OMNIBON.

Mors utinam pauidos: nunc imprecatur hoc illis pro pœna contingat: ut ſemper in timore mortis uiuant.

Mors utinam:o utinam negares interficere eos: qui nimium ſunt cupidi uitæ. Subducere: ideſt remouere a uita. Pauidos: ſcilicet mortis. Sed uirtus te ſola: ut illis ſolum aliquem finem imponeres:qui cæteris uirtute præſtant: nam mors eſt finis omnium malorum. Non ſegnior illo: tranſit ad aliam hiſtoriam: oſtendens quomodo Curio pro partibus Cæſaris bellum geſſerit aduerſus Accium Varum:& Iobam regem Numidiæ in Africa:qui partibus Pompeianis fauebant:dicit enim non inferius fuiſſe bellum hoc:qd' nunc mari geſtũ eſt per Vulteium contra Pompeium:q̃ bellum:quod geſtum eſt in Africa per Curionem aduerſus Iubam. Nam cum Accius Varus in Libya pro Pompeio.exercitum haberet: & Iuba Maurorum Numidarum rex(ut inquit Appianus) Varo obſequeretur.Curio a Cæſa.ex Sicilia miſſus duabus cum legionibus in eos mouit: nauibus longis duodecim: onerariis uero plurimis ſtipatus: is cum Vticam applicuiſſet: breui quadam equeſtri pugna: nonnullos ex Numidis equites in fugam uertit: & exercitu adhuc in armis conſiſtente: imperatorem tamen ſe nominari uoluit: eſt enim hæc appellatio prætoribus non mediocris apud milites auctoritatis:quaſi ipſis teſtificantibus eundem imperatorio nomine haud indignum fore: hunc quippe honorem prætores iam pridem in maximis belli operibus ſibi uendicauerant: nunc autem ſub quo decem millia in bello concidiſſent: hac appellatione dignus haberetur. Cum autem Cæſa. in Iberia uictorem euaſiſſe nunciatum eſſet: animo ſublatus Curio loco admodum anguſto iuxta mare caſtra locat:pugna igitur acriter incepta: unicus ex Curionis militibus cecidiſſe dicitur: Vari ad ſexcentos interiere. adueniente deinde Iuba: rumor falſo ſublatus eſt circa Bagradam fluuium Iubam non longe diſtantem retrouerti: finitimis eius regnum inuadentibus. Sabburam prætorem regis cum parua manu ab eo in ripa fluuii deſtitutum eſſe: quo rumore confiſus Curio: æſtatis calore cuncta perurente: circa tertiam diei horam:fortiſſimã exercitus ſui partem in Sabburam mouit per iter arenoſum:& aquis ſterile prouectus: latex quippe hybernus calore Solis aduſtus inaruerat: ſquallebant omnia circum loca: fluuius uero a Sabbura:& rege aſiſtẽte tenebatur:ſublata itaque ſpe Curio ad colles ob arbores retroceſſit ſuffocatione confectus:quem cum adeo affectum intuerentur hoſtes:fluuium ſtatim tranſiuere ad pugnam præparati:Curio uiciſſim e montibus deſcendit:imperite admodum ac inſipienter acies infirmas agens: demum Numidarum equitibus eum circonuenientibus:per aliquantulum temporis paulatim retroceſſit:& intra breue ſpatium telluris copias redegit:repulſus denuo confugit ad montes. Aſinius Pollio clade iam multorum imminente: Vticam cum paucis exercitum reducit:ne quia interim a Varo calamitas ob rumorem habitæ cladis inſurgeret. Curio periculum aggreſſus:pugnanſque cum omnibus:qui una aderãt:interfectus eſt: Ita ut ad Pollionem nemo Vticam tantæ cladis nuncius redire poſſet. Hunc igitur finem pugna apud Bagradam fluuium geſta habuiſſe dicitur:Curioni caput abſciſſum ad Iubam delatum eſt. Non ſegnior:hic Mars.

SVLPITIVS

¶Lilybæo: ſiculo. Lilybæus promontorium in Sicilia occidentem uerſus: a Lilybæa urbe dictus. Nec forti: leni: non uehementi. Inter ſemirutas: locum in quo Curio peruenit, deſcribit: appellatur autem Aquilaria: abeſtq; a Clupeis paſſuum uigintiduo millia: habet non incommodam æſtate ſtationem: & duobus eminentibus promontoriis continetur. Clupeam: urbem littoralem in promontorio Mercurii. Notæ: fama cognitæ.

Bragada ubi

Cano: ſpumoſo propter fluminis ingreſſum. Bagrada: fluuius non longe ab Utica: & caſtris Cornelianis: iuxta quem M. Attilii milites ſerpentem centum & uiginti pedum longitudine occiderunt. Agit ſe: fluit otioſe.

Inde: illic in caſtra Corneliana ſe contulit. Antæi quæ: regna Antæi in Mauritania eſſe non longe ab hortis Heſperidum Plinius ſcribit: ſic & reliqui. Lucanus non idem ſentire uidetur. Tumulos: ſiue colles: ſiue ſepulchrum Antæi intelligit: in quo, auctore Strabone, inuenta eſt a Sertorio tibia ſexaginta cubitis longa. Exeſas: præruptas: & arroſas. Cupientem: me, ſiue aliquem. Cauſas nominis: cur appellentur regna Antæi. Incola rudis: ruſticus habitator. Cognita: ea quæ cognouit: & audiuit a patribus, auis, & proauis. Nondum effœta: nõdum penitus uacua: a partu. Concepit: ex ſeipſa. Partum terribilem: fœtum tremendum. Non tam iuſta fuit: non tam potuit gloriari terra Typhone: Tityo: & Briareo: q̃ Antæo quantũ fortior fuit: & maior. Iuſta: uera: legitur & uaſta. Typhon: qui & Typhoeus dicitur, Titanis & terræ filius arma cõtra ſuperos tulit. Sed tñ fulminato Trinacria ſuperimpoſita eſt, lege in. v. Metam. Virgi. tñ inquit: Inarime Iouis ĩperiis ĩpoſta Typhoeo.

Nanq; rates audax lilybæo littore ſoluit
Curio: nec forti uelis Aquilone recepto
Inter ſemirutas magnæ Carthaginis arces:
Et Clupeam tenuit ſtationis littora notæ:
Primaq; caſtra locat cano ꝓcul æquore: q̃ ſe
Bagrada lentus agit ſiccæ ſulcator arenæ.
Inde petit tumulos: exeſaſq; undiq; rupes:
Antæi quæ regna uocat non uana uetuſtas.
Nominis antiq cupientem noſcere cauſas:
Cognita ꝑ multos docuit rudis ĩcola patres.
Nondũ poſt genitos tellus effœta gigantes:
Terribilem libycis partũ concepit in antris:
Nec tam iuſta fuit terrarum gloria Typhõ:

OMNIBON.

¶Nanque rates audax: nunc incipit narrare: ut ſuperius dictum: Cæſar curam rei frumentariæ agens: Curionem miſerat in Siciliam: nunc ergo dicit: ꝙ profectus ex Sicilia in Africam Curio: uenit ad eum locum, qui, ut hiſtorici quidam referunt, Aquilaria uocatur: inde tranſportauit duas legiones: quas a Cæſare acceperat: & CL. equites biduo, & tribus noctibus nauigatione conſumptis ad eum locum peruenit: hic autem locus abeſt ab oppido Clupea: quod Siculi eatruxerunt: & Aſpida primum nominauerunt: teſte Solino: paſſuum uiginti millia: ibi etiam eſt ſtatio nauibus aptiſſima: nam duobus promontoriis utrinq; eminentibus continetur: ideo ſtationem hanc notam: ideſt nobilem poeta dixit: hic apud fluuium Bagradam caſtra poſuit Curio: ſed Bagrada fluuius Africæ iuxta oppidum Uticam labitur: & huic fluuio Bagradæ uicina etiam metatus eſt caſtra Attilius Regulus: quo tempore magna clade militum ſerpentem illum longitudine & magnitudine inſignem in hoc ipſo fluuio interemit: pedum uidelicet eſſe centum & uiginti: ut refert Gellius. Audax: Lucanus: & Virg. nunquam audacem appellant quemquam: cui deinde non ſit ſemper aduerſa fortuna ſecuta: ut Turnus audax: ſic etiam ſupra: Audax uenali comitatus Curio lingua. Lilybæo: ideſt ſicula tellure: nam Lilybæus mons eſt Siciliæ: quæ Trinacria appellatur: ideſt trium promontoriorum inſula: quæ ſunt Lilybæus: Pachinus: & Pelorus.

Aquilone recepto: quia biduo & tribus noctibus nauigatione conſumptis: ad eum locum peruenit: qui Aquilaria appellatur: &, ut ex commentariis Cæſaris fertur, ex quatuor legionibus: quia copias Accii Vari deſpiciebat: qui prouinciam illam a ſenatu: populoq; Romano tenebat: aut pro Pompeio exercitum habebat: duas tantummodo Curio aſportauit. Semirutas Carthaginis arces: quia euerſa fuit a Scipione Africano inferiore. Notæ: ideſt nobilis: quia habet hic locus ſtationem æſtate accommodatã: nam duobus promontoriis eminentibus clauditur. Cano æquore: ſpumoſo mari. Lentus Bagrada: ideſt tardus deſcenſu. Siccæ arenæ: quia Libya: quæ eſt pars Africæ: penuria aquæ laborat. Inde: poſt hæc: ſecunda nocte poſuit caſtra apud rupes: ubi fama eſt Antæum habitaſſe cauernas. Antæi regna: ut refert Solinus: Colonia in eodem tractu Libyæ conſtituta eſt: ubi Antæus qui implicandis: explicandiſq; nexibus humi melius ſciens: uelut genitus matre terra ibidem ab Hercule uictus eſt. Strabo libro ultimo dicit: Gabinium Romanorum Scipionem literis mandaſſe apud Lingem Antæi ſepulturam eſſe: & tibiam cubitorum. lx. quam a Sertorio nundatam ait: ac rurſum terræ demandatam. Rudis incola: ideſt agreſtis. Antiqui nominis: ideſt nobilis: cur uocarentur Antæi regna. Patres: quia per ſucceſſionem antiquarum fama perpetuo mãſerat: nam apud ueteres hiſtoriæ hoc genus: ut maiores natu ante acta poſteris indicarent. Virgilius: Atque equidem memini fama eſt obſcurior annis: Auruncos ita ferre ſenes. Nondum poſt genitos: nunc ponit narrationem incolæ: qui exponebat Curioni: quare ea loca Antæi regna appellata fuiſſent. Tellus: tellus enim gigantes illos eum genuiſſet: ut Ceum: Enceladum: qui auſi ſunt reſcindere cælum: & Briareum, qui centimanus bellum ſuſcepit aduerſus eos: non effœta fuit: quin alios generaret gigantes. Effœta: ideſt exhauſta: primo gigantes genuit: qui in Iouem gigantomachiam fecere. Terribilem partum: tantarum uirium genuit Antæum Tellus: ut ſi illum ante gigantes genuiſſet: in maximo periculo fuerit regnum Iouis: unde pepercisse uidetur Diis: quod illum ſero genuerit terra.

Nec tam iuſta fuit: q̃ Typhon magnæ gloriæ fuerit terræ propter talem partum: unus ea gigantibus: qui arma contra Iouem ſumpſerat. Typhonis: gigantis cubile poſitum accolæ credunt in antro illo Siciliæ famoſiſſimo quod latis primum patet faucibus: poſtmodum in proceſſu per anguſtias obſcuratur: auctore Solino.

¶Tityus:

SVLPITIVS Tityi fabula

¶ Tityus: Iouis & Hellares filius: quem Iuppiter abdidit cum iram Iunonis metueret: & hinc dictus eſt terræ omniparentis alumnus. Is cum Dianæ uim conaretur: ſagittis Apollinis confixus eſt. Tibullus: Porrectuſq; nouem Tityus per iugera terræ: Aſſiduas atro ſanguine paſcit aues. Briareus: Titanis & terræ filius fuit: & cęlũ geminus. Pepercit cælo: fuit cã ſeruandi cæli. Suſtolit: produxit. Phlegræis: theſſalicis: ubi gigantes contra Deos congeſtis montibus inſurrexerunt. Phlegra Macedoniæ oppidum in Thermaico ſinu: ut inquit Plinius eſt in Cãpania locus iuxta Puteolos: in quo gigantes alii fulminati ſunt. Hoc quoq;: terra etiã hoc dono auxit uires filii. Munere: beneficio. Defecta debilitata.

Aut Tityus: Briareuſq; ferox: cæloq; pepcit:
Q ꝺ non Phlegræis Antæum ſuſtulit aruis.
Hoc quoq; tã uaſtas cumulauit munere uires
Terra ſui fœtus: quod cum tetigere parentem
Iã defecta uigent renouato robore membra.
Hæc illi ſpelunca domus: latuiſſe ſub alta
Rupe ferunt: epulas raptos habuiſſe leones.
Ad ſomnos non terga feræ præbere cubile
Aſſuerunt: non ſilua torum: uireſq; reſumit
In nuda tellure iacens: periere coloni
Aruorũ Libyes: pereũt quos appulit æquor:
Auxilioq; diu uirtus non uſa cadendi
Terræ ſpernit opes: inuictus robore cunctis
Q uamuis ſtaret: erat: tãdem uulgata cruenti
Fama mali terras mõſtris: æquorq; leuantem
Magnanimũ Alcidẽ libycas exciuit in oras.
Ille Cleonæi proiecit terga leonis:
Antæus libyci: perfudit membra liquore

Parentem: terrã. Vigent: uires reſumũt, tacta enim terra fortior euadebat. Hæc: in qua natus eſt. Illi: Antæo. Epulas raptos: uixiſſe ex leonum carne: quę uires auget: qua & Achilles nutritus eſt. Ad ſomnos: non dormiebat ſupra pelles: & coria ferarũ: nec ſupra frõdes: & tabulas. Nuda: abſq; ſtrato: & herbis. Periere: occidebat paſtores: agricolas: hoſpites: nautas.

Virtus: fortitudo ipſius. Auxilio cadẽdi: quo enim frequentius cadebat: eo fortior reſurgebat. Terræ opes: auxiliũ terræ. Staret: non ſe ꝓſterneret. Mali cruenti: monſtri crudelis. Exciuit: ex Græcia concitauit. Alcidem: Herculem ſic dictum: ſiue ab Alceo auo: quod improbat Seruius: ſiue ab alcis: quod eſt fortitudo. Leuantem monſtris immanibus: liberantem noxiis animalibus. Ille: certamẽ deſcribit Herculis & Antæi. Proiecit terga: exuit: & abiecit pellem. Cleonæi: arcadici, & nemæi. Cleonę Arcadiæ oppidum eſt in Nemęa regiuncula. Perfudit membra: Hercules inquit more græco ſe oleo unxit. Statius: Poſtquam oleo gauiſa cutis petit æquor uterq; Procurſu medium: atq; hauſta ueſtitur arena: Tunc medios artus alterno puluere ſiccant. Liquore: oleo.

Hercules unde Alcides dictus ſit

OMNIBON.

¶ Tityus: gigas, qui auſus fuit Latonam de ſtupro interpellare: unde Apollinis & Dianę ſagittis occiſus eſt: tantæ magnitudinis fuit: ut per terram extenſus nouẽ iugera terræ occuparet: & detruſus eſt ad inferos hac pœna: ut corroſis a uulture uiſceribus ſemper renaſcantur. Verum Tityus (ut refert Strabo) uir uiolentus: ac flagitioſos tyrannos Panopeæ interemptus eſt ab Apolline: cum Delphos adires per uiam: qua tunc Athenienſis populus Pytaidem ſupplicationem cum pompa præmittebat.

Tityus qui

Briareus: gigas centimanus: qui auſus eſt prodere cælum. Quod non Phlegræis: in hoc miſerato cælum terra: ꝙ non hunc ante alios peperit. In aruis Phlegræis: ideſt in gigantomachia: quæ geſta eſt in ualle Phlegræia: auctore Strabone quinto libro in Phlegra agro Campaniæ uicino antequam oppidum fieret: rumor eſt in militia mundi dimicatum cum gigantibus. & proſequitur Solinus: Quamuis probationibus impia indicia diuinę expeditionis in hoc ſæculo perſeuerauerunt: illic ſi quando, ut accidit, nimbis torrentes excitantur: & aucta aquarum pondera ruptis obicibus ualentis ſe in campos ruunt eluuione: oſſa refert detegi: quæ non ſunt ex corporibus humanis: ſed modo grandiori: quæ ob enormem exercitus monſtroſi magnitudine iactitant extitiſſe: idq; adiuuatur argumento ſaxorũ immanium: quibus oppugnatum cælum credunt. Hoc tam uaſtas: ad cætera: ꝗ alii gigantes habuere hoc addidit terra Antæo: quoties uiribus defatigatus eſſet: cadẽs a terra uires reſumebat: & recentior ad pugnã fiebat. Cumulauit: amplificauit. Sui fœtus: Antæi. Vigent: recreant: reficiunt. Ferunt: ſcilicet maiores noſtri. Ad ſomnos: nec ſibi cubile ſternebat: ſed in nuda tellure iacens ſeipſo fortior reddebatur. Terga: pro tergora: ideſt pelles: quia non utebatur ſtratis pellibus. Non ſilua torum: non frondibus ſtratis iacebat. Periere coloni: & dum uiueret terreſtria & maritima uaſtabantur uiolentia Antæi. Auxilioq; diu: & tantæ uirtutis erat: ut dum certamen ipſi fuit cum cæteris: non opus fuit cadere: ut uires a terra reaſſumeret: ſed cum Hercules ueniſſet: opus fuit: ut uires a terra acciperet. Tandem uulgata: tandem peruenit ad aures Herculis monſtrum hoc Antæi: & ſicut aliis malis terram liberauerat: ita & hoc monſtro liberare uoluit.

Terras monſtris, æquorque leuantem: nam occidit Cacum: aprum Nemæum: Leonem: Hydram in Lerna palude. Aequor: ideſt ſtymphalidas aues in æquore occidit: quę infeſtabant nauigantes. Stymphalides aues dictæ ſunt a Stymphalide Arcadiæ palude: quas ab Hercole ſagittis & tympanis fugatas poetæ finxerunt. Ille Cleonæi: nũc dicit cũ Hercules ueniſſet: quo pacto uterq;: hinc Antæus: hinc Hercules ꝓparauerũt ſe ad ſingulare certamen: noluit Hercules claua: nec ille gladio pugnare: ſed rem lucta inter ſe agere placuit: & tanquã iuctatores inter ſe certarent: & probare uter utrum proſterneret. Cleonæi leonis: inter Cleonas & Philuntem ſurgit ſilua (ut refert Strabo) in qua argiui ſacra celebrare conſueuere Nemæa: ibi quoq; quæ de Nemæo leone geſta, fabulis prodita ſunt: diſtant Cleonæ ab Argo ſtad. centum & uiginti: a Corintho uero ſtad. octuaginta. Sunt autem Cleonę mediocre oppidum in uia ſitum: quæ ex Argo Corinthum ducit. Antæus libyci: quia ſicut Hercules occiderat nemæum leonem: ita Antæus libycum occidit: & pellem deferebat. Hoſpes: Hercules: qui peregrinus erat. Liquore: ideſt oleo.

Stymphalidæ Aues unde

Hoſpes olympiacæ ſeruato more palęſtræ:
Ille parũ fidens pedibus contingere matrem:
Auxilium membris calidas infudit arenas.
Conſeruere manus:& multo brachia nexu:
Colla diu grauibus fruſtra tentata lacertis:
Immotumq; caput fixa cum fronte tenetur:
Mirantur:q; habuiſſe parem:nec uiribus uti
Alcides primo uoluit certamine totis:
Exhauſitq; uirum:q; creber anhelitus illi
Prodidit:& gelidus feſſo de corpore ſudor.
Tũc ceruix laſſata quati: tũc pectore pectus
Vrgeri:tunc obliqua percuſſa labare
Crura manu:iam terga uiri cedentia uictor
Alligat:& medium compreſſis ilibus arctat:
Ignuinaq; inſertis pedibus diſtendit:& omnẽ
Explicuit per mẽbra uirũ:rapit arida tellus
Sudorem:calido complent ſanguine uenæ:
Intumuere tori:totoſq; induruit artus:
Herculeoſq; nouo laxauit corpore nodos.
Conſtitit Alcides ſtupefactus robore tanto:
Nec ſic Inachiis quamuis rudis eſſet ĩ undis:
Defectam timuit reparatis anguibus hydrã.
Conflixere pares:telluris uiribus ille:

SVLPITIVS

Palæſtra unde

℃ Palęſtrę olympiacæ:luctæ:quæ fit apud olympii templum Iouis in Aelide. Palęſtra dicta ſiue a palęo: quod eſt luctor:ſiue a Pale Dea. Statius: Ante alios placet uncta Pales. Ille: Antæus. Matrem: terram. Conſeruere manus: corripuere ſe. Nexu: implicatione. Colla diu: tentarunt mutuo colla apprehendere: ſed non poterant quia firmiter contrahebant. hinc Statius ait. Collaq; demerſere humeris. Tenetur: ab utroq;. Mirantur: uel ipſi inter ſe: uel ſpectatores. Exhauſit: defatigauit Antæum. Quod prodidit: qui rem manifeſtauit. Ceruix laſſata quati: collum debilitatum agitabatur. Vrgeri: urgebatur, quia ſe conſtringebant. Manu obliqua: ſolent luctatores ita cruribus manum inſerere: ut aduerſarium loco moueant:& ſtringant. Labare: lababant. Victor: Hercules. Alligat terga: cõplectitur: & aſtringit. Compreſſis: ſuis enim ilibus, quæ ſunt iuxta femur, illius ilia comprimebat: ut pectus pectore. Diſtendit inguina: i. extendit femur aperiendo coxas. Inſertis: immiſſis inter crura. Explicuit: diſſoluit: dilatauit in terram. Arida: arenoſa. Rapit: attrahit: & ĩhæret ei. Sudorem: Antæi. Complentur: replentur nouo ſanguine: nouiſq; uiribus. Tori: muſculi: & carnis tumores in cruribus & brachiis: in quibus fortitudo ineſt. Intumuere: repleti ſunt. Induruit: durus euaſit per totos artus. Laxauit: lentauit: diſſoluit. Nodos: compreſſum. Nouo corpore: nouis uiribus corporis. Cõſtitit: firmus ſtetit. Nec ſic Inachiis: nec adeo timuit: cum in hydram ſerpentem, quæ latine dicitur excetra, apud Lernam Argiuorũ paludem certauit: cũ amputaret unum caput: duo (ut Diodorus ſcribit) renaſcebantur: habebat enim centum. Defectam: truncam. Anguibus: capitibus. Rudis: nouus & inexpertus: quia poſt angues in cunis eliſos hydram primum conficere iuſſus eſt ab Euriſtheo iam adoleſcens. Inachiis argiuis: ab Inacho fluuio: & rege. Ille: Antæus.

OMNIBON.

℃ De more palęſtræ: ad ſimilitudinem olympici certaminis: quod primum ipſum Hercules inſtituerat in honorem attaui materni Pelopis: intermiſſum autem (auctore Solino) Iphitus filius eius inſtaurauit poſt excidium Troiæ anno quadragenteſimo octauo. Ille parũ: Antæus non ſatis tutus tangere terram pedibus: totũ corpus inſperſit arenis: ut uires a matre ſumeret. Conſeruere: proprie eſt luctatorum: qui manus manibus cõſerunt. Et brachia nexu. ſ. conſeruere. Colla diu: quia etiá lacertis capere colla tentabant: ut alter alterũ pſterneret. Fruſtra: quia nihil efficere poterãt. Caput immotum. ſ. tenebãt: ſed fronte: & pedibus certabãt. Immotũ: neruis extẽſis. Frõte: quia frõtẽ frõti oppõebãt. Mirãturq; habuiſſe parẽ: & Hercules mirabat̃ ſibi parẽ Antæũ eſſe: & Antæus Herculẽ. Nec uiribus: nũc dicit qua arte Hercules luctatus fuerit cum Antæo: ná primo aliquãdiu ſuſtulit: ut fatigaret eum: & laſſum facilius uinceret. Nec uoluit cer. noluit Hercules primo effundere totas uires: ſed ſenſim illũ tenere ſublimẽ: & illũ ad laſſitudinem deducere tentauit. Exhauſit: euacuauit uiribus: ex eo cognouit Hercules; quod ille crebro anhelitu fatebat̃ laſſitudinem. Tunc ceruix: alia ſigna ſubiungit: primo immotũ caput dixit tenuiſſe: nunc dicit magis magiſq; quati: ac nutare: nunc deſtrorſum: nunc ſiniſtrorſum. Quati: p quatiebat̃. Pectore pectus: iá lacertis nõ poterat a corpore ſuo reiicere Antęus Herculem: ná Hercules comprehenſum illum pectori ſuo aſtrinxit. Vrgeri: pro urgebat̃. Labare. i. cadebant. Obliqua manu: ná habẽt luctatores artẽ quádã & manuum & pedum: ut facile aduerſarium peruertere poſſint. Iá terga: iá ita inhærebat Hercules Antæo: ut ipſum manibus cõprehenſum conſtringeret. Mediũ: quia qua ilia ſunt: medius cõprehenſus erat. Pedibus diſtendit: pedes pedibus inſeruiſſe puertit illũ: & pcipitẽ dedit humi. Per membra uirum: tam longus: latuſq; erat: quod membris occupauit terrá. Rapit arida tellus: ſed ſimulatq; tetigit terrá: refectus eſt: & recens ad pugná redit acrior. Venę: Antæi. Intumuere tor. reſumptis a matre uiribus iflati ſunt. Toros pulpas appellat. Induruit. i. durior factus eſt. Nouo. i. corroborato. Conſtitit: admiratus eſt Hercules: nam quẽ iá uiciſſe putabat: nũc ita reſtitutũ uideat: quaſi nũc primũ luctari inciperet. Nec ſic: dicit magis timuiſſe in hoc certamine nũc Herculẽ: q̃ in certamine hydræ: & alioꝝ monſtrorum: quibuſcum certaret: conſtat in piculũ: atq; diſcrimẽ incurriſſe. Rudis: quia quáprimum adultus eſſe cœpat Hercules: nullum ante mõſtrum uidit: præter angues: primũ monſtrũ fuit hydra lernæa: & q̃uis nouus eẽt certator: tamẽ non tanto timore perculſus eſt. Inachus undis. i. lernææ paludis: ubi hydra habitabat.

Lerna ubi & quid

Lerna Argiui: & Micenęi agri palus eſt: in q̃ (ut oſtendit Strabo) hydrá conſtituiſſe ſcriptores tradunt: in illa cum ſint purgamina: prouerbium quoddam uulgo manauit: Lerna malorum. & Lerna fluuius eſt eodem, quo Padus, nomine: præterfluit Temenium: in quo humatus eſt Temenus. Inachus flu. qui (ut ibidem docet Strabo) Argiuam percurrit terram. Rudis: nouus bellator. Anguibus: qui cęſo uno capite tria ſubcreſcebant.

℃ Ille:

¶Ille:Hercules. Nouercæ:Iunoni:quæ mortẽ eius optabat. Exhauſtos:uacuos:& debilitatos. Ferret olympum:laturus eſſet cælum. Nã cum Atlas gigas defeſſus eſſet altero cælum humero ſuſtinere: mutareq; uellet alterum:Herculem oneri ſuccedere interim iuſſit. Membris:Antæi. Sponte cadit: ut plus uirtũ a terra accipiat. Maior:fortior. Quiſquis ineſt:uis omnis terrena mittitur in feſſum Antæũ. Spiritus:uis. Egerit̃:mittitur. Laborat:ad ſuggerendas uires. Parẽtis:terræ. Standũ eſt tibi:ſtes oportet. Nõ cadere ſolo:nõ committeris terræ:non cades ulterius. Hærebis:ſuſtineberis ſupra pectus meũ. Huc:ſupra pectus moriere. Suſtulit:ſubleuauit. Nitentem:in terras conãtẽ cadere. Nati:Antæi. SVLPITIVS

Ille ſuis.nunquam ſæuæ ſperare nouercæ
Plus licuit.uidet exhauſtos ſudoribus artus:
Ceruicemq; uiri ſiccã : qua ferret olympum:
Vtq; iterum feſſis iniecit brachia membris:
Non expectatis Antæus uiribus hoſtis
Spõte cadit:maiorq; accepto robore ſurgit:
Quiſquis ineſt terris:in feſſos ſpiritus artus
Egeritur:telluſq; uiro luctante laborat.
Vt tandem auxilium tactæ prodeſſe parẽtis
Alcides ſenſit:ſtandum eſt tibi dixit : & ultra
Non credere ſolo:terniſq; uetabere terra:
Hærebis preſſis intra mea pectora membris:
Huc Antæe cades:ſic fatus ſuſtulit alte
Nitentẽ in terras iuuenẽ : morientis in artus
Non potuit nati tellus ſubmittere uires:
Alcides medium tenuit: iam pectora pigro
Stricta gelu:terriſq; diu non credidit hoſtem.
Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas:
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras.
Sed maiora dedit cognomina collibus iſtis:
Pœnũ qui latiis reuocauit ab arcibus hoſtem
Scipio:nam ſedes libyca tellure potito
Hæc fuit:en ueteris cernis ueſtigia ualli:
Romana hos primũ tenuit uictoria cãpos.
Curio lætatus tanquam fortuna locorum

Stricta gelu:correpta frigore mortifero:congelato iã ſanguine. Hinc æui:hæc eſt inquit ratio:q̃ hic appellat̃ regia Antæi:certamenq; cũ Hercule. Famoſa cuſtos:plena fama:& cupiẽs antiquas hiſtorias:laudatrix q; rerum ſuaꝝ. Famoſus.n.& in bonam:& in malã partem accipitur. Sed maiora: q̃re hic idem locus caſtra Corneliana appellat̃:ratio reddit̃. Iſtis collib⁹:eſt.n. iugum directum eminens in mare:utraq; ex parte ꝑruptũ:atq; aſpeꝝ:ſed tñ paulo leniore faſtigio ad eã partẽ:q̃ ad Vticam uergit:a q̃ abeſt directo itinere paulo amplius paſſus mille:ut Cæſar ait. Maiora:eſt.n.celebrius hoc nomẽ. Qui reuocauit hoſtẽ pœnũ:cũ Hannibal iã q̃tuordecim annos intra Italiã ſæuiret. Scipio Africanus magnis cũ copiis ad Carthaginẽ oppugnãdã ſe contulit:qua quidẽ re a ſuis Hannibal reuocatus: coactus eſt ex Italia diſcedere. Pœnũ hoſtẽ:Hannibalẽ Africũ. Arcibus:urbibus. Potito Scipioni:q iã tenebat Libyã. En:uerba ſũt icolæ.qui fabulã docuit. Famoſus qd

Victoria Rom.Romani primũ uictores fuere in his cãpis. Curio lętatus : auſpicio, felicitateq; loci Curio ductus:illic caſtra cõſtituit. Fortũa locoꝝ:ſors loci.

¶Suis: naturalibus. Nunquã ſperare: & Iuno:q̃ illũ prodere uolebat:nunq̃ ſperauit poſſe Herculem perire niſi hoc certamine Antæi. Olympũ: cum ad Atlantẽ ueniſſet Hercules. Atlas autem ſtellas quaſdam labantes cum uidiſſet : orauit Herculem : ut humeros ſuos tãtiſper ſubiiceret polo antarctico: dum ille labantes ſtellas firmaret:qd Hercules fecit. Atlas, teſte Solino, mons eſt Libyę e media arenaꝝ conſurgens uaſtitate: & eductus in uicina lunaris circuli:ultra nubila caput condit : lucet nocturnis ignibus : audiuntur & cantus tibiarum:& tinitus cymbalorum per oram maritimã. Apex Perſeo & Herculi peruius:inacceſſus cęteris:ita ſidẽ araꝝ iſcriptio palã facit. Vtq; iteꝝ:ſed poſtq̃ Hercules iratus iteꝝ lacertis mediũ cõplectebat̃: Antæus uero expectauit:quoad cõplexus eẽt:& ſpõte ſua cecidit:ut uires reſumeret. Quiſq; ieſt ter.& tellus cũ uideret i magno diſcrimie poſitũ eẽ filiũ ſuũ:ipa quoq; filio oẽs uires miſtrabat. Spũs:fortitudo. Laborat.ſ.tellus ſuggerẽdo filio uires. Vt tãdẽ:poſtq̃ hoc itelligit Hercules:ſtabis igr o Antæe:nõ cades q̃a nõ patiar:ut iacẽs reficiaris a terra:hæc ubi dixit mediũ cõplexus Antæũ pectori ſuo aſtrixit:& eo uſq; tenuit: quo illũ animã efflare coegit:& exaiatũ cadere pmiſit. Credet̃:nõ cõmitteris terræ. Sẽſit:cognouit crebro caſu idq̃d erat. Pigro gelu: q̃ hoies pigros facit:q̃a aia excedẽte: corp⁹ cõtrahit̃: & torpeſcit. Hic æui uete.nũc ſuæ narratiõis cõcludit effectũ:ut ex his:q̃ ſupra dicta ſunt:id iferat:qd Curio audit̃ cupiebat:hac de cã:q̃a ibi Antæus habitauit:& ab Hercule tãdẽ ſupatus ẽ:hæc loca Antæi uocata ſũt:at nomẽ iſigni⁹ iiſdẽ locis Scipio Africanus dedit:q primus Po.Ro.Carthaginẽ tributariã fecit:q Hannibalẽ tãdẽ ex Italia excedere coegit. Hic:ab Antæo. Aeui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas:nã uetera monumẽta reꝝ geſtaꝝ cuſtodiũt eaſq̃ ab initio facta fuerũt. Veteris:niſi.n.fama eẽt:oia antiqua iã pridẽ periiſſent. Miratrixq; ſui:q̃a cũ uetera audimus:q̃ p famã ad aures nfas puenerũt:nõ ſine admiratiõe accepimus. Sed maio.magnũ qdẽ nomẽ ẽ:q̃ Antæi regna uocitent̃:ſed multo maius fuit hoc:qd Scipionis Africani Corneliana caſtra ad hãc uſq; ætatẽ appellentur. Cognomina.ſ.Corneliana caſtra. Reuocauit:bene reuocauit:nã ſicut in hiſtoria ẽ:Hãnibal p decẽniũ in Italia mãſit:quã multis cladibus:ac populatiõibus uaſtauit:tãdẽ Scipio Africanus:cũ ꝓuinciã Africã accepiſſet a ſenatu po.q;.Ro.traiecit in eã ꝓuinciã:ipſã tãdẽ urbẽ Carthaginẽ iuaſit:& ad eã redegit iopiã:ut neceſſario i Africã reuocatus ex Italia Hannibal redierit. Reuocauit:& hoc ẽ cã fuit ut reuocaret̃:nã Carthaginẽſes illũ cẽſuerũt reuocãdum:quando ſe aliter a Scipiõe defendere nõ poſſent. Sedes fuit.ſ.Scipiõi:q poſtq̃ traiecit i Africã:his primũ locis caſtrametatus eſt. En ueteris:nã adhuc foſſæ erãt:quibus caſtra circũdata fuerãt. Romana hos:hæc loca fuerunt:ubi primũ Ro.Carthaginẽſes uicerũt. Curio lætatus:hæc ubi dixit incola:gauiſus eſt Curio q̃ſi uictoriæ omẽ cõcepiſſet:q i ipſo loco caſtra põeret:ubi Scipio Carthaginẽſiũ uictor aliquãdo caſtrametat⁹ erat. Fortuna:oſtendit ſtultitiã ſui animi Curio q̃ſi felicitas locorũ eſſet:quæ bello cõduceret: non uirtus militum.

OMNI BON.

Bella geratiſeruetq; ducum ſibi fata priorũ:
Felici non fauſta loco tentoria ponens
Indulſit caſtris:& collibus abſtulit omen:
Sollicitatq; feros non æquis uiribus hoſtes.
Omnis Romanis quę ceſſerat Africa ſignis:
Tunc Vari ſub iure fuit:qui robore quãquã
Confiſus latio:regis tamen undiq; uires
Exciuit libycæ gentis:extremaq; mundi
Signa ſuum comitata Iubam.non fuſior ulli
Terra fuit domino:q̃ ſunt longiſſima regna:
Cardine ab occiduo uicinus gadibus Atlas
Terminat:a medio cõfinis Syrtibus Hãmõ:
At qua lata iacet uaſti plaga feruida regni
Diſtinet Oceanum:zonæq; exuſta calentis
Sufficiunt ſpatio:populi tot caſtra ſequunť
Autololes: Numidæq; uagi:ſempq; paratus
Inculto Getulus equo: tum concolor Indo

SVLPITIVS ℭ Ducũ:Scipionũ maioris:& minoris. Trãquillus in Cæſare ait: Ad eludendas autẽ uaticinationes:quibus felix & inuictũ in ea prouincia fataliter Scipionũ nomẽ ferebať:deſpectiſſimũ quẽdã ex Corneliorũ genere:cui ad opprobrium uitæ ſolutioni cognumẽ erat:in caſtris ſecũ habuit. Tentoria: linteas militũ caſas. Nõ fauſta:infelicia.

Felix & Fauſtus qui Fauſtus enim diciť is cui fauetur. Felix uero tã qui dat:q̃ qui accipit felicitatem. Statius lib.quarto: Inachii proles infauſta Lycurgi. Indulſit:uperã dedit:caſtrametatus eſt. Abſtulit omen:felicitatis, uictoriæq; deleuit auſpicium:quia uictus fuit. Non æquis:nã copias Vari deſpiciens Curio duas legiones ex quatuor:quas a Cæſare acceperat:& centũ quinquaginta equites tranſportauerat. Omnis Romãis:quæ omnis pars Africæ: quæ uicta parebat Ro.imperio. Vari:P. Accii Vari:qui olĩ illic p̃tor fuerat: ſed Auximo p̃ſugiẽs Africã ſua ſpõte uacuã occupauerat:duaſq; legiões coegerat: ut Cæſar in primo bellorum ciuiliũ tradit. Robore: militibus. Regis libycæ gẽtis:regis Mauritaniæ. Extrema:extremo occidẽte:meridieq; aduecta. Suũ:qui ipſis præerat. Fuſior:amplior. Atlas:mons a Mauritania in Aethiopiã uſq; porrectus. Gadibus:iſulæ in mari atlãtico. Qua ſunt lõgiſſima:qua extẽdunť in lõgũ. Ab occiduo cardine:& mediũ:a regione occidẽtis:& meridiei. Hammõ: tẽplũ Iouis arenoſi:qui apud Garamãtes in formã arietis coliť:de cuius forma hæc inqt Ouidius: Medio tua corniger Hãmon Vnda die gelida eſt: ortuq; obituq; caleſcit. Cõfinis ſyrtibus:uicinis locis uadoſis in ſine Africæ Aegyptũ uerſus. At qua: ſed latitudo inqt regni hinc & illinc tãgit Oceanũ. Plaga feruida:regiu calida. Regni:Iubæ. Iacet lata: extẽditur in latitudinẽ. Diſtinet:hinc:& idẽ tenet:& exporrigiť ſub torrida zona. Exuſta:loca ipſa Iubæ. Saluſtius: Deinde loca exuſta Solis ardoribus. Sufficiũt ſpatio:extẽdunť in ſpatiũ,& iplent eã. Zonæ calẽtis:torridæ:ſub qua ſunt Iubæ regna. Tot caſtra.q.d.numeroſa. Autololes:populi ualidiſſimi Tinganiæ poletæ:

Autuloles qui gens Getula:per quã itur ad mõtẽ Atlantẽ:ut Pli.tradit. Numidæ:q Nomadi appellati a mutãdis papilionibus: ut Pli.ait. Getulus:gẽs Aethiopiã uerſus hẽt terras ab oriẽte mõtoſas:ubi elephãtes naſcuť. Inculto:nõ ſtrato.

OMNIBON. ℭ Ducum priorũ:Scipionis:qui ibi uictus fuit. Felici nõ fauſta loco:q̃uis locus ille felix fuiſſet Scipioni:tamen ipſe īfelicitatẽ cõſecutus eſt. Nõ fauſta:uno uerbo totius rei exitum declarauit. Indulſit:caſtrametatus eſt ibi.

Abſtulit omen:nã ubi Scipio uicerat:ipſe uictus eſt:ut refert Suetonius i uita Cæ. Felix & inuictũ in Africa fataliter Scipionũ nomen ferebať:quo fuit:ut cũ Cæ. Sci.& Iubã p̃ſequereť:deſpectiſſimũ quendã ex Corneliorũ genere ſecũ in caſtris habuerit ad eludendas uaticinationes. Omẽ:felicitatis. Non æquis uiribus: quia inferior erat. Omnis Ro.nunc dicit:quõ uiribus īferior erat hoſte Curio:nã(ut ante dictũ) Accius Varus p̃erat Africæ:nã p̃uinciã illã ſenatus po.q; Ro.ei demãdauerat:quã cũ iperio tenebãt:aut, teſte Appiano,pro Põpeio exercitum ducebat:nã ab initio copias Accii Vari deſpiciens:ex quatuor legionibus:quas a Cæ.acceperat:duas tantũ: &.cl. equites biduo & tribus noctibus nauigatione conſumpto in Africã aſportauit:ſed Accius Varus:licet cum exercitu Romano p̃uinciã teneret:tamẽ Iubã regẽ Numidiæ po.q; Ro.ſociũ ad ſuũ auxilium contra Cæſarẽ uocauit. Africa iſignis:ea pars Africæ:quã Carthaginenſes aliquandu cum iperio tenuerãt:nã uictis Carthaginenſibus oĩs Africa:quæ ſub iperio Carthaginẽſium fuerat:in Po.Ro.deditionem uenerat. Ceſſerat.i.uicta erat ab imperatoribus Ro. Libyæ gẽtis.i.Iubæ regis Libyæ:& Numidiæ. Nõ fuſior:uſq; ad torridã zonam porrigebať regnũ regis Iubæ:terræ cuius longitudo erat Atlas. Iuba Ptolemæi filius, auctore Solino, utriuſq; Mauritaniæ regno potitus eſt. Medium terminat Hãmõ latitudine torrida zona:quę mare occiduum ab Africa ſeiungit.

Cardine ab occiduo:q a lũgitudinẽ ſui terminabat Atlas uſq; ad Gades. Gadibus:a qbus nõ procul metas in mari Oceano Hercules poſuerat. A medio cõfinis Syrtibus Hammõ:a meridie mediũ regni ſui terminabat Hãmon:tẽplũ Iouis in Libya arenoſa:ubi Iuppiter in forma arietis coliť:quia Bacchu & populu ſuo ſitiẽti: cum illac trãſiret in forma arietis arenã pede p̃cuſſit:& ſtatim natus eſt fons:hoc ergo tẽplu cingebať mediũ regnũ Iubæ. Cõfinis Syrti.q a,ut refert Stra.circa paruæ Syrtis initiũ eſt Thera urbs:p̃pe quã eſt Hammodis p̃mõtoriũ Soli.dicit maiorẽ Syrtim uſtẽtare oppidũ:qđ Cyrenas uocãt:iter hoc oppidũ & tẽpliũ Hãmonis millia paſſuũ trecẽta eſſe. At qua:latitudo terminať a torrida zona. Feruida:q a nimio feruore hitari nõ põt. Diſtinet.i.diſiũgit Libyã:ãq̃ torrida zona inter Libyã & Oceanũ poſita eſt. Exuſta calẽtis.i.exhauſta loca feruidæ zonæ. Sufficiũt.i.finẽ iponũt ſpatiu regni. Autolules:populi Africæ:qui meridiẽ uerſus hitant. Numidæ uagi:uagos dicit:nã,ut lib.ulti.refert Strabo:cũ regionẽ foecũdã icolerẽt:q̃q̃ abũdãtẽ:omiſſo agricolendi ſtudio licentius iter ſe cõuerſebantur:& regione feris dimiſſa:uagam & inſtabilẽ uitã agebant:non ſecus:q̃ qui ob inopiam & locorũ

Naſamones ubi ſterilitatem:& aeris inclementiam eiuſmodi uitæ genus eligunt. Naſamones:populi:qui(teſte Strabone)primi ſterilem:& aridã regionẽ obtinent:poſtea Pſylli:& Getulorũ pars Garamantes. Paratus Getulus inculto equo: unum ſequiť ex reliquo:nã q a inculto utitur equo:ideo ſemp paratus eſt:nã equũ aſcẽdũt ſine ephippio:ſine freno Getuli:auctore Stra.i penitiore regiõe Libyæ:mõtana ac deſerta tenẽt:q̃ quodãmõ diſp̃ſa ſunt uſq; ad Syrtes.

ℭ Maurus:

¶ Maurus: Mauri in occidẽtali Africa ad Atlanticum Oceanum ſunt. Concolor: quia niger. Naſamon: gens in deſertis Libyæ iuxta Anſchiſeos: & littora Syrtium: de quibus poeta libro nono ait: Hoc tam ſegne ſolum raras tantum exerit herbas: Quas Naſamon gens dura legit: qui proxima ponto Nudus rura tenet. Marmaridæ: Aegypto contermini: a Pharedoni ferme regione ad Syrtim uſq; maiorem porrecti ſunt. Garamantes: Garamas populus in deſertis Libyæ utrinq; Augilis: & Pſyllis uicinus. Medoꝝ: qui I Aſia ſunt: cõterminiq; Aſſyriæ. Miſſile: iaculũ. Michax: ſiue Mazax: ſiue Macarpoſt Naſamones eſt iaculandi pitus. Maſſilia: mediterranea regio eſt Beonicis ciuitatis Libyæ. Nudo dorſo: equis ſine ſtratis. Ora leui: equos ĩfrenos baculo regit. Flectit: percutiendo. Et Afer: & Afri illi extremi uenatores: qui errant: metantq; caſas: ut Nomades. Errare mapalibus: uagari per domos paſtoꝝ. Simul: poſtquam. SVLPITIVS Garamátes g

Maurus: ſops Naſamõ: miſti Garamãte puſto
Marmaridæ uolucres: æquaturuſq; ſagittas
Medoꝝ tremulum cum torſit miſſile Mazax:
Et gens: quæ nudo reſidens Maſſilia dorſo
Ora leui flectit frenorum neſcia uirga:
Et ſolitus uacuis errare mapalibus Afer
Venator: ferriq; ſimul fiducia non eſt
Veſtibus iratos laxis operire leones.
Nec ſolum ſtudiis ciuilibus arma parabat:
Priuatæ ſed bella dabat Iuba concitus iræ.
Hunc quoq; quo ſupos: humanaq; polluit an(no:
Lege tribunitia ſolio depellere auorum
Curio tentarat: Libyamq; auferre tyranno:
Dũ regnũ te Roma facit. memor ille doloris
Hoc bellum ſceptri fructum putat eẽ retenti.
Hac igitur regis trepidat iam Curio fama:

Non eſt fiducia: non fidunt ferro poſſe conficere. Operire: tegere iniiciendo. Laxis: apertis. Nec ſolum: Iuba non ſolum ſenatui & Põpeio fauere: ſed etiã Curioni obeſſe ſtudebat: nã ut Cæſar ait: Huic & paternum hoſpitium cum Pompeio: & ſimultas cum Curione intercedebat: ꝙ tribunus pleb. legem promulgauerat: qua lege regnum Iubæ publicauerat. Dabat bella iræ: pugnabat ex ira priuata de cauſa ſuſcepta. Hunc quoq; : tãm iræ exponit. Polluit: maculauit. nam pietatis oblitus accepto pretio Cæſaris partibus fauit: eũ ꝙ irritauit. Tribunitiæ: quã ipſe ſe tribunus tulerat. Tyranno: Iubæ. Dum facitte regnum: dum te Cæ. ſubigit: a quo fuit ingenti largitione corruptus. Ille: Iuba. Eſſe fru. q̃tũ in eo ſe cõſtiterat: ſpabatq; ulciſci. Sceptri: regni qđ obtinebat. Hac fa. iræ: & exercituũ. ¶ Maurus: occidentem uerſus ſunt Mauri in Aethiopia occidentali: ut refert Stra. uberem regionẽ inhabitant: magna ex parte paſtoraliter uiuũt: his comæ cincinnis exornantur: & barba & auro & terſura dentium: & unguium cultu: raro uideas inter ſe contingere: dum ambulant: ne capillorũ ornatus perturbetur: pugnãt frequentius ab equo haſtati: equis nudis utentes: & iunceis frenis. Concolor Indo: nam ſicut Indi orientales nigri ſunt: ita Mauri occidentales nigri ſunt: dicti a μαυρον nigrum. Inops: ideſt ariditate nimia ſterilis. Garamãtes: ut docet Strabo: ab Aethiopibus abſunt. ix. x. ue dierꝝ itinere: hi matrimonioꝝ oſores paſſim cũ fœmina degunt. Plin. Marmaridæ: marmaridæ, ut idẽ ĩquit Strabo, ad Hammonem uſq; pertendentes Cyrenæ plurimum accedunt: & a Pharedoni regione ad Syrtim uſq; maiorem põrrecti. Pli. Peruſto: a Solis calore. Aequaturuſq; ſagittas: & Mazax populus ſagittarũ peritus: ut etiam ſagittando Medos æquiparare poſſit. Mazax populus eſt Libyæ poſt Naſamonas. Pli. Tremulum: uibratum. OMNIBON.

Et gens Maſſilia: quæ equum regit: non freno: non calcaribus: ſed uirga tantummodo. Martialis: Et Maſſileũ uirga gubernet equum. Maſſilia: non Galliæ ſed Africæ: ſecunda producta. Virg. Maſſiliq; ruunt equites: nam Maſſilia urbs Galliæ ſecundam corripit. ſupra: Maſſiliam delere uacat. Dorſo. ſ. equi. Afer uenator: qui cõſueuit mapalia habitare: nã hi ſunt maximi uenatores & præcipue leones agitant: equos uenabulis perſequuntur: & ſi uincere nequiuerint: laxis ueſtibus implicant eos: tãquã retibus implicantibus capiũt. Africę principiũ eſt a ſinibus Aegyptioꝝ: & Alexãdriæ: ultimos aũt finis illius Atlas. Inſulæq; occidentales: quas fortunatas uocant: interna eius plurimæ quidem beſtiæ: ſed in primis leones tenent: qui, ut Ariſtoteles perhibet, ſoli ex eo genere: quod dẽtatũ uocant: rectius, cum noſcunt, uident. Ferri: nõ cõfodiũt uenabulis: nec ſagittis: ſed laxis ueſtibus. Nec ſolũ: dicit Iubam regẽ motũ fuiſſe: ut bellum inferret Curioni: non ſolũ: ꝙ in auxiliũ a præfecto Ro. uocabatur: ueruetiam: ꝙ priuatæ ſibi erãt cũ Curione inimicitiæ: & ſimultates: nã Curio in tribunatu ſuo interceſſerat ad populũ: ut bellũ inferret Iubæ: ꝙ pꝉiculoſus: ac formidoloſus eſſet ꝓuinciæ Romanæ: ideſt Africæ. Huius rogationis cauſa hic magna cupiditate in auxilium Accii Vari cum uniuerſo exercitu aduerſus Curionẽ uenit.. Concitus iræ. i. bella concitabat ira: qua inflammatus erat aduerſus Curionẽ. Anno: ſui tribunatus. Superos humana. ſ. diuina: humanaq; iura turbauit: hoc dicit: & q̃a magis fauebat pompeianis partibus Lucanus: & q̃a re ipſa fuit: nã cũ ſenatus cẽſeret, referente cõſule, primũ legatũ mittẽdũ eẽ Cæſari in Galliã: ipſe uero Cæſar tradito ſucceſſori exercitu in Italiã priuatus rediret: huic ſenatus conſulto: ꝙ in ſententiã fiebat conſulũ: interceſſerũt tribuni ple. M. Antonius & Curio contra leges: ideo dicit ipſum uiolatorẽ fuiſſe diuinaꝝ: humanarũq; rerũ: hãc aũt rogationẽ fecit ad populũ de bello inferendo Iubæ Curio. Lege: quã tulerat ad populum. Tyrãno: Iubæ. Dum regnũ: quod uni ſubigere tentauit: q̃a uolebat: ut Cæſar cum imperio Italiã armis opprimeret. Memor: ſcilicet Iuba. Maſſilia quæ

Doloris: ꝙ ſe nouerat e regno ꝓpe depulſum a tribuno Curione: exiſtimabat ſe nũc ulciſci iniuriã: quã a Curione acceperat. Fructum putat: ꝙ. ſ. Dii hoc dederint: ut hoc bello poſſit inſtare contra eum: qui ſe de regno expellere conatus fuerat. Hac igitur regis: Curio poſtq̃ audiuit in auxilium Vari uenturum eſſe Iubam: trepidare cœpit: ꝙ illius uires cognouerat: præterea etiam ſuorum ipſe militum non ualde fidebat: ex his enim erant: qui diuerſis in locis a Cæſare uicti de partibus Pompeianis ad Cæſarem tranſierant: ut propterea fidem illorum inſtabilem fore metueret. Fama: trepidare cœpit Curio antequam cum exercitu ueniret Iuba.

SVLPITIVS

¶ Et quod: timebat etiam: quia milites infidos habebat: & inexpertos tirones: de quibus in ſecundo dixit: Oppoſitus quondam polluto tibi o Miloni: hi enim ſub Domitio fuerant: & traditi a Cæſare Curioni. Deuota: addita. Exploratus: expertus: & probatus. Cicero in Verrem: Tu mihi relinquis exploratum atq; promiſſum. In undis Rheni: in Gallico: & Germanico bello. Corfini: oppidi Pelignorum. Ducibus: Cæſari & Curioni. Priori: Pompeio: & Domitio. Vtrunq;: quod ſit infidus: & dubius. lege hiſtoriam apud Cæſarem. Sed poſtquam: Curionis conſilium poſt fugam ſuorum narrat. Munia: cuſtodias & officia: metonymia. Salustius: Muniam ordinis extrema ſequi. Deſolata: deſerta. nam centuriones Marſi duo ex caſtris Curionis cum manipularibus ſuis duobus & .xx. ad Acciũ Varum profugerant.
Profatur: ſecum. Audendo: inuadendo hoſtem: & eſt ſententia. Dum meus: priuſquam me deſerat. Variam dant otia mentem: quies conſilium mutat. Terentius: Dum animus in dubio eſt: paulo momento huc illuc impellitur. Eripe conſilium: interrumpe. Pugnę: ipſorum de fuga conſultationẽ. Cum dira uoluntas: cum pugnandi furor: quempiam inuaſit: & galeatus enſem ſtrinxit: non pudet eum: nec meminit debere infeſtæ parti: ſed pugnat in eam. Subit: in mentem uenit.
Et galeæ texere pudorem: & cum non pudet: quia non uidentur: nec agnoſcuntur. Pudere enim poterat tirones illos pugnare in eos transfugas: qui eadem eſſent uſi fortuna: & eadem in obſidione perpeſſi. Conferre: cõparare ambos: & pluris facere alterum. Pendere: ponderare: iudicare: quę iuſtior ſit. Inde: illis partibus pro quibus ſtat. Veluti: ſic gladiatores in aduerſarium pugnant: nõ ex iniuria: iraq; ueteri: ſed quia cõtraſtat: & oppoſitus eſt. Muneribus: ludis gladiatoriis.
Arenæ fatalis: mortiferi certaminis: quod fuit in arena. Productos: commiſſos ad pugnandum. Odere pares: habent odio aduerſarios oppoſitos. Quem blanda: cui fortuna ipſum deceptura principio fauit: nam primum cum Numidis proſpere pugnauit: imperatorque eſt appellatus: inde Varum pepulit: poſtea cum aduertiſſet aquas ueneno infectas: nam bibentibus ueluti nebula uiſus obtenebrabatur cum uomitu & ſpaſmo: ut meminit Appianus: Vticam obſedit. Blanda malis futuris: alliciens in futuram cędem. Recepit: excepit. Nudata: patentia. nam quando ſtatur aduerſo uultu latent. Terga: militum Vari. Cecidit: percuſſit uſq; in caſtra. Fœda: turpe eſt enim fugere.

Et quod Cæſareis nunquã deuota iuuentus
Illa nimis caſtris: nec Rhenı̃ miles in undis
Exploratus erat Corfini captus in arce:
Infiduſq; nouis ducibus: dubiuſque priori
Fas utrunq; putat. ſed poſtq̃ languida ſigna
Cernit cuncta metu: nocturnaq; munia ualli
Deſolata fuga: trepida ſic mente profatur.
Audẽdo magnus tegitᷣ timor: arma capeſſam
Ipſe prior: cãpum miles deſcendat in æquum
Dum meus eſt: uariam ſemper dãt otia mẽtẽ.
Eripe conſilium pugnæ: cum dira uoluntas
Enſe ſubit preſſo galeæ texere pudorẽ. (faſ
Quis cõferre duces meminitᷣ qs pẽdere cau
Qua ſtetit: inde fauetᷣ ueluti fatalis arenæ
Muneribus non ira uetus concurrere cogit:
Productos odere pares. ſic fatus apertis
Inſtruxit campis acies: quem blanda futuris
Deceptura malis belli fortuna recepit:
Nam pepulit Varum campo: nudataq; fœda
Terga fuga: donec uetuerunt caſtra: cecidit.

OMNIBON.

¶ Et quod: aliam rationem adiungit: cur etiam trepidat. Nouis caſtris: quia ſub ipſo nunquam antea militauerat. Legitur et Nimis: q̃ſi in oĩbus codicibus. Nec exploratus: ſed tiro potius. Corfini: erant milites: qui maiori ex parte capti fuerant: ideo de fide eorum Curio non mediocriter dubitat. Priori. ſ. Pompeio. Dubius: inter priorem ducem Pompeium: & nouum. ſ. Curionem. Fas utrunq;: an illam magis q̃ aliam partem tenerent ignari. Sed poſtquam: at uero: ut audit etiam milites dubitare: & incertos eſſe: quin etiam metu perculſos deſeruiſſe excubias tempore noctis: tum uero Curio iam ſecum cogitare cœpit: audaciam oſtendendam eſſe: & metum deponendum: ut fiduciam uultu ſimularet. Nocturna munia. i. officia excubiarum nocturna. Deſolata: deſtituta. Fuga: quia omnes in interiorem partem ualli ſe receperant. Prior. ſ. quam hoſtis: & quia prior deſcendit in aciem uidetur ſuis uiribus confidere: & ſic audaciam oſtendens timorem tegit. Dum meus eſt. i. ſub imperio meo: & antequam transfuga fiat. Variam mentem: quando ſpatium cogitandi datur: ſemper in diuerſa trahitur animus. Eripe conſilium: ideſt demas ſpatium: ne cogitent transfugere ad hoſtes. Cum dira uoluntas: quia ſimul ac pugnare cœpit: non cogitabit utrum ex duobus ſequi malit. Preſſo: ideſt comprehenſo manibus enſe.
Texere pudorem: quia non uident contra quos pugnant: neque ipſi cognoſcuntur tecto ore galea: ut aliquis eis obiiciat: qui paulo ante cum Pompeio militaueras: nunc partibus Cæſaris faues. Conferre: ideſt comparatione alterum alteri præponere. Pendere: compenſare uter ducum meliorem cauſam habeat. Veluti: nunc per ſimilitudinem probat hanc ſententiam Curio: Quemadmodum gladiatores poſtquam in campum proceſſerint nulla ſimultate antiqua concitantur: ſed ubi alter aduerſarium ſibi oppoſitum uiderit: etiam ſi nullæ unquam inimicitiæ fuerint: ita aduerſus eum fertur: ac ſi eſſet capitalis hoſtis: ita facerent milites noſtri. Arenæ: in qua gladiatores dimicare ſolent. Muneribus: ideſt ſpectaculis. Iuue. Munera nũc edunt. Fatalis: in theatro enim ſæpe confodiebantur ad uocem gladiatores: & arenam pro theatro ponit: quod arena inſpargebatur. ſic Martialis: In matutina nuper ſpectatus arena. Pares: pares dicuntur proprie qui cum armis inter ſe concurrunt. Quẽ blanda futuris: & primo quidem curſu fortuna fauit Curioni: quia ſic ſolet facere his quos maior clade parat opprimere. Blanda: quæ ſemper blanditur malis. Nam pepulit: quia primo concurſu fuſus eſt Varus cum exercitu Romano. Caſtra cecidit: Curio cum exercitu ſuo inſequebatur cædens exercitum Vari: donec ſe in caſtra recepit: & cum caſtra ingreſſus eſſet: uallo prohibiti ſunt: ne percuti poſſent.

¶ Triſtia

¶ Triſtia ſed poſtq̄: audita Vari repulſa: ſperans Ioba: ſe Curionem ſuperatoꝝ futoꝝ: cum ingenti exercitu uenit. præmiſitq; Sabburam cū paucis copiis: quas magna ex parte pauci equites ex noſtris noctu interſecerunt. Sequenti uero die Curio cum oibus copiis quarta uigilia egreſſus: cohortibus quinq; relictis in caſtris rem geſtam cognouit: ad hoſtem peruenit: ignarus Iubam cū magnis copiis: elephantiſq; quadraginta ſex millia paſſuū diſtare: miſiſſeq; ad Sabburam Hiſpanoꝝ: Gallorūq; equitū duo millia prælıū inıt: inſtanſq; cedentibus cū exercitu ex ſexdecim milliū itinere defeſſo circūuentus: oppreſſuſq; eſt. Rebus: potentiæ. Rapit agmina furtim: rapti, & clanculū copias ducit. Iuſſa: uetuerat.n. uulgari aduentū ſuū. Timeri: ne timeret. Ab hoſte: a Curione improuido. Mittit: ordo eſt: Sabbura ſcds Nomidis a rege mittit: qui laceſſat: & eliciat prima prælia exigua mano: ut ſimulator belli ſibi cōmiſſi. Laceſſat: puocet. Eliciat: educat. Cōmiſſi: mandati ut gereret. ſerebat.n. Iubam reuocatū eſſe bello finitimo: & Sabburæ rem cōmiſſam. Sed rex ſex millium paſſuum interuallo a Sabbura aberat. Ipſe: rex. Retentat uires: retinet exercitū. Aſpidas: ſic iuſſus eſt inquit Curio: ut aſpis ab Ichneumone. Aſpidemq; Curioni: Sabburā caudę Ichneumonis: Iubamq; capiti cōparat. Aſpis: ut ait Pli. li. viii. habet interneciuum bellū cum Ichneumone: notū aial hac gloria maxime in eadē natum Aegypto: mergi ſe limo ſæpius: ſiccatq; Sole: mox ubi pluribus eodē mō ſe coriis loricauit: in dimicationē pergit: in ea cauda ſe attollens ictus irritos auerſus excipit: donec obliquo capite ſpeculatus inuadat in fauces. Meminit eiuſdem Strabo in. xvii. Aſpidas: ſerpentes frigidas. Pharias: ægyptiacas. Hoſtis: Ichneumon. Solertior: aſtutior. Vmbra: caudæ celeris. Obliquuſq; e. Ichneumon: qui eſt obliquo capite. Tuto: inoxio ſibi: non.n. penetrat dentibus. Citra ſat. le. citra oitos mortifeꝝ.

Aſpis cuius naturæ

SVLPITIVS.

Triſtia ſed poſtq̄ ſuperati prælia Vari
Sunt audita Iubæ: lætus quod gloria belli
Sit rebus ſeruata ſuis: rapit agmina furtim:
Obſcuratq; ſuam per iuſſa ſilentia famam:
Hoc ſolū metuens incautus ab hoſte timeri:
Mittitur exigua qui prælia prima laceſſat:
Eliciatq; manu Numidis a rege ſecundus:
Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabbura belli:
Ipſe caua regni uires in ualle retentat.
Aſpidas ut Pharias cauda ſolertior hoſtis
Ludit: & iratas incerta prouocat umbra:
Obliquuſq; caput uanas ſerpentis in auras
Effuſæ tuto comprendit guttura morſu
Letiferam citra ſaniem: tunc irrita peſtis
Exprimitur: fauceſq; fluunt pereūte ueneno:
Fraudibus euentū dederat fortuna: feroxq;
Non exploratis occulti uiribus hoſtis:
Curio nocturnum caſtris erumpere cogit:
Ignotiſq; equitem late diſcurrere campis.

Guttura ſe. e. i. a. exilientis in umbram caudę. Tūc: ubi cōprehendit. Peſtis it. uenenum non nocens. Exprimit: colliditur: & emittit. Fluūt: diſſoluūt: & peūt. Pereūte: effluēte. Fraudibus: iſidiis Iubæ. Occultis ui. ho. Sabburę: poſt quē latebat Ioba: legit: Et occulti hoſtis: hic ē Iobe. Erūpere: exire rapti. Ignotis: iexploratis.

¶ Triſtia ſed: redit ad Iubam: qui ad auxilium Vari uenit: cum audiſſetq; Curio illum fuderet atque fugauerat: hac cōditione magnā lætitiā cepit Iuba: q; ſibi facultatē deniq; dari uidebat: ut ſuam iniuriā ulciſceretur: continuo igit exercitū ſuū ducere parat: & nitit: nō ſolū uiribus: ſed cōſilio Curionē opprimere. Triſtia: aduerſa. Gloria belli: ipſe uictor gloriā huius belli obtineat. Rapit. i. raptim ducit. Suā famā. i. ſui aduentus fama. Iuſſa ſilentia: quia iuſſit: ut oēs q̄ maxime pſſit profectionē ſuam occultarent: quia illum incautū opprimere poſſe ſperabat. Hoſte: qui incautus erat: donec timeret. Mittit exigua: ſimulauit ſe Iuba nō deceſſiſſe de regno ſuo: ſed p̄miſiſſe Sabburā quēdā ductorē exercitus ſui: uel prætorē regis: teſte Appiano: ut diximus ſuperius: & p̄miſit qdē illū: ſed ipſe Iuba cū reliquis copiis ſubſecutus eſt Sabburā. Numidis iter Numidas primus erat Iuba: qui oibus imperaret: ſed poſt regē hic habebat ſecundus. Simulator: ut ſimulet ſibi bellū eſſe cōmiſſum a rege: & tn̄ ipſe erat in ualle: ubi milites & exercitū oēm deliteſcere iuſſerat Ioba. Aſpidas ut Pharias: Ichneumō, ut oñdit Strabo, crocodilis & aſpidibus perniciē inſert: eas & eoꝝ oua delet luto icruſtatus: inuoluit.n. in eo: poſtea ad Solē ſiccatus aſpides p caput: uel caudā capiens: in flumen trahit: atq; occidit: qui aūt ſentiunt muſtellā interimere aſpidē errant: nā, ut ait Solinus, muſtellæ uincunt Baſiliſcū malū in terris ſingulare: per ſimilitudinē oñdit igitur quō ludificauerit Curionē Ioba: quēadmodū Ichneumon ſerpentē: hanc.n. naturā habet Ichneumon: ut occidat aſpidem dolo: nam cū diligenter obſeruauerit: ubi aſpis in cauernis habitat: Ichneumon ad cauernulā uenit: & caudam trahit ſupra os illius cauernæ: cū aūt caudæ umbrā uiderit moueri: irritat aſpis: Ichneumō fert huc & illuc deniq; excitus ſerpens erūpit: at uero Ichneumon agilitate corporis huc & illuc mouet: & ſerpens cū iam captū eſſe crediderit: obliquo capite in eam partē: ubi eſt Ichneumon flectitur: ille agilis ſaltu a tergo occupat eum: & guttur aſpidis dentibus aſtringit: hoc mō dicit feciſſe Iubam: nam Curio cū intentus eſſet in eos: quos præmiſerat a tergo eū Ioba inuaſit: & cū omni exercitu circūuenit: ut deletus occideretur. Bellū Ichneomonis & aſpidis exponit Pli. in. viii. Hoſtis: Ichneumon. Aſpidas Pharias. i. ſerpentes aſpidas: q̄ abundāt in Aegypto. Solertior. ſ. aſpide: licet uenenoſior ſit aſpis: tn̄ cautior eſt Ichneumon. Prouocat ad irā. Incerta umbra. i. cōcuſſione extremæ caudę. Obliquus: nam obliquo capite ſpeculatus inuadit in fauces. Alii legunt Obliqoanſq; caput. Effuſæ ſerpētis: quia effundit in auras: dum credit capere Ichneumonem: ipſe ab illo capitur. Guttora. i. ſub capite: ubi ſanies eſt: nā in dentibus ſerpentis ſanies eſt. Citra ſa. le. i. ſub ueneno letifero. Irrita peſtis: nā cum eliſum fuit guttur ſerpentis: tota ſerpens extenditur: quæ cum uiuit in ſpiram circumuoluitur. Exprimitur: explicatur. Fortuna: quia prima pugna hoſtes fuderat Curio. Euentum: ſucceſſionem in fraudibus: nā quia uicerat ideo audacior factus erat. Ferox: ob uictoriam. Non exploratis: de more nullis exploratoribus præmiſſis. Nocturnum: notatur Curionis imperitia, & temeritas: q; per ignotos campos equites miſerit.

OMNIBON.

SVLPITIVS ¶ Ipſe:Curio auditis q̃ equites egiſſent:quarta uigilia cum oibus copiis exierat. Rogatus:a Cn. Domitio præfecto equitum. Infecta:mandata:& miſta. Leti fortuna ꝓpinqui:ſors uicinæ mortis:iam fatis Curionẽ addu xerat. Trahebat:ducebat ad mortẽ. Auctorẽ ſuũ:Curio.n.qui tutatus fuerat:incitarat Cæ.dederat cãm belli ciuilis. Ardua ſa.montes. Cautes:ſaxa dura. Abrupto h.ꝑierito termino:& nõ ſeruata uia. Ceſſere:pedem retulere.Sabura.n.Iubæ iuſſu ꝑceperat ſuis:ut ſimilitudine timoris paulatim cederent. Dũ colle:quoad ex locis ſuperioribus copias in campũ deduxit. Patulis:in diuerſum:& late patẽtibus. Ille:Curio. Artis:fraudis.ut Arte tractauit uigæ:græce Tecni dr̃. Victor:hactenus.n. uicerat. Deiecit:ꝓcipitauit. Doli:inſidiæ hoſtiles.

Ipſe ſub Auroræ primos excedere motus
Signa iubet caſtris multũ:fruſtraq; rogatus
Vt libycas metuat fraudes:infectaq; ſemper
Punica bella dolis:leti fortuna propinqui
Tradiderar fatis iuuenẽ:bellumq; trahebat
Auctorem ciuile ſuum:ſuper ardua ducit
Saxa ſuper cautes abrupto limite ſigna:
Cũ ꝓcul e ſummis conſpecti collibus hoſtes
Fraude ſua ceſſere parum:dum colle relicto
Effuſam patulis aciem committeret aruis:
Ille fugam credens ſimulatæ neſcius artis:
Vt uictor medios aciem proiecit in agros:
Tũc primũ patuere doli:Numidęq; fugaces
Vndiq; completis clauſerũt mõtibus agmẽ:
Obſtupuit dux ipſe ſimul:perituraq; turba:
Nõ timidi petiere fugam:non prælia fortes:
Quippe ubi ñ ſonipes motus clãgore tubaꝝ
Saxa quatit pulſu:rigidos uexantia frenos
Ora terẽs:ſpargitq; iubas:& ſubrigit aures:
Incertoq; pedum pugnar non ſtare tumultu.
Feſſa iacer ceruix:fumant ſudoribus artus:
Oraq; proiecta ſquallent arentia lingua:
Pectora rauca gemũt:q̃ creber anhelitus urget
Et defecta grauis lõge trahit ilia pulſus:
Siccaq; ſanguineis dureſcit ſpuma lupatis:
Iãq; gradũ neq; uerberibus:ſtimuliſq; coacti:
Nec quãuis crebris iuſſi calcaribus addunt:

Fugaces:celeres. Agmen:Curionis exercitũ. Complectis:occupatis. Quippe:ideo neq; fugere:neq; pugnare ſunt auſi:quia habebant equos ex itinere defatigato. Sonipes:equus. Non m.non excitatus. Quatit:repetat̃ non & in ſequentibus. Nõ quatit ſaxa pulſu:non pulſat ſolum ictu pedũ,cupitq; ire. Terens: atterens:& mandẽs:ut ſolet defeſſus equos. Vexãtia:lege per hypallagen uexantes. Spargit:nõ excutit collũ caputq; erigit:& non conat̃ ire:ut ſolet recens:& fortis equus:q audito ſigno:ſtare loco neſcit. Iubas: crines.
Subrigit:arrigit. Incerto:inordinato motu. Nõ ſtare:proſternere ſe. Iacet:languet. Arentia:ſitientia.
Squallẽt:deformia ſunt. Proiecta:emiſſa. Gemũt:ſonitũ reddunt. Vrget:uexati erant.n.ſuſpitioſi. Pulſus grauis:ſpiratio & reſpiratio moleſta:quia ilia pulſant cũ retractione. Trahit:cõtrahit. Ilia defecta:ultima latera debilitata:& attenuata. Lupatis: frenis aſperrimis.Lupata dicta a lupinis dentibus:in quoꝝ ſimi
Lupata quæ litudinẽ ſunt. Vir. Duris parere lupatis. Neq; addunt gradum:nõ greſſum accelerant:& ocyus eunt:niſi roacti propter ſtimulos ferreos:qui calcaneis annectunt̃.
¶ Sub Auroræ mo.i.ſimulatq; illoxit ſub ortu Solis ſi
OMNI BON. gna mouit:q̃ deniq; exercitus ſeq̃ret̃. Fruſtraq; roga. a militibus ſuis:ut cautus ĩcederet. Libycas fraudes: nã Punici natura ſolẽt eſſe uerſuti:unde Liuius de Hãniba.Inhumana crudelitas:ꝑfidia pluſq̃ punica. Infecta.i.ualde facta:hoc loco auget:ſicut Vir. Turnus ut infractos aduerſo.uel infecta.i.imixta. Leti fortuna: ſic fata uolebãt:ut hic ſpõte ĩ pniciẽ ſuã Curio rueret: & qui belli ciuilis auctor eſſet:ipſe ĩter primos periret.
An nondum: reſpondet tacitæ quæſtioni: an fortaſſe ideo taces: quia nondum Dii ſtatuere: quid futurum ſit: & nondum ſatis planum ſit moriturum eſſe Pompeium. Dubitantibus aſtris: ſecundum opinionem eorum: qui dicunt omnia fieri infuſione ſtellarum. Tot fata: ideſt tot uentura. Vindicis: alia ratio eſt: ne ſi omnia dixeris: prohibeatur Brutus ulciſci patriam a Cæſ. oppreſſam: nam ſi hoc præſciuerit Cæ. prohibebit: ne ſibi ſtruantur inſidiæ. Facinus: ſcilicet præclarum: nã laudat hoc factum Bruti: qui patriam a tyrannide liberauit. Vindicis: Bruti ultoris patriæ. Furore: Cæſaris: quia furore potius q̃ ratione ductus libertatem occupauit. Ad ultores Brutus: ſicut primus ille Brutus pulſis regibus ad conſulatum redegit imperium: ita nunc quoque futurum eſt: ut occiſo Cæſare: iterum conſulatus in urbe imperium teneat. Ceſſere fores: quia eas furibunda impulit. Impactæ: impulſæ. Expulſa: eiecta impetu numinis. Perſtat rabies: adhuc furor: & inſania permanſit in pectore. Quem non emiſit: ideſt expreſſit loquendo: fata enim: quæ a Phœmonoe retinebantur in pectore: luctabantur exire: ideo furoris adhuc reliquiæ permanebant. Lumina: quia ſuſpiciebat huc & illuc ferens uultum. Stat nonquam facies: quia modo læta: modo triſtis uidebatur. Rubor igneus: modo quaſi irata rubeſcebat facies. Pallor: furoris. Nec qui ſolet eſſet timenti: ſed terrorem ſignificabat. Nec feſſa quieſcunt: phyſionomice: quamuis feſſa: tamen non quieſcebant. Sed ut tumidus: dicit emiſiſſe ſuſpiria e pectore ſacerdotem: qualia ſolet emittere murmure ſuo Boreas: tunc cum flare deſinit: nam q̃q̃ ſenſim dimiſiſſet furorem: tamen aliquid furoris cogebat eam ſuſpiria emittere: & effundendo ſuſpiria quodammodo pectora leuati uidebantur. legitur etiam Timidus.

Pontus gemit: quia poſtquam mare Boreas turbauerit: & uiolentus ille ſpiritus diſcedere incipiat: tamen adhuc mare priorem perturbationem ſentit: & murmur emittit. Rauca: pro rauce. Leuant: nam ſi crebra ſuſpiria remittimus: leuari quodammodo uidetur grauitas cordis. Dumque a luce: dum ab illa cognitione diuina & dum a templo exiret: dicit diuinam quidem mentem relinquere: humanam autem recipere: inter hæc duo extrema tenebræ oculis ubortæ ſunt: & exanguis cecidit. Lucem uero appellauit: eo q; in ea uiderat omnia: atque cognouerat. Ad uulgare iubar: ideſt ad communem ſenſum: & humanam mentem: nam humana mens eſt lux communis: & intellectus: ille uero diuinus erat. Mediæ tenebræ: inter diſceſſum diuinæ mentis: & reditum humanæ. Immiſit Stygiam: ideſt obliuionem rerum omnium: nam Styx appellatur palus inferni: de qua cum biberint animæ malorum omnium obliuiſcuntur: quæ perpeſſæ ſunt. Item Strabo libro octauo dicit: In argiuaiora apud Pheneum campum ſtare Stygis aquas: ſic enim uocatur letalis aquæ ſtillicidium: quam ſacram hominum facit opinio. Raperet: auferret. Futura: quæ in pectore illius conſtiterant.

ℂNec:

SVLPITIVS

¶Nec tu tamē o Appi nihil metuebas oraculo non intellecto: quanquā eſſes moriturus breui: & in proximo loco. Hic, ut ſcribit Valerius, ratos conſiliis Apollinis ſe moneri: ne illi diſcrimen intereſſet: in eam regionē ſeceſſit quæ inter Rhamnuntā nobilē attici ſoli partem, Caryſtumq; chalcidico freto uicinā interiacens cellæ Euboiæ nomen obtinet: ubi ante pharſalicum certamē morbo abſumptus: prædictū adeo locū ſepultura poſſedit. Rapte: deducte. Subſidere: ſuppoſitum iri tibi. Iure mūdi icerto: cum adhuc ignoret̃ q̃s ſit dominaturus. Chalcidos: oppidū: quod olim Aetolia eſt appellatū: adiecet autem Euboiæ: quoniā altera Chalcis in Aetolia eſt: ut ait Strabo. Sentiſ: ut nō ſentias. Caruiſſe tot malis: tot aduerſitatū inexpertem fore. Excepta morte: nam ſola mors dare poteſt. Morte: q̃ Dei eſt. Caryſtos: urbs Euboicæ opulētiſſima: ut ait Mela: quæ diuerſis, auctore Plinio, fuit nominibus appellata: ea eſt Caryſia marmoris ferax. Seneca: An ferax uarii marmoris Caryſtos. Eſt enim illic, ut ait Strabo, columnarū lithomia: ideſt exciſio lapidū: ibi naſcitur & lapis: quem pectunt: nent: texunt. Inde mātilia egregie cōtexta: ubi ſordeſcunt: in flamma cōmundātur illęſa. Rhamnis: urbs i Euboia ubi, ut ait Strabo, ē Nemeſeos tēplū: quę, auctore Macrobio, contra ſuperbiā colit̃. Ouidi. in Triſtibus: Nec metus dubio fortunæ ſtantis in orbe: Numē & exoſæ uerba ſupba Deæ: Exigit at dignas ultrix rhānuſia pœnas. Numina: Nemeſim. Tumidis: potentibus: & ſuperbis. Arctatus gurgite rapido: ſtrictus aqua ueloci.

Caryſtos ubi

Rhānis ubi

Vixq; reſecta cadit: nec te uicinia leti
Territat ambiguis fruſtratū ſortibus Appi:
Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum:
Chalcidos euboicę uana ſpe rapte parabas:
Heu demens nullum belli ſentire fragorem:
Tot mundi caruiſſe malis præſtare: Deorum
Excepta quis morte poteſt? ſecreta tenebis
Littoris euboici memorando condite buſto:
Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos:
Et tumidis infeſta colit qua numina Rhānis:
Arctatus rapido feruet qua gurgite pontus:
Euripuſq; trahit curſum mutantibus undis
Chalcidicas puppes ad iniq̃ claſſibus Aulim.

Euripius: idem ſonat quod inquietus. Mare eſt: quod fluit & refluit: ut diximus libro ſecūdo. Auli: Aulis regiūcula & oppidū in Bœotia cum portu quinquaginta nauium capaci: contra Euripum ſita. Iniquā claſſibus: quia notis flantibus egredi nequeunt: ut Græcis i Troiam ire uolentibus accidit. Ouidius: Aulide te fama ē uento retinēte morari: A me cū fugeres hic tibi uētus erat.

OMNIBON.

¶Reſecta. i. quæ uix refici potuit a tanto furore. Nec te: nunc redit ad Appium: dicens quomodo Appium fefellit oraculum Apollinis: quia dixerat ipſum ſolum effugere minas bellorum ciuilium: & ſoli dicere in Euboico littore in pace conſiſtere. Vicinia: ideſt uicinitas mortis. Subſidere. i. tibi ſubiicere. Incerto iure: incerta poteſtate: uidelicet uter mundi teneret imperium: an Cæſar: an Pompeius. Rapte: ſublate. Chalcidos Euboicæ: Chalcis Euboicæ metropolis prædicatur: & proculdubio dignitatis principatum reportat. Euboicæ dicit: quia, ut inquit Strabo, Chalcis eiuſdem appellationis in Aetolia quoq; dicitur. Heu de. quia ea tibi perſuades quæ uix Deus cuiquam præſtare poteſt: ut toto orbe terrarum perturbato: nihil perturbationis a bs te ſentiatur. Excepta morte: ideſt non intelligis Deum minari tibi mortem: cum dicat te quieſcere poſſe. Secreta tenebis: o demens inquit Appi: tu credis te ſolum immunem fore belli ciuilis: ſed te multum fallit opinio: nam mors erit: quę te premet: & hanc tibi quietem dixit Apollo: nam in Euboea ſepultus iacebis: & hic Lucanus locum deſcribit: ubi ſepulchrum habuerit Appius. Secreta: ideſt ſeceſſum. Memorando: quia memoriam maris illius ſepulchrum tenebit. Caryſtos: ciuitas eſt Euboiæ Caryſtos: ut refert Strabo: ſub montem Salomin in Atticam proſpectantem conſiſtit: ad Caryſtum lapis naſcitur: quem pectunt: nent: texunt: inde mantilia conficiuntur egregie contexta: ea ubi ſordeſcunt in flammam proiecta non ſecus mundantur: q̃ ſi maculas elueris. Solinus dicit: q; ibi fiunt carbaſa: quæ inter ignes ualent: & q; Chalcis eadem habita eſt apud priſcos: ut Gallidemus auctor eſt: ære ibi primum reperto. Anguſtat fauces: nam collis imminet mari: & in eo colle poſita eſt Caryſtos ciuitas: quā ideo ſaxoſam appellauit. Rhamnis: Rhamnis, ut inquit Strabo, ciuitas Atticæ: Nemeſeos templum habet & ſtatuam: q̄ Diodoti opus pleriq; dicunt: aliqui uero Agoracriti parii: quæ ex magnitudine: & pulchritudine perfecta: magis ac magis & cum Phidiæ operibus æmulatione contendit. Tumidis infeſta: irata ſuperbis. Numina. ſ. Nemeſeos. Nemeſis autem Dea eſt: quæ contra ſuperbos colitur: & nimia felicitate elatos: dicta γεμοω indignum puto: & ſuccenſeo: quia iraſcatur elatis in ſuperbiam. Catulus: Ne pœnas Nemeſis repoſcat a te: Eſt uehemens Dea lædere hanc caueto. Inde Rhamnuſia eſt appellata: eadem iuxta Cyricum Adiaſtea dicta eſt ab Adraſto: qui templum ei conſtruxit. Venerationis locum habet poſt aurē dextram: quam antiqui attingebant cum eam uenerabant̃. Pleriq; Rhamnuſiā pro fortuna capiūt: ſed falſo. Pōtus arctatus: iter ſaxa mōtis: ſup quo ſpoſita eſt Aulis. Aulis (auctore Strabone libro nono) lapidoſa ſane ora: & Tana grœcoꝝ uicus: eſt portus ſane quinquaginta capiens naues: quo circa græcoꝝ claſſem magno in portu conſcendiſſe ſimile ueri ē: ꝑpe cōſiſtit Chalcidis Euripus. Rapido: unum ſequitur ex altero: ubi mare anguſtum eſt: ibi ſolet eſſe maior ęſtus.

Chalcis quæ

Euripus quid

Euripuſq;: Aegæi maris ſinus eſt inter Euboeā inſulā: & Bœotiam, ſiue Phocidē in longum, arctumq; ꝑductus: & ſepties inter diem & noctē reciprocas agit undas: ideo infidus dicitur eſſe carinis. De huius Euripi natura legitur: Quidam philoſophos eiuſdem nominis: cum eam diu multumq; conſiderans inuenire non poſſet: quia reciprocas ageret uires: poſtq̃ ſcire nō potuit naturam fluminis: ſe præcipitem dedit in medios fluctus: dicens quando quidem Euripus Euripum non habet: Euripus Euripum habeat. Chlacidicas: Euboicas. Ad Aulim iniquā claſſibus. ſ. græcoꝝ: nā cum in Aulidē Græci ueniſſent: & mare pturbatum eſſet: aliquādiu retenti ſunt: nec prius mare pacatum fuit: q̃ de ſanguine regio placaret̃ Diana: cuius ceruam Agamēnon occiderat: q̃uis fabulæ dicant: cum Iphigeniam imolaturus eſſet pater: Diana cōmiſeratione ſtatim ceruā ſubiecit. Ad: uſq; ad. Tantus eſt ipetus Euripi: ut uſq; ad Aulidem naues ipellat. Claſſibus. ſ. Agamemnonis ibi tempore maris diu retentis.

SVLPITIVS ℭ Interea Cæſar:Petreio,Afranioq; ſubactis Bethicam adiit:ubiq; oium ciuitatum Hiſpaniæ legatos ſibi adeſſe Cordobæ iuſſit:conciliataq; uniuerſa Hiſpania:& Varrone:qui bella ad Gades parabat in deditionem accepto: Maſſiliam rediit:& eam in deditionem accepit.hinc Placentiam accelerauit:q exercitus:qui illic erat: ſeditione excitata Imperatorem conclamauerat:& præmiũ poſtulabat:ut ſcribit Appianus:ſtatimq; ut peruenit: non mõ orõne tumultũ compeſcuit:ſed ẽt totam legionem ignominioſam:ægreq; & poſt multas:& ſupplices p̃ces: nec niſi exacta de ſontibus pœna reſtituit:ut Sueto.ait. In aliũ orbem:in Italiã & in Epirũ contra Põ. Prope auerterunt:quaſi remouerunt ſeriẽ felicitatis. Nullo Marte ſubactus:ubiq; uictor. Succeſſus ſcelerũ:uictoriam belli ciuilis. Satiare ſanguinem:cædẽ faſtidiẽtes. Pene deſtituere:quaſi reliquerunt. Seu mœſto: ſeu quia aliquandiu prœliis ceſſaſſent:depoſuerant priſtinũ pugnandi furorem. Clauſus:in uagina. Frigidus: nam qñ dimicatur caleſit. Præmia:præſertim,q̃ promiſerat Brunduſii Cæ. Cauſam:Cæſaris. Ducem: quia crudelis in ciues. Vendicat:propriã facit. Imbutos ſcelere:maculatos ſanguine ciuium. Haud magis: cõſtat,Cæ.auctore Trãquillo,nullam ſeditionem per decenniũ in caſtris habuiſſe in Gallia:ĩ ciuilibus uero bellis hanc præcipuam. Quam non ſtabili culmine:quãtum infirmo ſtatu:& potentia. Tremulo:dubio:& periculoſo. Titubantia:trementia:inconſiſtentia: & incerta. Truncus:priuatus:& tanq̃ truncus. Manibus: militibus. Strictos:euaginatos. Non eſſe ducis:non eſſe in ſua ptãte. Non pauidum:iam:cõclamabant milites:& iratos eſſe ſe oñdebant:nec metuebant: ne ſoli dñm uiderentur offendere: quia oẽs erant unanimes.

Nam quæ:nã metus ne indicarent Cæ.ipſos non retinebat:aperta.n.audatia:illo ſe liberauerant. Confringere:terrefacere. Dubias:incertas aliquid ad audiẽdũ.

Interea domitis Cæſar remeabat Iberis
Victrices Aquilas alium laturus in orbem:
Cum prope fatorꝫ tantos per ꝓſpera curſus
Auertere Dei:nullo nam Marte ſubactus
Intra caſtrorum timuit tentoria ductor
Perdere ſucceſſus ſcelerũ:cum pene fideles
Per tot bella manus ſatiatæ ſanguine tandẽ
Deſtituere ducem:ſeu mœſto claſſica paulũ
Intermiſſa ſono:clauſuſq; & frigidus enſis
Expulerat belli furias:ſeu præmia miles
Dum maiora petit:dãnat cauſamq; ducẽq;
Et ſcelere imbutos etiam nunc uẽdicat enſes.
Haud magis expertus diſcrĩe Cæſar in ullo ẽt
Quã nõ e ſtabili:tremulo ſed culmine cũcta
Deſpiceret:ſtaretq; ſupra titubantia fultus:
Tot raptis trũcus manibus:gladioq; relictus
Pene ſuo:qui tot gentes in bella trahebat
Scit non eſſe ducis:ſtrictos ſed militis enſes.
Nõ pauidũ iã murmur erat:nec pectore tecto
Ira latens:nam q̃ dubias cõſtringere mentes

OMNIBON. ℭ Interea Cæſar:dum hæc gerunt:Cæſar ſubactis Petreio & Afranio ex Hiſpania cum exercitu uictore: redibat:ut Pum.ſequeretur.Sed hic fortuna:q̃ ſemp Cæ. ſecunda fuerat:neſcio qđ dubitaſſe uĩ:an ſequerẽ Cæ. uolontatem:nam milites diſſenſionẽ fecere:ita ut iam plane per oẽm exercitũ dicerent:ſe poſthac Cæ.ſequi nolle:poſtq̃ nullum ex tot laboribus:atq; periculis præmiũ cõſequerentᷣ:& q̃q̃ ſeditio ferme illuc peruenerit:ut Cæ.deſererent:tñ Cæ.ſicuti ſemper in rebus difficillimis maior apparebat:ita hoc tpe oppreſſit hanc ſeditionem militum:ut multo q̃ antea obſequentiores facti ſint. Nonã ſiquidem tumultuantem legionem apud Placentiam:q̃q̃ adhuc in armis Põ.eſſet(ut refert Suetonius) totã cum ignominia miſſam fecit:ægreq; poſt multas p̃ces:nec nõ de ſontibus pœna reſtituit:minatus fuerat(auctore Appiano)decimum quemq; morte mulctare:ſed gemitu ab uniuerſa legione edito:& prætoribus genibus flexis:ueniã depoſcebant Cæ.poſt modicũ uix tandẽ ab ira liberatus hoc ſolũ conceſſiſſe uiſus:ut centũ dũtaxat &.xx. ſeditionis ab oĩbus eligeret:duodecimq; ex his a cæteris ſceleſtos ſupplicio afficeret. Laturus ui.aliquas.i.exercitũ uictorẽ ducturus. In aliũ orbẽ:ut in Græciã ſequerẽ Põ. Per ꝓſpera:quia fortuna oĩa ex uoto Cæ.fecerat.

Tantos curſus:ſeditione orta in exercitu:quã deſcribit. Nullo iam Marte ſecũdo: cum ſemp aduerſus hoſtes Cæ.uictor extitiſſet in ſuis caſtris timuit:ne ſeditione militũ deſertus uinceretᷣ. Scelerũ:qui cõtra patriam arma ſumpſiſſet. Cũ pene:id aũt fuit:cũ haud ꝓcul abfuit:quin milites Cæ.deſererent:q̃ois per tot bella ſemper fideliſſimi fuiſſent. Fideles per tot bella:q̃ in Gallia:Britannia:Germania nouiſſime geſſerant. Seu mœſto:rõnes nonnullas affert:quamobrem ai fortaſſe militum mutati fuerint:quia non nihil intermiſerant bella:q incruento Marte Petreium & Afranium uicerant:& quia non redibant in Italiam:& quia deſueti erant a pugna:ideo hebetiores facti incipiebant nunc bonum pacis cognoſcere. Mœſto ſono:quia mœſtitiam inducit. Clauſuſq; & frigidus:idẽſt non exercitatus ad cædes. Expulerat:ſcilicet e mente militum inſaniam belli. Præmia: ſeu q laboribus ſuis haud digna præmia conſequebantur. Damnat cauſam:quaſi inhoneſtam. Ducemque: quaſi ingratum. Scelere imbutos:quia etiam poſtquam ſcelus commiſerant:a ſcelere enſes liberare uolebant. Haud magis expertos:& ſi omnia ex uoto cedebant:tamen intellexit unquam ſtatum ſuum eſſe tam debile:ſicuti nũc: cum pene deſtitutus ab omni exercitu ipſe ſulus ſtaret. Deſpiceret:tanquam deorſum aſpiceret: tranſlatio ab eo:qui in ſummo grado conſtitutus:ipſe ſoperſtes alios inferiores deſpicit. Culmine:ex altitudine gradus incerti. Truncus:nam Cæ.quaſi corpus appellauit exercitum:& milites corporis manus. Raptis manibus: amiſſis militibus ſuis. Gladio ſuo:deficientibus armis militum. Non pauidum:iam inquit non clam murmurabant in ſuum ducem milites:ſed palam uerba contumelioſa iactabant:ut appareret eos a duce ſuo penitus alienos eſſe. Tecto:ſimulato. Nã quæ: dicit unam uel potiſſimam cauſam eſſe:cur populi metuant tyrannum:nec ſe ab illius iniuria ulciſcantur: q unus quiſque credit ſibi ſoli iniuſte imperari:non cæteris:nam ſi crederet ita ab uniuerſis odio haberi: ſicut a ſe:non dubitaret aperte inuadere tyrannum:ſed hæc cauſa non erat in ipſis: nam milites Cæſaris conſcii erant ſibi inuicem:q omnes odio Cæſarem haberent.

ℭ Dum

❡Dum quiſq;: coniurati metuunt indicari a ſociis:a qbus metuunť & ipſi tanq̃ ſoli ſint nocentes. Grauati iniuſta regnoꝝ:inferre moleſtiam iniuſtis regibus. Quicquid multis:ſententia eſt:ſiue parœmia. Liceat:oratio eſt militis ꝓ oĩbus copiis in Cæ. abſentem loquentis. E a petiť miſſio: Cæ. accuſať: militum incõmoda explicanť: bella ciuilia dãnanť: irritanturq; milites ad patriæ deſideriũ cũ cõqueſtiõe a paupertate:& ſenectute. Minať etiã Cæſa. & eius accuſat ingratitudinem: qđ ſuis detrahit: eſt aũt ita in iudiciali demõſtratiuo:deliberatiuoq; genere conſtituta:ut in nullo magis uideať excellere. A rabie: a bellis ciuilibus:& eſt captatio beneuolentiæ a rebus. SVLPITIVS

Cauſa ſolet: dũ quiſq; pauet: qbus ipſe timori
Seq; putat ſolũ regnorũ iniuſta grauari: (eſt:
Haud retinet: qppe ipſa met⁹ exoluerat audax
Turba ſuos. quicqd multis peccať: inultũ eſt.
Effudere minas. liceat diſcedere Cæſar
A rabie ſcelerum. quęris: terraq;: mariq;
His ferrum iugulis: animaſq; effundere uiles
Quolibet hoſte paras: partem tibi Gallia nr̃i
Eripuit: partem duris Hiſpania bellis:
Pars iacet Heſperia: totoq; exercitus orbe
Te uincente perit: terris fudiſſe cruorem
Quid iuuat arctois Rhodão: Rhenoq; ſuba (ctis?
Tot mihi ꝓ bellis bellũ ciuile dediſti.
Cepimus expulſo patriæ cum tecta ſenatu:
Quos hoĩum: uel quos licuit ſpoliař Deoꝝ?
Imus in oẽ nefas manibus: ferroq; nocentes:
Paupertate pii: finis quis quæritur armis?
Quid ſatis ẽ: ſi Roma paꝝ? iã reſpice canos:
Inualidaſq; manus: & innanes cerne lacertos.
Vſus abit uitæ: bellis conſumpſimus æuum.
Ad mortem dimitte ſenes. en improba uota
Non liceat duro morientia ceſpite membra
Ponere: nõ anima galeam fugiente ferire:
Atq; oculos morti clauſurã quærere dextrã.
Coniugis illabi lachrymis: uniq; paratum
Scire rogum: liceat morbis finire ſenectam.

Viles: apud te. Terris arctois: Gallia & Germania. Rhodano & Rh. hoꝝ fluminum accolis. Tot mi. iprobum: inſperatumq; præmium conqueriť. Cepimus: impietatẽ damnat. Licuit: commiſſum eſt. Manibus: pp rapinas. Ferro: pp cædes. Paupertate: ſumus tamẽ in tanta rapiendi licentia pauperes: tanq̃ ſi pii & innocentes eſſemus. Roma: iperium Ro. & eũ ab inſatietate arguit. Inualidas: debiles. Inanes: abſq; pulpa: & toris. En im. uo. ironia ẽ: q̈ſi dicat modeſtiſſima: & miſeranda. Dimitte ad mortem: libera a militia: ut eamus ad moriendum domi. Non liceat: ſine moriamur in lectulo: non in terra: i caſtris. Glebã: terrã. Ferire: pcutere capite: uel pedibus aĩa diſcedente. Clauſurã: cariſſimi n. oculos moriẽtiũ claudebant. Cõiugis illabi: mori in ſinu coniugis lachrymantis. Vni: ſoli. nam in caſtris unus rogus pluribus mortuis erigitur: domi uero ſinguli ſingulis conſtruuntur.

❡Dum qſq; pauet: tyrãnus uult timeri: & ñ timet populũ ſuũ: ut in officiis Cice. ait. Iniuſta grauari: ſynecdoche eſt: ut grauatur mentem. i. exiſtimat ſibi ſoli iniuſte iperare potentẽ. Exoluerat: liberauerat: qa oẽs ſciebãt ſibi iuſſũ eẽ Cæſ. Quicqd mul. pec. nã ſi unus uel decẽ auderẽt tyrannũ ulciſci: tamẽ non poſſent: at ſi uniuerſa ciuitas cõſentit: ulciſci audet iniuriã. Effudere: euomere iras: q̃s ſimul i pectore tenebãt. Liceat diſcedere Cæ ẽ diſſuaſio: ne Cæ. militẽt. nã ſub eo militia dura ẽ & laborioſa. argumẽtũ a difficili. Liceat: cõſtitutio cõiecturalis: licet diſcedere: nõ licet: qõ eſt: utrũ liceat. Aut conſtitutio eſt iuridicialis: hoc modo: Diſcedius uos a militia: diſcedimus: ſed iuſte: nã igratus es: & attamẽ non licet uobis iuratis ab iperatore ueſtro diſcedere: cõcedendũ ẽ: ſed refellit oĩa: prĩo qa magna picula: & labores ppeſſi ſũt, & patiunť: tamẽ nullũ præmiũ accepere. Rurſus arguit a neceſſario: qa ſi etiã diutius ſub eo militare uoluerint: non poſſent: cũ ad decrepitã ætatẽ puenerint. Rurſus ab inutili: qa uictoriæ ꝑmia ſolus poſſidet. Quæris: a difficili arguit: qa laborioſa eſt militia: q̃ris ferrũ iugulis nr̄is: q terra, mariq; occidimur. Viles. ſ. tibi. Partẽ duris Hiſp. bellis. ſ. fame: cũ diluuiũ Hiſpaniã oẽm inundauit: adeo ut extrema inopia laborarent: multi perierunt: nã armis pene nullus cõſumptus eſt. Iacet: apud Maſſiliam in Italia. Totoq; exercitus orbe: nos qdẽ occidimur: tu uero uictor appellaris. Fudiſſe cruorem: tot labores ſunt: tot pericula: ut ubiq; ſanguinem noſtrũ pro uictoria tua effudenimus, & ſine ꝑmio. Terris arctois: i Gallia: Germania: & Britãnia: q ſunt in ſeptẽtrione. Rhodano: Rheno q ſub. ideſt ſubactis populis: q iuxta Rhenũ & Rhodanũ habitãt. Rhodanus Galliæ: Rhenus Germaniæ fluuius eſt. Tot mihi: qa his bellis: quæ p tot annos ſuſtinuimus in diuerſo orbe terraꝝ: nihil niſi ciuile bellũ supereſt. Cepimus expulſo: cũ ingt orbẽ Ro. igreſſi ſumus: nec diuina: nec humana licuit nobis diripere: quando nil prædæ cõſecuti ſumus: & oĩa in poteſtate tua fuerint: quid inde utilitatis conſecuti ſumus in urbe: quæ eſt opulentiſſima: quid ex aliis ſupereſt: qđ ſperare poſſumus. Deoꝝ: temploꝝ. Imus in omne nefas: ergo ſcelus noſtrũ eſt: utilitas uero tua: nam oĩa ſcelera committimus propter diuitias: ſed tamen nos pauperes ſumus: tanquã pii: & innocentes. Finis qs quæ. armis: quando nec capta Ro. tibi ſufficere potuit. Iam reſpice canos: ſi nihil aliud cogit nos ab armis diſcedere: ſaltem hoc: iam enim ſenectus: & mors ipſa iminet nobis: inde inquit membra noſtra ſunt exhauſta ſanguine: & corpora noſtra ſenectute effœta. Vſus a. u. ille a. ex uita abit: cuius uita nullius fructus eſt. En ip. hæc eſt petitio: ut non in caſtris: ſed domi noſtræ moriamur. Ceſpite: ut non nuda terra moriamur. Non du. ic. ideſt non liceat nobis in cubilibus noſtris: apud uxores: & liberos: ut ſaltem ſint: qui morientibus nobis oculos claudant. Non anima galeam: ideſt liceat nobis non armatis interire: ſecundum eos loquitur: qui dicunt animã eſſe aerẽ. Anima: ideſt ſpiritus exire non poſſit niſi per galeam. Dextram: uel filiorũ: uel uxoris: uel parentũ: qa ſicmos erat: ut propinquiores moriẽtibus oculos clauderent. Coniugis illabi: ideſt inter lachrymas uxoris expirare. Rogũ: quia in caſtris rogus cõmunis extruiť: & multorum cadauera uni rogo ſuperimpoſita cremantur: liceat ergo ſingulis noſtrum rogum habere.

OMNIBON.

Rhodanus ubi

SVLPITIVS ℭ Sit præter:ſuperſit militibus tuis aliud genus mortis:ꝗ̄ ex ferro. Quid uelit:quod ad omnem inhumanitatem: & Pō.ſenatuſq; cædem ducant:accuſat. Vſq; adeo:minat Cæſari mortem:quā qdem honeſte poſſe inferri pluribus rōnibus indicat. Cuius ſceleris: cuius ſcelerati facinoris: nam maximum præmium milites ex cæde ducis accipiunt. Cōperit:re ipſa inuenit Cæ. Poſſe o.ē ipſum interficere ducem. Nec fas:nec ꝓhibemur ſacramento militari:& iure aliquo. In ondis Rheni:in bello gallico. Hic nunc:in bello ciuili. Facinus quos inquinat:parœmia eſt:qui eodem crimine ſunt infecti æq̄les ſunt: & ſocii appellantur. Ingrato iudice:iniquo iudicio.

Sit præter gladios aliquod ſub Cæſare fatū.
Quid uelut ignaros ad ꝗ̄ portenta paremur
Spe trahis?uſq; adeo ſoli ciuilibus armis
Neſcimus cuius ſceleris ſit maxima merces?
Nil actum eſt bellis:ſi nondum cōperit iſtas
Oīa poſſe manus:nec fas:nec uincula iuris
Hoc audere uetāt.Rheni mihi Cæſar i undis
Dux erat:hic ſocius. facinus quos inquinat:æ
Adde ꝙ ingrato meritoꝝ iudice uirtus(quat.
Noſtra perit. quicqd gerimus: fortūa uocat.
Nos fatum ſciat eſſe ſuum: licet omne Deorū
Obſequium ſperes:irato milite Cæſar
Pax erit:hæc fatus totis decurrere caſtris
Cœperat:infeſtoq; ducem depoſcere uultu.
Sic eat o ſuperi:quando pietaſq;:fideſq;
Deſtituūt:moreſq; malos ſperare relictū eſt:
Finem ciuili faciat diſcordia bello.
Quē non ille ducē potuit terrere tumultus?
Fata ſed in præceps ſolitus dimittere Cæſar:
Fortunāq; ſuā per ſumma pericula gaudens
Exercere uenit:nec dum deſæuiat iras
Expectat:medios properat tentare furores.
Non illis urbes:ſpoliandaq; templa negaſſet:
Tarpeiamq; Iouis ſedem:matreſq; ſenatus:
Paſſuraſq; infanda nurus:uult omnia Cæſar
A ſe ſæua peti.uult præmia Martis amari:

Virtus: laus uirtus. Vocat fortu.dr ab eo felicitas: predicat.n.ſuo fato ſe uincere: non militum fortitudine. Licet oē Deoꝝ: quamuis Deos omnes propitios habeas: tamen ſi tibi milites iraſcentur: amplius bella non geres. Obſequium: Deoꝝ benignitatem. Infeſto:aduerſo,& truci. Sic eat: orat Deos poeta:ut ſinant malis moribus finem bellis imponi:cum in fide,pietate,& Deoꝝ benignitate nulla ſpes reliqua ſit. Solitus dimittere i præceps:ſolitus ꝑcipitare:magniſq; exponere diſcriminib⁹. Vēit:iit ad reprimēdū. Deſæuiat:mitiget:& ceſſet. Medios ꝓperat:Cæ.nunꝗ̄ tumultuantibus ceſſit:ſed ſemp obuiam iit: ut Suetonius ſcribit.

Nō illis:oia militib⁹ cōceſſiſſet: ne belli ciuilis furor extingueret:& nil aliud metuebat: niſi ne bōa mēte ducti:ſcelera ſi appeterēt. Amari:qa ciuile:uel uerbū ſit.

OMNIBON. ℭ Sit præter gladios: ſit aliꝗ̄ mors præterꝗ̄ quæ illato ferro. Quid uelut:rurſus ab inutili diſſuadet: nunqd neſcimus ait quæ utilitas ſit in bello ciuili:ꝗ̄ſi dicat iſani eſſemus:niſi intelligeremus eoꝝ:qui bella ciuilia gerunt ſolū labores eſſe: præmia uero unius tantūmodo ducis. Spe falſa. Portēta: bene appellauit portēta cædes promiſcuas parētū:filioꝝ:& fratrū. Nil actū Cæ. intelligit poſſe nos illius iniuriā uindicare. Nec fas:arguit a facili:facile ē a militia diſcedere:qa ſi alios popu. uindicauim⁹:facile poterim⁹ nos quoq; ab iniuria Cæ. uindicare. Nec uīcula uetāt:ut ab eo diſcedamus nec diuino: nec humāo iure ꝓhibemur. Rheni mihi Cæ. quoad militauim⁹ ſub Cæ.i Gallia ille noſter dux fuit: nam ꝓuincia Gallia Cæ.ſenatus Po q;.Ro.decreto demād ita erat:at uero poſtꝗ̄ in Italiā uenit: & urbē igreſſus ē:cœpit eſſe priuatus:ergo cū nullū ius habeat magiſtratus:nihil illi obligati ſumus. Socius:qa ita priuatus ē:ſicuti nos. Facinus: ſicuti nos arma cōtra patriā ſumpſimus: ita & Cæ.ergo cōmune facinus eſt:ꝓmiū etiam æquale eē debet. Adde ꝙ ingrato:arguit a parte iuris:quæ eſt gratia:ut bene merētibus gratia reddatur:ſed argumentum itendit:nō ſolū Cæ.nullā nobis gratiā:ſed nec gratias quidē agit:quicqd enim gerimus: nō nobis:ſed fortunę attribuit. Iudice.ſ.Cæ.ingrato. Nos fatū:itelliget tūc deniq; Cæ.nos illam eē fortunā:cui attribuit oīa:cū ab eo diſceſſerimus. Obſequiū.i.licet Deos tibi ſecundos ſperes fore: tamē cū diſceſſerimus intelliges non ita eſſe nā neceſſario cū aduerſariis tuis pacem iūgere cogeris. Infeſto:irato Depoſcere ducem:paratos ēt mortem inferre duci:ſi forte eos inuitos retinere uoluiſſet. Sic eat:Deos poeta precat:ut agāt:ſicuti cœperunt.nam ſi alio modo bellū ciuile dirimi nō pōt:ſaltē diſcordia militū hoc fiat. Pietas: quæ debet caritati. Fides: ꝗ pñiæ debet. Quem non ille ducē:cū diſſenſio tāta orta eſſet in caſtris Cæ.nullus dux tanti animi fuiſſet ꝓter Cæ.qui non timuiſſet hanc militū perturbationem:ſed in ardois atq; difficillimis rebus ſemper fortior efficiatur. Fata ſed in præceps:ſed Cæ.qui ardua oia:& periculoſa magno animo aggrediebatur:uenit in conſpectum militum:ſi forte aliqoid contra ſe facere uoluiſſent: & minabundo uultu cœpit eos obiurgare: & qui huius ſeditionis auctores fuerant: ſecuri percuti iuſſit:quo facto perterriti cæteri: multo pluſquam antea obſequentiores facti ſunt.Alii quoque ueniam petiere:ſi qd contra eū minus clementer dixiſſent. Fata dimittere.i.augere occaſionem fatoꝝ:qa non expectabat fata Cæ.ut ſibi ſecunda eēnt:ſed ea ꝓueniebat. Deſæuiat ira.i.nō expectat donec ira militū deferueſcit:ſed dum incenſi ſunt. Tētare furores:uidere nūquid īperio ſuo cedāt:an nō. Non illis urbes:hic Lucanus:ſicuti ſemp iocbat in Cæ.dicit autē illum nihilo magis timuiſſe milites:ꝗ̄ ne dereretur ab eis:quos ſciebat iam diu bellis ac facinoribus aſſuetos:& nihil eſſe:qd non facile eis concederet: dū modo eos retineret. Non illis:modo cupiditatem eorū Cæſar expelleret:nihil militibus negaſſet. Vrbes:ſcilicet ſpoliandas. Quicqd ſceleris:qcqd predę ab eo petiiſſent:id facile ſpetrare potuiſſent:modo ne ab eo diſcederēt. Tarpeiamq; ſedem: ideſt Iouis capitolini templa non negaſſet diripienda. Matreſque ſenatus: matronas primarias eis conceſſiſſet. Paſſuras infanda: adulteria: & ſtupra. Vult omnia Cæſar:ideſt placet uti ducti ſcelenbus milites ab ipſo ſeparari non poſſint. Præmia:prædam:quæ præmium malis eſt.

ℭ Nō pudet

¶Non pudet:obiurgat Cæ.poeta nimiæ in bellis ciuilibus pertinaciæ:præſertim cum cogi quodam mõ uideaṫ illud deſerere. Manibus:militibus. Ius ferri:facultas interimendi:& bellandi. Laſſere:defatigeris: monet & conſuluit:quid agere debeat. Sceleꝝ:belloꝝ ciuilium. Nolentibus:recuſantibus bella ciuilia. Inſtas:urges. SVLPITIVS
Aggere fulti ceſpitis:in loco eminenti:& ceſpitibus congeſto. Meruit:pp maieſtatem ſuam. Dictāte:ſubminiſtrante. Promptum:paratum ad uulnera. Qui mõ:aſtute:ut ſibi conciliet milites:ſub eoꝝ pṫāte ſe eſſe dicit: inde utitur callida ſimulatione:nam dum cohortatur ad deponenda arma:& ad fugam:ſubnectendo qualia ſint

Militis indomiti tantum mens ſana timetur.
Non pudet heu Cæſar ſoli tibi bella placere
Iam manibus damnata tuis.hos ante pigebit
Sanguinis:his ferri graue ius erit:ipſe per oẽ
Faſq; nefaſq; rues? laſſere: & diſce ſine armis
Poſſe pati:liceat ſcelerum tibi ponere finem.
Sæue qd inſequeris? qd iam nolẽtibus iſtas?
Bellum te ciuile fugit.ſtetit aggere fulti
Ceſpitis intrepidus uultu:meruitq; timeri
Non metuens:atq; hæc ira dictante profaṫ:
Qui mõ in abſentẽ uultu:dextraq; furebas
Miles:hẽs nudũ ꝓmptũq; ad uulnera pect⁹:
Hinc fuge:ſi belli finis placet enſe relicto.
Detegit imbelles animos nil fortiter auſa
Seditio: tantumq; fugam meditata iuuentus:
Ac ducis inuicti rebus laſſata ſecundis.
Vadite:meq; meis ad bella relinquite fatis:
Inuenient hæc arma manus:uobiſq; repulſis
Tot reddet fortuna uiros:quot tela uacabũt:
An ne fugam Magni tanta cũ claſſe ſequunṫ
Heſperiæ gentes: nobis uictoria turbam
Non dabit:impulſi tantũ quæ præmia belli
Auferat:& ueſtri rapta mercede laboris
Lauriferos nullo comitetur uulnere currus?
Vos deſpecta ſenes:exhauſtaq; ſãguie turba
Cernetis nr̃os iam plebs Romana triũphos.
Cæſaris an curſus ueſtræ ſentire putatis
Damnũ poſſe fugæ? ueluti ſi cuncta minenṫ
Flumia:quoſ miſcẽt pelago:ſubducere fõtes:
Non magis ablatis unq̃ deſcenderet æquor:

præmia noui milites aſſecuturi:latenter retinet:& dehortaṫ. Nil auſa fortiter:eſt.n. proprium ſeditioſoꝝ metuere,fugamq; meditari. Laſſata ſecũdis rebus: defatigata Cæ.felicitate. Inuicti ducis: mei. Arma: q̃ uos relinquetis. Manus: milites nouos. Vacabunt: erũt ſine militibus. An ne: argumẽtaṫ a minori:ſi Põpeio fugato:& uicto milites nõ deſunt:multo minus & mihi uictori. Impulſi:iã ꝑcipitis:& quaſi peracti. Tãtũ auferat:accipiat: & nõ pugnet. Currus lauriferos: me triũphātẽ ĩ curru. Defecta:debilitata. Iã Romana plebs:non amplius meus miles. Cæſaris:fugã militũ nil ſibi poſſe nocere dicit Cæſar:cũ Dii ſtatuerint ipſum fore oĩno uictorẽ:& quẽadmodũ mare non augeṫ ſuſceptis fluminibus:nec minuitur:ſi ipſum non ingrederentur:ſic eius fortunam a militibus:nec augeri nec minui poſſe. Curſus:felicitatem fatorum. Subducere:ſubtrahere:& nõ influere. Deſcẽderet: minuetur.
¶Militis indomiti:id unũ erat:qđ timebat Cæ.ne ad saniorẽ mentẽ milites redirent:& inciperent ſcelus ſuũ cognoſcere. OMNIBON. Nõ pudet:Cæ.tanq̃ ꝑſentem increpat:ꝙ ſolus ipſe ſit:cui bella ciuilia placent. Manibus.i.a tuis militibus dãnata:manus imperatoris milites appellat. Hos: milites tuos prius pigebit ſanguinis q̃ te. Vis ferri:licẽtia armoꝝ illius diſplicebit:tibi uero nõ. Laſſere:defatigeris:ĩperatiuus modus eſt.legiṫ & Laſſare. Nolẽtibus: militibus tuis: & cogis eos ĩ bella toere. Bellũ ciuile: nõ ne uides ꝙ bellũ ciuile fugit te: & tu illud ſeq̃ris. Stetit aggere fulti:poſt iuectionẽ redit ad ꝓpoſitũ dicẽs quõ Cæ.magno aĩo ſe militibus obtulerit. Intrepidus uultu i.uultus talis erat: ut metui potius poſſet:q̃ metuere. Aggere:nã aſcendit aggerẽ de ceſpite erectũ: ut ab oĩbus poſſet circunſpici. Qui mõ in abſentẽ:redarguit milites ſuos:& ꝓbat eẽ dimittẽdos:oñdit ab utili:ꝙ utile ſit eos dimittere: qui ſeipſos oñdunt imbelles:ex eo ꝙ nihil auſi fuerunt q̃ uerba in imperatorẽ:& primo captat beneuolẽtiã ab ipſorũ perſona:ut qui Cæ.amãt: aduerſi ſiãt his qui ſeditionẽ cõcitauerunt:in odiũ ducimus aduerſariũ: cũ oñdimus aliqd ſpurce:ſuperbe factũ:oñdit eos ꝓ imperatore ſuo:primo cõſidẽter facere uoluiſſe:deinde fidẽ non ſeruaſſe:qm̃ ei minitabantur. Miles habes:tu q paulo ante audebas cõſidenter cõtra me:pectus meũ apertũ uide:qđ ferire potes. Hinc fugæ:deliberat dimittendũ eſſe:q a imbelles & ignaui ſint:nã ſi fortes eſſent:nõ uerbis cõtra imperatorẽ exacerbati eſſent:ſed re. Si b.ſi.p iuſta cã eſt:cur te dimittã:quia nõ es dignꝰ ſub Cæ.militare. Nil fot.a.ſ.ꝑter q̃ uti uerbis cõtumelioſis. Ac du.in. quia ſecũda fortuna mea faſtidio uobis eſſe cœpit:iõ ĩdigni eſtis:q mecũ poſt hac uincatis. Fatis:felicitate mea.
Vadite:ꝓbauit dimittẽdos eſſe:q a imbelles:& ignaui:rurſus ab utili:qđ meliores inueniet. Viros.ſ.fortes.
Quot te.ua.i.quot arma mihi ſuperũt:tot mihi fortuna uiros fortes dabit. An ne fu.ꝓbat a minori ad maius. Si Põ.fugiẽs milites inuenit:q ipſum ſeq̃renṫ: q̃to magis Cæ.milites inueniet q ſemꝑ uincit:q; fugiẽtẽ Põ.ꝓſequitur. Impulſi:a facili ꝓbat:nõ.n.inuitabunṫ milites:ut me ſeq uelint:quia nõ ad bella:ſed ad ꝑmia uenient: iã bello ꝓpemodũ pacto:& laboꝝ ueſtroꝝ ꝑmia ipſi accipiẽt. Impulſi:ꝓpemodũ cõfecti:trãſlatio ſumpta a colũna: q cũ ſemel cõcuſſa fuerit:facile euertiṫ. Lauriferos.i.triũphales. Vos deſpecta:pp ſeniũ:& interim uos relicta militia:& facti plebei:oẽs uidebitis uſos triũphos ab aliis occupatos eſſe. Exhauſta ſang.uulneribus acceptis.
Plebs ro.i plebẽ Romanã trãſlati. Veſtros:q uř i fuiſſent ſi mecũ uſq; ad finẽ militare uoluiſſetis. Cæſaris a.c.cõfutat militũ ſuoꝝ rõnes a ſimili:dixerãt.n.qcqd gerimus: fortuna uocaṫ: & nũc ſciat Cæ.nos ſuũ fatum eſſe. Rñdet:& dicit:licet ipſi diſceſſerint:tñ fortunã ſuã nõ diſceſſurã. Curſus:fortunã ſecundã: q̃ ipſum comitaṫ.
Veluti:a ſimili:quẽadmodũ ingt Oceanus,ẽt ſi oẽs fluuii auerterenṫ,nõ tñ decreſceret:eodẽ mõ ſi uos diſceſſeritis:nec mea fortuna minuetur:ſe comparat mari Oceano:ipſos uero fluuiis. Subducere:remouere fontes.

SVLPITIVS ℭ Momenta:fauores,& effectus. Premit ſe:demittit:& inclinat. Vacent:intenta ſint. Procerum motus hæc cuncta ſequuntur:omnia hæc ad principes:duceſq; refetuntur : qui ſunt curæ Deis : & uolunt multitudinis labores in illorum commoda uerti. Viuit paucis:ad paucorum utilitatem:nam reges & principes quid ſeruit humanum genus ſunt pauci. Horror:quantū fortior eſt exercitus ceruorum: leone duce:q̄ leonum duce ceruo:ut Philippus Macedunum rex dicere ſolitus eſt:milites a fuga:i qua ſunt a priſtina uirtute degeneraturi,deterret:nā cum ſub ipſius auſpiciis ſoliti uincere ſint:ſub Pompeio efficient imbelles: idq; Labieni ſui olim legati exēplo cōfirmat. Horror:metus. Orbis Iberi:Hiſpaniæ. Luſtrat:luſtrādo fugit. Cū p̄lato duce:cū Pompeio: quē p̄tulit mihi. Nec meli. nec uos fideliores exiſtimabo: ſi non militabitis ſub Pōpeio:q̄ ſi militabitis. Quicunq; enim a me diſcedit:& Pompeio non adhęret:nūquā uult eſſe meus:& ueniæ accipere beneficium. Hic nūquam: qui igitur ſub Pompeio ſunt: aliquādo in ſuam poteſtatem uenturos confidit. Sunt iuſta:a religione argumentū:Diis eſt mihi habenda gratia iquit:qui uoluerunt reliq̄ bella nouo ſim milite peracturus. Heu: lætantis eſt hoc loco:ſic & in Silii libro.xvii. Optimus heu nomen melius: maiuſq; triumphis. Onus: appellat curam præmiorum : quæ militibus dare ſtatuerat.

Amolit humeris:remouet ex animo. Datur:conceditur. Sperantes omnia:qui potuiſſent a me oīa ſperare:& eſt callida ad mitigādum, retinendūq; ratio. Nō ſufficit:non ſat eſt: etiā ſi totus diuidat. Mihi:ad meā utilitatē. Viris:fortibus.nam uos præ ignauia uiri nō eſtis. Quirites:non milites appellauit:ut magis moueret : ſic & alias fecit : ut Suetoni.tradit his uerbis : Sed una uoce qua Quirites appellat : tā facile circumegit, & flexit:ut ei milites eē cōfrſti reſpōderit. Ad paucos: pauci ſeditōis auctores remanebūt:nō i meū uſū:ſed ut puniant. Hæc rabies arſit:hæc ſeditio eſt excitata.

Quam nūc creſcit aq̄s. an uos momēta putatis
Vlla dediſſe mihi: nunq̄ ſic cura Deorum
Se premit:ut ueſtræ morti:ueſtræq; ſaluti
Fata uacēt. p̄cerū motus hæc cuncta ſequūt.
Humanū paucis uiuit genus:orbis Iberi
Horror:& arctoi noſtro ſub nomine miles
Pompeio certe fugeres duce.fortis in armis
Cæſareis Labienus erat: nunc tranſfuga uilis
Cū duce prælato terras : atq; æquora luſtrat.
Nec melior mihi ur̄a fides: ſi bella: nec hoſte:
Nec duce me geritis:q̄ſq̄s mea ſigna reliquit:
Nec Pompeianis tradit ſua partibus arma:
Hic nunq̄ uult eſſe meus: ſunt iuſta profecto
Curæ caſtra Deis: qui me committere tantis
Non niſi mutato uoluerunt milite bellis.
Heu quātū fortuna humeris iā pōdere feſſis
Amolitur onus: ſperantes omnia dextras
Exarmare dat: quibus hic non ſufficit orbis.
Iam certe mihi bella geram: diſcedite caſtris:
Tradite noſtra uiris ignaui ſigna Quirites.
At paucos:q̄bus hæc rabies auctoribus arſit:

OMNIBON. ℭ An uos momenta: nunquid creditis me: dum mecū militaſtis: ſuſtinuiſſe aliquam inclinationem uictoriæ meæ:nam nō uos uictoriæ cauſa fuiſtis:ſed ego fui cauſa:ut uos uinceretis:perſiſtit i ſimilitudine:quemadmodum Oceanus eſt origo fluuiorum : ita a me uictoria p̄fecta eſt. Nunquam ſic cura Deorum : q̄d creditis Deos curare hiuſmodi homines:ſed curæ Diis ſunt tātummodo principes. Premit:ſubmittit. Morti,ſalutiq; nullam habent curam Dii uiuatis ne:an moriamini. Vacent:ideſt uacua ſint & intenta. Humanum paucis uiuit genus:ideſt uiuit ad imperium paucoꝝ:quando Dii curant niſi principes: ſequitur ut multi uiuant ad imperium paucorum: & rationem ſuam confirmat. Orbis Iberi: nunc probat exemplo id ita eſſe q; Dii tantūmodo magna curant : & ideo humanum genus arbitrio paucorum uiuit : unum enim ex reliquo ſequitur : quia Dii principum ſolummodo curam habent : a principibus igitur reliqui autem pendent : dicit cum me ſequimini: uictores eſtis : quod ſi Pom.ſequeremini : fugeretis ſicut ille fugit. Iberi : Hiſpani. Fortis in armis : & ne forte me oſtentare credatis : exemplum capite a Labieno : qui ubi me ſecutus eſt : ſemper uictor fuit : mutato uero duce : uictus eſt. Hic Labienus legatus erat Cæ. & ſolus ad Pom.tranſit : & legatu Cæ.Galliam uicerat : & (ut refert Plutarchus) Labienus a Cæ.miſſus Tugurinos Galliæ populos penes Ararim fluuium profligatos attriuit: & interempto Pom.cui adhęſerat:ſecutus eſt in Libyam Scipionem & Catonem: dum Cæ.militibus occurreret equo per ilia cōfuſſo humi deiectus eſt: auctore Appiano. Nūc tranſfuga:p totum orbē fugit cū duce:quē mihi p̄poſuit. Nec melior mihi ueſtra fides:tranſit ad cōfutationē:quia illi dixerant Cæ.ſibi ducem fuiſſe in Germania:nunc uero cum priuatus redierit non ducē:ſed ſociū eſſe:ſed quod inquit Cæ.dicit ios uelle neutrū ſequi: nō ideo fides ueſtra probatur:nam quicunq; diſcedit e caſtris meis:& non tranſit in caſtra Pompei:hic oſtēdit aīum ſuum a me:quia ſequendo neutrum oſtenditis meos eſſe nolle : quia uincentes mecum præmio:nec cum Pompeio uicti uenia mei eſſe recuſatis : ergo ſequitur : q; nec mei eſtis præmio : nec beneficio ueniæ. Eſſe meus: uincens mecum præmio : uel ui uictus cum Pompeio ueniam poſtulet. Sunt iſta profecto : nunc oſtendit ex eo curam ſui habuiſſe Deos : q; uoluerint milites infidos in caſtris ſuis diſcedere. Oratorie : quod illi in detrimentum Cæ.dixerunt : ipſe idem in ſuam utilitatem conuertit: Vos dicitis me tum demū mea fata cognoſcere:cum a me diſceſſeritis : recte dicitis : quia cognoui mihi Deos propitios: & mihi milites infidos : propterea me liberarunt acri onere. Mutato milite:ne ipſius perfidia mihi noceret. Heu quantum: exonerarunt me Dii magno onere: quia ſpes ueſtras præmium nullum,quantumlibet magnum,implere potuiſſet. Amolitur:remouet. Non ſufficit orbis:quia quanto maiora præmia caperent: tanto maiora ſibi deberi exiſtimabant. Mihi bella geram.i. ad utilitatem meam: nec uobis obligatus ero. Viris:fortibus. At paucos: poſt confutationem ſuorum: nunc exequit ſentētiā ſuā:ut ſecuri percuterent pauci huius ſeditionis auctores:his dictis ſimul & impletis:oēs terrore perculſi obedienter paruerunt ipſo Cæ. Paucos:q non amore meo timēt:ſed metu pœnæ:ergo dabūt pœnas.

ℭ Tendite:

℄ Tendite:extendite. Tiro rudis:noue mileſt& inexperte. Robore:firmamento. Specta:mirare: hæc exempla. Ferire:nocētes. Mori:ſi quid tale fueris auſus. Iners:bene inertem appellat: cum neq; ſecedere auſum ſit: nec in Cæſarem inſurgere. Vnum caput: Cęſa. Factura: q facere potuiſſet: ut Cæſar dux non eſſet. Moturus ferrum:iuſſurus enſibus:ut eos:quos recuſarent milites:ipſi lædrrent. Patientia:obedientia militum. Præſtitit iugulos:obtulit ſe morti:& non tantum officium gladiis exegit:ſed etiam ſuos iugulos obtulit. Nil magis:id uehementiſſime metuebat Cæ.ne amitterent audaciam ueterani:qui erant ſceleribus aſſueti. Mentes:furorem ueteranorum. Perire:remitti: & ne recuſarēt exequi qđ iuſſerat. Tunc aūt perit mens ſcelerata cum pia efficif. SVLPITIVS

Non Cæſar: ſed pœna tenet:ꝓcumbite terra:
Inſidumq; caput:feriendaq; tendite colla.
Et tu:quo ſolo ſtabunt iam robore caſtra
Tiro rudis:ſpecta pœnas:& diſce ferire:
Diſce mori.tremuit ſæua ſub uoce minantis
Vulgus iers: unūq; caput tā magna iuuētus
Priuatum factura timet:uelut enſibus ipſis
Imperet inuito moturus milite ferrum.
Ipſe pauet ne tela ſibi:dextræq; negentur
Ad ſcelus hoc Cæſar:uicit patientia ſæui
Spē ducis: & iugulos:nō tātū præſtitit enſes:
Nil magis aſſuetas ſceleri q̄ perdere mentes:
Atq; perire timet.tam diri fœderis ictu
Parta quies:pœnaq; redit placata iuuentus.
Brūduſiū decimis iubet hāc attigere caſtris:
Et cunctas reuocare rates: q̄s auius Hydrus:
Antiquuſq; Taras: ſecretaq; littora Leucæ:
Quas recepit ſalpina palus:& ſubdita Sipus
Mōtibus: Auſoniā qua torquēs frugifer orā
Dalmatico Boreæ:calabroq; obnoxi⁹ Auſtro

Ictu tam diri fœdrris: ideſt rædе auctorū ſeditionis: quos decimauit.i.exdecē ſingulos puniuit: pcuſſi itaq; ſunt,auctore Appiano.xii. Attingere decimis caſtris: peruenire intra decē dies: ſingulis.n.diebus una caſtra locantur. Hydrus:fluuius Appuliæ:qui in Adriacum effluit. Eſt etiam mons, auctore Mella,a quibus eſt appellatum Hydrus oppidum:qđ anno proximo ſuperiore a turcis eſt crudeliſſime expugnatum:& uix demum a noſtris receptum. Auius:flexuoſus. Taras:fluui.iuxta Tarentum a Tara: Neptuni filio: qui eam urbem ædificauit. Leuce: urbs non grandis: quæ diſtat Tarenti ſtadiis quingentis:& Hydrunte cētū quinquaginta: hinc uero Brunduſiū quadraginta. Salpina palus: eſt i Appulia iuxta Salpinam ciuitatē meretricio amore Hānibalis inclytā. Sipus:palus etiam: ſiue lacus ad Sipontem:quod ædificiū credif Diomedis:diſtar a Salpina ſtadiis centū & quinquaginta: Græci eā Sepūtem nūcupāt: ab eiectis fluctu ſepiis.iter Salpinā & Sipūtē fluuius & lacus. Torq̄ns:iflectēs. Garganus: ante ſinū adriacū ꝓmōtoriū ē Garganus: q ad ſtadia trecēta protēdere in pelagus orientē ꝓſpectās. Obnoxius: qa latera ad hos uētos uerſa habet. a ſiniſtra.n.Boream & Dalmatiam:a dextra Calabriam & meridiem ſpectat. Hydrus ubi Salpina quæ

℄ Nō Cæſar: ideſt amor Cæ. Sed pœna.i.pœnæ metus. Procūbite terræ: ut caput detruncef. Tendite δειρ τιχοῦ. Specta pœnas o tiro: horū exēplo diſce fidelis eſſe. Diſce mori:ſi aliquid ꝑpetraueris. Tremuit ſua ſub uoce:nūc milites Cæ.reꝑhēdit Lucanus: tantā multitudinē iuuenū timuiſſe unū hominē:cū facile illū tollere poſſent:& nec recuſarūt:ſed ipio illius paruerunt: ut inuiti illos occiderent:quorum auctoritate ſeditio orta fuerat. Priuatū.i.q ſine ipio eēt:nā ſi diſceſſiſſent:non habuiſſet qbus imperaret. Enſibus ipſis Imperet:ut uidelicet ipſi milites:niſi iperio Cæ. enſes mouere non poſſint. Ipſe pauet:at ipſe Cæſ. metuebat id qđ milites parati erāt exeq: ne illi recuſarent occidere huius ſeditionis auctores. Scelus:ad puniendum ſeditioſos. Vicit patiētia: patiētiores fuere milites q̄ Cæ ſperabat. Iugulos non tantum:qa dixerat Ferienda tendite colla:illi exhibuere colla,& iugulum interficiētibus ſe. Timet mētes: militū ſuoꝝ:licet ſimularet nō magnificare milites ueteranos:tamen nihil erat:qđ magis timeret:ſciebat.n.illos aſſuetos militiæ:& non facile inueniri poſſe tales. Tā diri fœderis: ſed cū paucos ſeditiōis auctores cecidiſſet:ita animos militum cōfirmauit:ut nūq̄ antea fuerit obſequētiores. Diri fœderis: p execrationē: nā porca imolari ſolebat & cædi:cū fœdera iungerenf:nūc uero milites cæſi ſunt Vir.illud expſſit: Et cæſa iūgebāt fœdera porca. OMNIBON.

Parta qes:nā mœtu pœnæ placatus eſt miles. Redit:in fidē ipatoris. Brūduſiū de.nūc Luca. ꝓſeqf quomō Cæ.ſumpta de paucis pœna cōſtituit: ut qđ reliquū belli ſuparet: ꝓſeq̄ref.primū igif Brūduſiū iuſſit ire milites & reuocare rates oēs:q Brūduſiū uenerāt:& loca nomiat:ubi claſſis Cæ.cōſtiterat. Hāc.ſ.iuuentutem:q ſedata ſeditione obſequtētiſſima facta erat. Decimis ca.i.decimo die:nā ſic dies noianf i re militari:q ſingulis diebus caſtrametari ſolebāt antiq:& quocūq; iter facerent:ubi nox eos deꝑhēdiſſet:ibi caſtra ponebāt:iō quoties legimus ſecundis:uel tertiis:uel q̄rtis caſtris: ſignificat ſecūdū:uel tertiū:uel q̄rtū diē. Hydrus:urbecula ē Appuliæ: ex q̄ ad Leucā(ea.n.urbs nō grādis ē)ſtad.cl.ad Brūduſiū uero.xl.ſtad.ſunt:auctore Strabone li yii.df & Hydrōs. Bares:Bares uelut nunc uocant Baretū:urbs exigua:iacet i Salēinoꝝ finibus:ad quā pedeſtri magis q̄ maritimo itinere a Tarēto facile puenif.e Tarēto ad Brūduſiū nauigationis circuitio ē.Pōt legi ēt Taras.i. Tarētū: nā Taras Neptuni filius cōdidit Tarētū:& a ſe appellauit:qđ deide P nalātus Lacedęmōtos cū Parthenlatis:occupatū āpliauit. Antiquus ergo Taras.i.uetuſtū Tarētū: i cuius portu habuit naues Cæ. Nā cōditores ꝓ ſuis urbibus poni uſitatū ē. Salpina pa.q̄ ē a Salpina ciuitate amore pœni Hānibalis i:lyta:hęc Appuliæ pria fuit: q ad Hānibalē defecerat:& ab hac ciuitate palus dicta eſt. Sipus: Appulię ciuitas:credif Diomedis fuiſſe ædificiū:dicif alio noie Sipōs uel Sipōtū:diſtat a ſalpina ſtad.c.&.l.Gręci uero eā Sepūtē nūcupāt:abiectis e fluctu ſepiis:ut li.yi.a Strabone referf. Subdita mōtibus:qa ſita in cāpis & in plano eēt. Gargāus frugifer.i.fertilis:mōs ē Appuliæ fœcūdiſſimis ad ſtad.ccc.protēdif in pelagus:ut ingt Strabo. Torq̄t auſoniā orā:quia in anguſtū orbem uoluif: & ibi iuxta adriacum mare linguam facit:ubi ſitum eſt Brūduſiū. Dalmatico Boreæ: obnoxius Boreæ: qui a ſeptentrione in Dalmatiā perflat:& obnoxius calabro Auſtro: qui a ſeptētrione Boreā:a meridie Auſtrum habet.

SVLPITIVS ¶ Ipſe petit: cõpoſita ſeditione ad Placẽtiã Cæ. Rom. ſe cõtulit: & cũ nec ſenatus: nec cõſul ipſum eligeret: ſeipſum dictatorẽ noiauit: ut ſcri. Appianus. Sed dictaturam ultra dies nõ geſſit undecim: inde conſulem ſe creauit: Põ. q; Iſauricum collegam ſibi aſſumpſit. Prætores in prouincias miſit: M. Lepidũ in Iberiã: Albinũ i Siciliã: Peduceũ in Sardiniã: Deciũ uero Brutũ Galliæ præfecit: & collatis multis in populũ beneficiis Brunduſium iter arripuit.

Appulus adriacas exit Garganus in undas.
Ipſe petit trepidã tutus ſine milite Romam
Iam doctam ſeruire togæ: populoq; precanti
Scilicet indulgẽs ſummũ dictator honorem
Contigit: & lætos fecit ſe conſule faſtos.
Nãq; oẽs uoces per quas iam tempore tanto
Mentimur dominis: hæc primũ reppit ætas:
Qua ſibi ne ferri ius ullum Cæſar abeſſet:
Auſonias uoluit gladiis miſcere ſecures:
Addidit & faſces aquilis: & nomen inane
Imperii rapiens. ſignauit tempora digna
Mœſta nota. nã quo melius pharſalicus an/
Cõſule notus erit? fingit ſolẽnia cãpus: (nus
Et non admiſſæ dirimit ſuffragia plebis:
Decantatq; tribus: & uana uerſat in urna:
Nec cælũ ſeruare licet: tonat augure ſurdo:

Togæ: ipſi Cæ. inermi: & ui non inferenti. Populoq; pcãti: ironia ẽ: nã Cæ. ſcri. ſe apud Maſſiliam cognouiſſe legẽ de dictatore latã: ſeq; dictatorem a M. Lepido dictũ. Indulgẽs: obtẽperãs. Lætos: ironia. Nãq;: cõfirmat ironiã. Oẽs uoces: ut ſunt: Diuus ipator Auguſtus: Pater patriæ: fũdator gẽtis &c. Dominis: tyrãnis. Qua ætate: ut plenã Cæ. poteſtatẽ hẽret. Gladiis ſecures: cõſulatũ tyrãnidi. Faſces aqlis: cõſulatũ imperio. Imperatores. n. aqlas gerũt, & arma: conſules, faſces, & ſecures.

Inane: uanũ. nã re uera is iperator dicit: nõ q tyrãnus eſt: ſed q uictori exercitui præeſt. Mœſta: propter ſeruitutẽ: & bella ciuilia. Nota digna: ſigno cõueniẽti & apto: q; ſe cõſule facta eſt cędes pharſalica. Cãpus: populus ad Martiũ cãpũ: cõueniẽs metonymia. Fingit ſolẽnia: fingit comitia: nõ facit uere. Dirimit ſuffr. diuidit fautores. Admiſſæ: ad ſuffragãdũ: & paucis morẽ comitiorũ cõplectit. Decãtat: nominatĩ citat. Tribus: nomina tribuũ. Vana: qa populus iſeq̃ẽs erat & fingebãt ſe ex omnium cõſenſu creare magiſtratus.

Nec cælum: & quamquam ſine auſpicio magiſtratos creari non ſolerent: tamen non obſeruabant tonitrua: aues: proſperaq; eſſe auſpicia mentiebantur. Surdo: diſſimulãte audite: nã tonãte & fulminante Ioue comitia haberi fas nõ erat: qđ Ci. Philippica qnta his uerbis docet: Ioue. n. tonãte cũ. P. R. agi nõ eẽ fas: qs ignorat.

OMNIBON. ¶ Exit in undas: cũ ambitu adriatici: nã ibi linguã facit: ubi ſitum eſt Brondaſium: per hæc loca claſſis Cæ. tranſitura erat. Ipſe petit: hiſtoria hoc habet: Deuictis Petreio & Afranio: pro compoſitis prouinciæ rebus Cæ. primum uenit in Teraconẽ: & eo legatiões undiq; ad Cæ. conuenerunt: qbus expeditis: redit Maſſiliam: quæ iã deuicta erat (ut ſupradictũ eſt) impoſito duarũ legionũ pſidio: reliquas copias in Italia miſit: ipſe uero audita lege lata de dictatura: a M. Lepido prætore factũ ſe eſſe dictatorem Ro. proficiſcit: & ipſo dictatore habente comitia creati ſunt conſules: prior ipſe dictator: deinde P. Seruilius collega. Tutus ſine milite: qa iam nullus erat in Italia exercitus: quẽ metueret: imo omnia Imperio Cæ. in Italia parebant. Iam doctam ſeruire togæ. i. tranquillitati: nam ex quo Pom. diſceſſerat: omnia Cæſ. occupauerat: ideo q̃ſi oblita erat libertatis: & nemo audebat reſiſtere Cæ. Dictator: Cæ qa ante a M. Lepido lege lata dictator dictus erat. Sũmũ honorem. i. conſulatũ: qa ex dictatore conſul factus eſt Cæ. Appianus autẽ dicit: q; Cæ. ſeditione apud Placentiã ſedata Ro. reuerſus eſt: trepidante adhuc populo: neq; ſe ſenatu: aut conſule illum eligẽte: ſeipſum dictatorem nominauit: uerum ſiue ut inuidiam dilueret: ſiue q; magiſtratu minime indigeret: per undecim ſolũ dies illi præfuit: ſe conſulẽ in futurũ deſignauit: P. quoq; Seruilium Iſauricum collegã ſibi aſſumpſit. M. Lepidum in Iberia. In Sicilia Aulum Albinum. In Sardinia Sextum Peduceom delegauit. Galliæ nuper adeptæ Decium Brutum pſidere iuſſit. Deniq; ciuibus confectis omnibus Ro. regreſſus Cæ. appellatus eſt pater patriæ: & dictator in omnem uitam electus: conſulq; ad decẽnium: corpus eius ſacrum: & intemeratum habitũ. Suetonius uero dicit: continuũ conſulatũ recepiſſe: ppetuam dictaturã: pfecturãq; morũ: inſup pnomen Impatoris: cognomen patris patriæ: ſtatuam inter reges: eminentiorem locum in Orcheſtra: & alia ampliora ẽt humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt: ſedem auream in curia: templa: & aras: & ſimulachra iuxta Deos. Indulgens populo: qa Cæ. q̃ſi ſimulabat ſe nolle accipere conſulatũ. Precãtis quia populus precabat conſulatũ ſibi ut ſumeret. Indulgens. i. faciens hanc gratiam populo. Lætos faſtos: faſti libri erant: in qbus magiſtratus oẽs ſcribebantur: pcipue conſulum. Namq; oẽs uoces: hoc tẽpus: quo Cæſar conſulatũ accepit: fuit principium: ut falſis noĩbus Imperatores Ro. appellarentur: cum reges ſint: immo uero tyranni appellandi: non conſules: non ptores: cum Imperatoris non leuis eſſe uideatur: tamen grauis: atq; moleſta res eſt: ipſi. n. tyranni omnia libidine ſua faciebant: tunc primum inqt huiuſmodi nomina inuenta ſunt: quibus dominos atq; tyrannos falſo appellamus. Qua ſi. ne: quia imperatorię dignitati miſcuit conſolatum: & omnes dignitates. Gladiis ar. q̃ propria ſunt impatorum: nam impatores pprie dicunt q exercitibus pſunt: q̃q̃ corrupto uocabulo dicant: q terrarum orbi ipent. Repperit ætas: ex eo tpe primũ inceperũt appellari dñi. Ferri: militũ: q ſunt arma ipatorũ. Auſonias ſe. i. conſularẽ dignitatẽ: q̃ pacifica eſſe ſolet. Gladiis. i. armis militũ: q̃ ſub ipatore cõſtituũt. Addidit & faſces aqlis: militaribus inſignibus addidit faſces: q̃ ſunt cõſularia inſignia. Nomẽ inane: qa nõ legitime factus erat ipator: q̃do ſm leges factus erat cõſul ipii. Digna nota. ſ. cõſulatus. notam tporũ Cæ. cõſulatũ appellat. i. maculã & infamiã. Nã quo melius cõſule: talẽ. n. tunc conſolẽ Po. Ro. accepit: ut exercitũ ſimul cũ libertate amitteret. Pharſalicus annus: quo i Pharſalia pugna ciuilis geſta eſt: & ſimul cũ exercitu Romano libertas periit. Notus erat: dignus cõſulatu Cæſar erat: quo conſule tanta clades ingrueret. legit etiã Erit. Fingit ſolẽnia: incipit oſtendere: quomodo nõ ſecũdũ leges factus erat cõſul. Solẽnia. i. comitia ſolẽniter idicta. Suffragia: uidelicet eqtũ: & ſenatorũ. Decãtatq; tribus. i. p pconẽ iubet citari tribus: nã pcones decãtare uidebantur:

Faſti libri qui

re uidebanť:cũ nominatim tribus citabát. Vana:quia populus infrequés erat. Vrna:in urnã.n.conijciebanť ſortes triginta gnq; tribuũ:& permixtis in urnã ſortibus:deide ſingulæ excipiebanť: & cuius prima ſors educereť: illa primũ citabať. Cælũ ſer.i.aues:& ſigna cæli:nõ licet ingt auſpiciũ capere: quia mos erat Romanoꝝ:ut nec publice:nec priuate quicꝗ facerẽt:niſi prius captis auſpicijs:ergo non licet capere auſpiciũ:quia nulli erant augures. Augure ſurdo:quia etiam ſi augur aliquis eſſet: diſſimulabat ſe audire tonitrum aduerſa ſignificantem: & quãuis aduerſæ aues eſſent:iurabat tamen bonas aues apparuiſſe:quæ conſolem Cæſarem admitterent. SVLPITIVS

Et lætæ iurantur aues bubone ſiniſtro.
Inde perit primum quondam uenerãda ptãs
Iuris inops:careat tantum ne nomine tẽpus:
Menſtruus in faſtos diſtinguit ſæcula cõſul.
Nec non Iliacæ numen quod pręſidet Albę
Haud meritũ Latio ſolemnia ſacra ſubacto:
Vidit flammifera confectas nocte latinas.
Inde rapit curſus:& quę piger Appulus arua
Deſeruit raſtris:& inerti tradidit herbæ:
Ocyor & cæli flammis:& tigride fœta
Tranſcurrit:curuiq; tenens minoia tecta
Brunduſii:clauſas uentis brumalibus undas
Inuenit:& pauidas hyberno ſidere claſſes.
Turpe duci uiſum eſt rapiendi tempora belli
In ſegnes hæſiſſe moras:portuq; teneri:
Dum pateat tutum uel non felicibus æquor.
Expertes animos pelagi ſic robore complet:

℄Et lætæ iuranť aues:& cum apparuiſſet mali augurii bobo iurabant auſpices felicia ſe auſpicia habuiſſe: nã lecti magiſtratus : niſi ab auguribus approbarẽtur, priuabanť. Inde:ex illo tpe. Ptãs : conſulatis. Ptãs iuris inops:oppreſſa ui:non defenſa : & quæ nequit dignitatem ſuam retinere. Tm̃:tantummõ ideo inquit conſules creati ſunt:ut tpa ſignari poſſent. Mẽſtruus: menſtruum appellat:quia tm̃ uno menſe.i. Decembri durauit collega Cæ. Numen : Iuppiter latialis. Iliacæ: Troianæ. Haud meritum:indignum:quia Latiũ, cui præerat, in priſtina libertate non ſeruauit. Sacra ſolemnia:feſta:quæ quotannis celebrantur. Latinas confectas:ſacra:& ferias finitas. Flammifera: ferebãt .n. numina noctu:cum iretur ſacrificatum. Piger:nõ ſatis arans. Arua:prata: quoꝝ ſectæ herbæ raſtris colliguntur. Inerti:quæ nullo labore naſcitur. Ocyor & cæli:hyperbole ad celeritatem indicandam. Cæli flamma:fulmina. Tigride fœta:quadrupede illa:quę peperit. Tunc uelociſſima eſt:& uenatorem, qui catulos ſe abſente rapuit, perſecuta:ubi illos ab eo obiectos reportauit in luſtra:fugientem deprehendit:& lacerat: niſi flumine prohibeatur:ut Pli.ſcribit. Minoia tecta: hoc ideo:quia Cretenſes Brunduſiũ ędificarunt. Clauſas:non nauigabiles:maria.n. Vegetio auctore, claudi dicũtur a die tertio iduum Nouembris uſq; in diem ſextum iduum Martii. Brumalibus:hyemalibus.nam brumæ tempore Brunduſium uenit:& pridie nonas Ianuarias naues ſoluit. Sidere hyberno:tempeſtate hyemali.
Duci:Cæ. Tempora:occaſionem arripiendi belli:ut minus ab hoſte læderetur & plus ipſe nil ſoſpicantibus nocere poſſet. Hæſiſſe:diſtrahi:& tardari. Vel non felicibus:etiam infelicibus quibuſcunque : & Pompeianis non modo ſibi:cui fata fauebant. Robore:animi firmitudine & audacia. Sic:huiuſmodi uerbis.

℄Lætæ:felices. Bubone ſiniſtro:mala ſignificante:ſiue uolatu:ſiue cantu augurium dabat.nãq;(ut ait Pli.)Bubo funebris:& maxime abominatus publicis ꝑcipue auſpiciis. Inde perit primũ:& ex eo tpe perire cœpit cõſulatus. Inde:ex eo qđ contra leges occupaſſet magiſtratũ Cæ. Iuris inops:ptãtis : cum Cæſar oĩa foret. Noĩe tps:quia tps denoſabatur a conſulibus. Noĩe:ut in faſtis ſcripti conſules tpa denotent. Menſtruus conſul.i. q uno menſe tm̃ duraret:quia extremo anni menſe creabatur. Nec non iliacæ:dicit populum feciſſe latiali Ioui ſacra:tametſi non mereretur:& reddit cauſam:quia permiſerat:ut latiũ ſubigeretur a Cæſare:hæc ſacrificia latialia dicebanť:eo ꝙ ex oĩ Latio ad hæc ſacra conueniebant. Solẽnia:.i.latinas. Numen iliacæ Albæ:latialis.Iuppiter ideo latialis dr̃:quia præſit Albæ:quam primus cõdidit Aſcanius Aeneæ & Lauiniæ filius: ubi latialis Iouis in medio templũ condidit:ubi Latinæ ſolemnia ſacra Ioui inſtituta ſunt. Latinæ feriæ(ut refert Varro)a Latinis populis dictę:quibus ex Albano monte ex ſacris carmen petere ſolii ius cum Romanis:indicebantur aũt Latinæ: cum noui conſules magiſtratum inibant. Flammifera nocte:quia nocte ſacra fiebant:ideo faces gerebant. Inde rapit curſus:hæc ubi fecit Cęſar Brunduſium nauigauit:quo claſſem ſuam conuenire iuſſerat. Rapit curſus: ſemper Cæſari celeritatem tribuit. Longiſſimas enim uias(ut refert Suetonius)incredibili celeritate confecit:expeditus meritoria rheda centena paſſuum millia in ſingulos dies:ſi flumina morarentur:nando trahens: uel innixus inflatis utribus:ut ſæpe nuncios de ſe præuenerit. Piger Appulus:quia piger ideo fœcunditate otioſus : quia ſine labore ſponte ſua ſegetem producit. Inerti herbæ:quæ ſine agricolarum labore naſcitur. Ocyor cæli flammis: ideſt uelocior fulmine. Fœta:quæ peperit. Clauſas:tantum frigus fuerat:ut omnia glacie obducta eẽnt: adeo autem nauigare non poſſent. Minoia tecta:nam a Cretenſibus:qui a Gnoſo cum Theſeo diſceſſerunt:habitatum fuit Brunduſiũ. Vndas:quia in littore conditũ eſt Brunduſiũ. Clauſas undas Brunduſii:quia in anguſtum orbem:ubi mare conuolui. Clauſas:congelatas:ſi de mari:referendum eſt ad uentos:quia nauigatio maris clauſa dr̃:cum uenti ſunt aduerſi. Turpe uiſum duci:dicit Cæ.non potuiſſe hanc moram pati:dum mare gſceret:ſed milites ſuos adhortatus eſt:ut ſe freto committerent. Rapiendi:feſtinandi. Vel non felicibus:donec mare tranquillum efficeretur:ut etiam infelices per id tuto nauigare poſſent. Robore : audacia : & fortitudine animi. Fortius hyberni:hæc oratio habet ſuaſionem:ergo in deliberatiuo gñe conſtitutam intelligimus. ſuadet.n.militibus:ut nauigare uelint:nec perturbationem maris timere. Suaſio autem ab honeſto:ab utili:a facili: a iucundo:a neceſſario ſumitur. Arguit primum a partibus prudentiæ:quæ in tres diuidiť:in memoriam: prouidentiam:intelligentiam. Arguit ab intelligentia:oñdit.n.ſe peritũ eſſe maris:& uentoꝝ : quia uidelicet ſit tutius nauigare flante Aquilone tempore hyemis:ꝗ uernis uentis:quia Aquilo perdurare ſolet : uerni uero permutari.

OMNI BON.

Latialia ſacrificia uñ

Feriæ Latinæ

SVLPITIVS

¶Fortius:ſuadet uernos uentos non expectandos: & nunc in hyeme nauigandum: quia uenti plus durant: & hoſtes minus nocere poſſunt: & plus lædi tale nil ſuſpicantes. Vtitur autem confirmatione: & confutatione cũ concluſione. Tenent cælum: durant in aere. Inconſtantia ueris: uer enim nunc ſerenum: nunc turbatum eſt: nec ſeruat in ulla tempeſtate conſtantiam. Nec maris: argumentum a facili. Anfractus: flexus: circuitus.
Luſtranda: circundanda. Recti fluctus: mare. quamquam rectæ undæ dicuntur: quæ puppim feriunt: obliquæ uero: quæ latus nauigii. Carcheſia: ſummitates: & propugnacula in ſummo malo: & foramina quæ funes recipiunt: quandoque etiam pro poculis ponitur.

Fortius hyberni flatus: cælumq; fretumq;
Cum cepere: tenent: q̃ quos incũbere certos
Perfida nubiferi uetat inconſtantia ueris.
Nec maris anfract⁹: luſtrãdaq; littora nobis:
Sed recti fluctus: ſoloq; Aquilone ſecandi.
Hic utinam ſummi curuet carcheſia mali:
Incũbatq; furens: & graia ad mœnia perflet:
Ne Pompeiani Phæacum e littore toto
Languida iactatis cõprẽdant carbaſa remis:
Rumpite: quæ retinent felices uincula pras.
Iamdudũ nubes: & ſæuas perdimus undas.
Sidera prima poli Phœbo labẽte ſub undas
Exierant: & Luna ſuas iam fecerat umbras:
Cum pariter ſoluere rates: totoſq; rudentes
Laxauere ſinus: & flexo nauita cornu
Obliquat leuo pede carbaſa: ſummaq; pãdẽs
Suppara uelorum perituras colligit auras.
Vt primum leuior propellere lintea uentus
Incipit: exiguumq; timent: mox reddita malo
In mediam cecidere ratem: terraq; relicta
Non ualet ipſa ſequi puppes q̃ uexerat aura.
Aequora lenta iacent alto torpore ligata:
Pigrius immotis hæſere paludibus undæ.

Curuet: præ uehementia incliner. Incumbat: ſuper ueniat: & perſeueret. Furens: uehemens: uel ferens proſperitatem. Perflet: ad finem flet: & perducat nos ad littora graia. Pompeiani: claſſis: quæ eſt in Corcyria Pheacum patria. Carbaſa languida: naues noſtras non impulſas a uentis. Iactatis remis: remigando: quia triremes habent. Carbaſa: uela. pars pro toto. Iamdudum: iam diu. Perdimus: amittimus: quia non nauigamus: & fruſtra nobis prodeſſe conantur: ut occulti quo uolumus: celeriter perueniamus. Sidera: habita concione huiuſmodi Cæſ. uniuerſus exercitus conclamauit: quæcunque iuberet: ſe eſſe paratum: impoſitis ergo ſeptem legionibus: in claſſem ire cœpit. Prima ſidera: ueſpera indicat. cronographia. Labente: occidente. Fecerat umbras: non lucebat amplius: nam occiderat. Rudentes: tracti: & adducti funes. Laſſauere ſinus: dilatauere uela. Flexo cornu: antennarum ligno. Obliquat: in obliquum opponit. Leuo pede: ſiniſtro fune: quo uelum tenditur. Græci πόδα dicunt. Virgilius: Vna omnes fecere pedem. Vento autem a ſiniſtra flante: quo recta nauigatione uti poſſumus: funem, & uela in dextram cõuertimus: & ſic contra. Suppara: lintea: quamquam pro ueſtimento puellari lineo ꝓprie poni ſupra docuimus.
Perituras: non uehementes: & breui ceſſaturas. Propellere lintea: impellere uela. Exiguũ: pro aduerbio nomen. Reddita malo: nam cum plena non ſunt: & acri uento nõ impelluntur: in malum redeunt. Non ualet: deſinit flare. Ligata torpore: hærẽtia, & immota quiete: & tranquillitate. Iacent: non fluunt. Pigrius immotis: hanc maris tranquillitatem paludibus: & euxinio gelu aſtricto Meotidi comparat. Immotis: quietis: pigris.

OMNIBON.

¶Fortius hyberni. hyemalibus nos indigemus uentis perſeuerantibus: ſed hyberni uẽti magis durant: q̃ uernis ergo ſperanda eſt bona nobis nauigatio. Incumbere: inſiſtere certos. Nec maris anfractus: præterea non requirimus uarietatẽ uentorum: ſicut faciunt: qui mare circumueniunt: ſed ex directo nauigãtes ſolo Aquilone in Græciam perferri poſſumus. Anfractus: circuitus. Hic utinam: ut hic Aquilo diutius duret. Curuet: adeo impetuoſe perflet: ut malum nauis incliner. Carcheſia: hãc uulgo nauem appellant: quæ in ſummo mali poſita eſt: eſt & genus poculi. Ferens: uehementer ſpirans. Ne Pompeiani: reddit rationem: cur optet Aquilonem uehemẽtius ſpirare: quia rates erant per littora Pheacum: ubi claſſis pompeiana conſtiterat: metuebat igitur: ne uentus deficeret: & naues in medio mari continerentur: & a Pompeianis caperentur: in hoc mari naufragium fecit Vlyſſes: cum in Græciam ꝓficiſceretur. Languida: deficiente uento. Remiſt ne ipſi remis noſtras circumueniunt.

Carcheſia quæ.

Rumpite quæ: ergo dum nobis fauent uenti: ſoluite naues. Iamdudum nubes: nunqđ ſentitis nebuloſum hoc tẽpus: & uentoſum uobis propitium eſſe. Sæua: quæ ſæuæ uidentur. Sidera prima poli: hac perſuaſione aíos militum Cæſar erexit: ut ſe intrepidos mari committerent: deſcribit tempus nauigationis: dicit enim principium noctis fuiſſe. Prima ſidera poli: occidente Sole ſtatim ueſper prima ſtella apparuit. Suas umbras: ideſt noctem: iam Luna exorta erat. ſicut lux propria Solis dicitur: ita umbræ ſunt Lunæ. Totoſq; rudentes: quia cum carbaſa intendere uolunt: rudentes intendunt: ut antenna ſublata: uenti uela implere poſſint. Rudentes: funes: quibus intenditur uelum. Et flexo nauita cornu: obliquat leuo pede: expreſſit geſtum nautæ: tum cum ſoluta uela aperit: tenſo rudente. Vela obliqua: leuo pede: ut Virgi. Vna omnes fecere pedem: ideſt una omnes intenderunt funem. Leuo pede: quo intenſo: ſtatim aperta ſunt uela. Pes autem funis eſt: quo uelum tenditur. Catullus: Siue utrunq; Iuppiter Simul ſecundus incidiſſet in pedem. Cornu: ſcilicet antennarum: quæ tanquam cornu ſunt in ſummo malo. Supparus: eſt linteum femorale: eſt etiam ueſtimentum puellare: quod ſubula dicitur: hic & alibi accipit pro ſumma uelorum parte: quæ rugoſa eſt. Summa: ſummas partes. ſignificat ſecundos habuiſſe uentos. Vt primum: ſtatim inquit uenti ceſſauere: & deſtitutæ ſunt in medio mari naues. Exiguum: pro exigue. unum ſequitur ex reliquo: nam quia leuior ſpirat uentus ideo parum tumeſcebant uela. Terra relicta: quia iam a littore in mare medium deduxerant naues. Ligata: compreſſa. Alto torpore: quia nil mouebant.

Pes qđ

¶Boſphorus:

¶ Boſphorus: Boſphori ſunt duo anguſtiſſima freta: quorum alter Cimmericus appellatur: eſtq; inter Meotidem: SVLPITIVS Boſphori duo
& Euxinum contra Europæ principium. de quo Oui. Boſphorus & Tanais ſuperant: ſcythicæq; paludes. Alter Thracius pontici maris pars prope Bizantium: qui eſt inter Euxinum & Propontidem: ponit ergo Boſphorum pro Euxino. Stat iners: non mouetur. Iſter: Danubius: qui per ſeptem hoſtia exit in pontum. Mare: Euxinũ ipſum. Comprimit: conſtringit: retinet. Nec peruia. i. equites non rũpunt gelu ipſius maris p quod eunt nauigia: & uela. Orbita: rota currus: & eius ueſtigium: ut ait Aſconius: dr̃ & orbitus adiectiuum: ut Morus orbitus apud Varronem. Beſſi po. ad Hæmum montem: qui ob latrocinia laito uocatur. Migrantis: diſcedentis: euntis. Meotica: paludem in Scythia: quam efficit Tanais: & congelatur ſicut Euxinum. Latente: quia ſub gelu eſt. Sæua: magna. Ignaua ſtagna: mare tranquillum. Mœſto profundo: mari pigro. Veluti deſerta natura rigente: tanquam relicta a natura: quæ nunc rigere: & ſe non mouere uĩ. Ceſſant: non mouẽtur. Vices: officium: curſum. Nec uibrat: commeat: fluit.

Sic ſtat iners ſcythicas aſtringẽs Boſphorus (undas:
Cum glacie retinente fretũ nõ impulit Iſter:
Immẽſumq; gelu tegit mare: cõprimit unda:
Deprendit quaſcunq; rates: nec peruia uelis
Aequora frãgit eq̃s: fluctuq; latẽte ſonantem
Orbita migrantis ſcindit Mæotica Beſſi.
Sæua quies pelagi: mœſtoq; ignaua ꝓfundo
Stagna iacentis aquæ ueluti deſerta rigente
Aequora natura ceſſant: pontuſq; uetuſtas
Oblitus ſeruare uices non commeat æſtu:
Non horrore tremit: nõ ſolis imagine uibrat
Caſibus innumeris: fixæ patuere carinæ.
Illinc infeſtæ claſſes: & inertia tonſis
Aequora moturæ: grauis hic lãgore ꝓfundi
Obleſſis uentura fames: noua uota timori
Sunt inuenta nouo: fluctus: nimiaſq; precari
Ventorum uires: dum ſe torpentibus unda
Excutiat ſtagnis: & ſit mare: nubila nuſquã:
Vndarumq; minæ: cælo languente: ſtetoq;
Naufragii ſpes omnis abit: ſed nocte fugata
Læſum nube diẽ iubar extulit: imaq; ſenſim

Tremit: concutitur ui. Imagine Solis. nec concitatur ui Lunæ: cuius certis tpõbus acrius cõmouetur.
Fixæ: immotæ. Patuere: expoſitæ fuere. Illinc: ab hoſtibus. Et moturæ tonſis æquora: nauigaturæ remigando. Hinc. ex altera parte. Langore ꝓfundi: maris tranquillitate. Fames: non enim habebant dierum plurium commeatũ. Noua uota: ut tempeſtas maxima concitaretur: qua in terras aquæ propellerentur.
Dum: dummodo. Excutiat: commoueat ſe. Torpentibus ſtagnis: i. tranquillo æquore. Et ſit mare: & agitetur unda ſolito more. Minæ undarum: indicia tempeſtatis. Languente cælo: non flantibus uentis.
Naufragii: periculoſæ tẽpeſtatis. Iubar: lucifer ſtella. Extulit diem læſum nube: eduxit nubilum diem: quia ſummo ad imum mare concitauit.
¶ Sic ſtat: per ſimilitudinem oſtendit: q̃uo mare imobile rõſtiterat: dicit enim: Non aliter mare ſtabat imotumq̃ in Scythia palus Meotis: cum glacie aſtricta fuerit: nam gelu acri adeo premitur Meotis: ut uer tranſmeantibus facile præbeat: eodem modo de mari dicit: OMNIBON.
duæ ſimilitudines ſunt: prima de Boſphoro: ſecunda de Meot. bina aũt ſunt Boſphora: unum qḋ Cimmericum appellatur: quaſi Cimbricum: ut refert Strabo: Græcorum lingua Cimmerii Cimbri nominantur: hi ad paludem uſq; Meotim militiam agitarunt: alterum uero Thracium Boſphorum eſt appellatum: ſm fabulas Iuppiter in forma bouis Europam ea tranſtuliſſe dr̃: unde Boſphorus a βους bos: & λοχεω fero: uel απεφεω transfero: circa aũt margines Meotidis diuerſi populi habitant: qui ſæpe gelu ſtringente paludem: nõ aliter, q̃ per continentem ſolent.
Iſter: Danubius: ſignificat frigoris uehementiam: q̃ tanta eſt: ut Danubiũ celeriter fluentem plerũq; inglaciet. Fertur. n. (ut lib. iii. refert Strabo) Iſter ab occaſu in ortum: & in Euxinum pontum a ſiniſtra relinquens Germaniam oẽm: incipientem a Rheno: Geticũq; totum: & qḋ eſt Tyrengetarum: & Baſtarnorum: atq; Sauromatarum uſq; ad flu. Tanaim: lacũq; Meotidem: a dextra uero Thraciam bẽm: & Illyricũ: reliquamq; ultimam Græciam. Gelu: quin ẽt maris unda gelatur: quod eſt mirandum. Frangit eques. ſ. ungula cornipedum. Meotica Beſſi: nã circa margines Meotidis habitãt diuerſi populi: inter quos & Beſſus. Strabo li. vii. refert: Beſſos magna ex parte mõtem Hæmum diuidentem mediam Thraciam incolere: & latrones uocari pp latrocinandum. Migrantis: huc, & illuc: & ultro citroq; tranſeuntis. Latente: ſub glacie. Sæua quies. ſ. erat. reſpexit ad uoluntatem Cæſaris: nã quam tranquillitatẽ cæteri optant: hanc Cæſar abominabatur. Mœſto: pro quod mœſtum reddebat Cæſarẽ.
Iacentis: immotæ aquæ. Veluti deſerta rigente Aequora natura: mare inquit perſtabat immotum: quaſi ipſius maris natura mutata eſſet: nam mare continue fluxum pariter atq; refluxum patitur. Vices: uiciſſitudines: quas ab initio habuit: & fluxus, & refluxus. Cõmeat: ultro, citroq;: quia nunc feruet æſtus: nunc deficit. Horrore. ſ. uentorum. Solis imagine. i. Luna: unde ẽt Solis ſoror dr̃. Caſibus innumeris: mare ita erat tranquillum: ut nec uentis ullis: nec ſideribus: aut uarietate: unda in ullam partem moueretur: & ſtagni potius: q̃ maris ſpeciẽ præberet. Fixæ: ſtabiles. Claſſes. ſ. Pom. quæ littora: & portus obſidebant. Inertia tonſis: quia uelis nauigabãt Cæ. naues mouere non poterant: at uero Pom. remis naues impellebant. Tonſis: remis: a tõdendis undis. Grauis: intollerabilis. Langore: mobilitate maris. Noua uota timori: qui in medio maris ſunt tranquillitatem exoptant: hi uero tempeſtatem: quia ſi uentus uehementior fuiſſet: ita ſe poſſe exiſtimabant periculũ euadere: ergo noua uota: nouus ẽt timor ne pp tranquillitatẽ maris dep̃henderent̃ ab hoſtibus. Ventorum ui. ut uẽtus incũberet uehemẽtior: q ſolet a nautis timeri. Nimias: uehemẽtes: nihil recuſabant: nõ tẽpeſtatẽ: nõ uẽtos uehemẽtes dũmõ poſſent exire. Excutiat. i. eripiat. Et ſit mare. i. ſit natura maris: qḋ ſemp agitat̃: & fluctuat. Spes oĩs: qḋ alii metuunt: illi ſperabant. Naufragii. i. tempeſtatis. Cælo languente: quia uentus nullus erat. Nocte fugata. i. nocte præterita. Iubar: ſplendor Solis. Læſum. i. obſcuratum: quia non ſerenus exortus eſt dies.

Concuſſit pelagi: mouitq; Ceraunia nautis:
Inde rapi cœpere rates: atq; æquora claſſem
Curua ſequi; quæ iã uento: fluctuq; ſecundo
Lapſa paleſtinas uncis confixit arenas.
Prima duces uidit iunctis conſiſtere caſtris
Tellus: q̃ uolucer Genuſus: q̃ mollior Apſus
Circueunt ripis: Apſo geſtare carinas
Cauſa palus: leni quam fallens egerit unda.
At Genuſum nũc ſole niues: nũc imbre ſolutę
Pręcipitant: neuter longo ſe gurgite laſſat:
Sed minimum terræ uicino littore nouit.
Hoc fortuna loco tantæ duo nomina famæ
Compoſuit: miſeriq; fuit ſpes irrita mundi
Poſſe duces parua campi ſtatione direptos
Admotũ damnare nefas: nã cernere uultus:
Et uoces audire datur: multoſq; per annos
Dilectus tibi Magne ſocer: poſt pignora tãta
Sanguinis infauſti ſobolẽ: mortemq; nepotis
Te niſi Niliaca propius non uidit arena.

SVLPITIVS

Cerau-nia quę Paleſte ubi

¶ Mouit Ceraunia: aut. n. tremuerũt: aut cũ naues a uentis impellerẽtur: m ouerĩ uidebant. Ceraunia Epiri mõtes a crebris fulminibus dicti: κεραυνος. n. fulmen ſignificat. Rapi: uehementer impelli. Corua: flexuoſa. & fluctooſa: nam undæ curuæ ſunt. Seq: impellere. Lapſa: diſcurrens: & agitata. Vncis: anchoris: prope Oricum Paleſtinas: epiroticas. Paleſtini in Syria ad Idumęã populi ſunt: a quibus locus in Epiro Paleſte dicitur: eo q̃ geminæ colũbæ fatidicæ e Syria i Dodonã uolauerũt: quę Paleſtinæ ſunt appellatæ: ibi erat inferni hoſtiũ: & furiarũ tẽplũ eſſe ferebat: unde Paleſtinas Deas furias intelligimus. Ouidi. q̃rto Faſtorũ: Sæpe Paleſtinas iurat adeſſe Deas. Peruẽit aũt Cæ. poſtridiæ q̃ ſoluit ad eũ locũ: qui Paleſte appellat. nactus quietã ſtationẽ: cũ oẽs portus metueret: quos teneri ab aduerſariis arbitrabat: ibi nauibos oibos ad unã icolumibus milites expoſuit: & naues eadẽ nocte Brũduſiũ remiſit p Fuſiũ Callenũ: ut reliquæ legiones: eqtatuſq; tranſportari poſſent. Sed a Bibulo: qui Corcyrę erat: circiter. xxx. captę: cũ nautis: & dominis cõbuſtæ ſunt. Cæ. uero Orico: cui Torq̃tus præerat, recepto: & ĩde Apollonia Dyrrhachiũ uerſus iter arripuit. Quibus auditis Põ. q tũc in Cãpania erat magna celeritate prior puenit: & poſitis ad Apſũ fluuium caſtris ſub pellibus, ut Cæ. uicinus faciebat, hyemare cõſtituit. Iunctis: uicinis. Genuſus: Epiri fluuius: quẽ a Dyrrhachio i Theſſaliã euntes iueniũt. Apſus: Macedonię fluuius: quẽ ſi pecudes biberint: nigros pariũt fœtus. Mollior: lenior curſus. Apſo ge. Apſum nauigabilẽ facit palus uicina: q̃ in ipſum leniter iflués auget. Fallens: nõ enĩ uidetur ipſam emittere. Egerit: uacuat: emittit: educit. Genuſum: qui torrentior eſt. Imbre: pluuiis. Laſſat: defatigat: quia ſtatim in mare effluũt. Gurgite: curſu aquæ. Hoc fortuna loco: huc inquit peruenere tanti duces: quos quidem ſperauit mundus ab armis propter uicinitatem poſſe deſiſtere: nam ex quo Iulia ſuo cum partu eſt mortua: nunquam propinquius uidit Pom. Cæ. niſi cum fuit ſibi eius caput oblatũ. Cõpoſuit: contulit: coniũxit. Nomina duo: Cæ. & Põ. Direptos: ſeparatos. Stationes ſpatio: in quo ſtari poſſet: Nefas: ſcelus belli ciuilis ante oculos poſitum. Pignora ſanguinis infauſti: affinitatẽ infelicis filiæ. Nepotis: fœtus immaturi. nã Iulia Põ. uxor cõſternata: ac dolore q̃d Põ. ueſtis e comitiis ædilitiis cruore plena domũ emittere coacta periit: ut diximus ſupra. In arena niliaca: in Aegypto: ubi tuũ caput aſpexit.

OMNI. BON.

¶ Ceraunia: promõtoriũ Epiri i angoſtiis adriatici ſinus. nã ibi icipit Epirus: unde dictũ eſt Acroceraunõ: q frequẽtibus infeſtet fulminibus: nã ακρον mõtẽ ſignat: & κεραυνος fulmẽ. Ceraunia. i. mouit fulmina: qbus apta ſunt Acroceraunia: hoc nõ placet: q̃a hyemis tẽpus erat: quo fulmia nõ cadũt. Sed mouit Ceraunia. i. admouit Ceraunia ad cõſpectũ nautarũ: orto. n. Sole uiderũt eos mõtes: uel mouit quia tremẽte pelago: Ceraunia uidebãtur moueri. Inde rapi: ſub hac mutatione cæli: & aeris. Rapi: a uentis. Curua: iſinuata. ſ. uentis. Aequora cla. poteſt eſſe hypallage. i. claſſis cœpit ſeq æquora. Secundo: bis intelligit; & ſecundo uento: & ſecundo fluctu: q̃a quippe uentus ſtabat. Lapſa. i. celeriter currens. Confixit uncis. i. anchoris. Arenas Paleſtinas: in Epiro iuxta Oricõ locus eſt Paleſte appellatus: in quẽ nunc deſcendit e nauibus Cæſar: quod etiã in Cõmentariis legitur emendatis. Poſtridie inq̃t terrã attigit Græcorũ ſaxa inter & alia loca piculoſa t quietã nactus ſtationẽ: & portus oẽs timens: quos teneri ab aduerſariis arbitrabat: ad eũ locũ: q̃ Paleſtina appellat: oibus nauibus ad unam icolumibus: milites expoſcit: q̃ois in depra uans: Pharſalia legat. a Paleſte igit fit Paleſtinus. Sic Oui. de Faſtis: Paleſtinas Deas appellat. Eſt etiã Paleſtina regio cõtermina Syriæ. Gnoſus: flu. eſt Epiri. Apſus: flu. alter Epiri: q medius erat inter caſtra Cæ. & Põ. Apſo geſtare ca. & cũ p ſe uterq; amnis nõ ſufficeret ſuſtinere naues humilitate aquarum: uterq; adiutus eſt: ille palude uicina: hic uero niuibus: q̃ de montibus ꝓpinquis ſoluebant. Fallens leni unda: q̃a diſcurſus deprehendit. Vnũ ſequit ex reliquo: q̃a leni unda ifluit: ideo fallẽs. Præcipitant: uelocẽ faciunt. Littore. ſ. Paleſtini maris. Nouit: q̃a paruũ terræ ſpatiũ labit. Hoc fortuna: uoluit fortuna ut hi duo duces nobiliſſimi: quorũ fama totũ orbẽ ipleuerat: caſtra directa ponerent. Miſeriq; fuit: q̃a ꝓpiqui erãt miſeri homines ſperarũt illos poſſe ciuilis belli nefas cognoſcere: & cognitũ relinq̃re: ſed ſpes hæc irrita fuit: q̃a i ꝓpoſito pſtiterũt.
Admotũ dã. q̃a quanto ꝓpinquiores erant: tanto clarius ciuilis belli nefas cognoſcebãt: quando inquit remotiores erant: ſi in ꝓpoſito belli ciuilis gerẽdi pſiſterũt: ueniã mereant: q̃a nefas nõ cognoſcerẽt: at uero cũ nũc ita ꝓpinq eẽnt: ut alter alterũ iſpiceret: nulla excuſatiõe carebãt. Direptos: diuiſos. Parua ſtatione: paruo interſtitio: & ſpatio. Multoſq; p annos: poſtq̃ in matrimoniũ filiã ſuã Iuliã Cæſar dederat Põpeio: nunq̃ tam ꝓpe te uidit qui hoc loco Põpei: niſi in Aegypto cũ caput tuũ Cæ. oblatũ ẽ a rege Ptolemæo: tũc ꝓpingus te uidit: ſed mortuum.
Pignora: uincula affinitatis. Sobolem: Iuliam. Sanguinis infauſti: quia in ipſo flore iuuentutis mortua eſt. nam cum grauida eſſet: & ueſtes Pompei conſpexiſſet cruentas: quas ille ſanguine deturpauerat: exiſtimauit Põpeium uulneratũ fuiſſe: unde peperit abortiuum: & cũ filio continuo mortua eſt. Mortemq; nepotis: quia paulo poſt filius ex ea natus ſecutus eſt matrem. Propius: ꝓpq̃ hoc loco. Niliaca arena: ubi ſepultus eſt Põpeius.

¶ Cæſaris:

¶ Cæſaris:illico manũ cum hoſte Cæſar conſeruiſſet:ſi oĩs copias habuiſſet. Tardior igiť aduẽtus Antonii,quẽ Brunduſii reliquerat,remorabať:qui ſæpenumero accitus:& metu hoſtiũ & tẽpeſtate ꝓhibebať. Partes:copię. Relictæ:Brũduſii. Attonitã:nimis tolentam. Moras:ceſſationẽ prælii:& cæ. lis. Cunctis armis:regionibus. metonymia. Meditatus:qui cogitauerat & ipſe bellũ ciuile mouere:qď poſtea geſſit. Sed in mari Leucadio ab Auguſto Octauio eſt ſuperatus. Leucada:metonymia Leucas pro bello. Eſt aũt Leucas oppidum in Epiro. O mundi:uerba Cæ. quibus Anto. per literas & nuncios accerſebat. Cauſa:nam niſi tu me remoraueris:bello ciuili finis eſſet impoſitus. Curſu:celeritate. Summam manum:appoſitio.i.finem:& qui perficias. Summam .n. manum rebus imponere dicimur:cum perficimus.

SVLPITIVS

Leucas ubi

Cæſaris attonitã miſcẽda ad prælia mentem
Ferre moras ſcelerum partes iuſſere relictæ.
Ductor erat cunctis audax Antonius armis
Iam tunc ciuili meditatus Leucada bello:
Illum ſæpe minis Cæſar:ꝑcibusq; morantẽ
Euocat.o mundi tantorum cauſa laborum:
Quid ſupos:& fata tenes? ſunt cætera curſu
Acta meo:ſummam rapti per proſpera belli
Te poſcit fortuna manũ:num rupta uadoſis
Syrtibus incerto Libye nos diuidit æſtu?
Nunqd iexpto tua credimus arma ꝓfundo?

Num rupta:Syrtes libycæ nos non ſeparant inquit: ſed ſumus uicini. Vadoſis:non profundis:& quibus inhærent naues. Incerto:quia loca illa nunc mare: nunc arenæ efficiuntur. Credimus:committimus. Inexperto:prius enim ipſe nauigaui,q̃ tu.

¶ Cæſaris attoni. Cæſar ut ꝓpe caſtra conſtitiſſent:in conſpectu hoſtiũ ꝓperabat ipſe in aciẽ ducere milites: ſed cã moræ fuit:q partẽ ſui exercitus reliquerat Brunduſii:neq; .n. naues exercitũ oẽm traiicere poterãt: Cæ. enim cũ expoſuiſſet in terram milites:eadem nocte naues Brunduſiũ remiſit:quibus reliq legiones:& equitatus cũ M. Ant. tranſportari poſſet:& huic officio ꝓpoſitus eſt Iulius Callenus legatus:ſed diutius moratus eſt Ant. q̃ Cæ. cupiebat:q ſpẽ oẽm in celeritate cõficiẽdi ponere ſolebat. Verũ: ut li. ii. refert Appianus:cũ Cæ. & Põ. iuxta Dyrrhachiũ caſtra poſuiſſent:Põ. tirones ad bellũ inſtruere ſuos a Brunduſio uẽturos expectãs:Cæ. magna celeritate ad eos mittit:curſumq; accelerare iubet:nõ accedẽtibus illis:ipſe inſcio exercitu adnauigare ſtatuit: ut pote:qui neminẽ facilius eos adducere ſperaret:e cœnaculo diſcedens:corporis agitatione ꝓtenſa amicos epulari ſuadet:deinde priuato habitu curru deferť:mox nauẽ ingreſſus Cæ. nunciũ ſe eſſe ſimulat:cætera p ſeruos faciẽnda ediſſerit:eo mõ latens nocte potiſſimũ inſtante:cũ a uẽtis agitareť mare:ſeruos gubernatorẽ adhortari monet:ꝓpere curſuз arripiũt:quaſi hoſtes finitimos latere cuperet:gubernator elatis remis p uim fluuiũ celer exuperat:cũ aũt ad hoſtia & maris aditũ peruentũ eſſet:mare ipſum ſummis cõcitatũ fluctibus:magno impetu ac turbine curſum intercipit:gubernator ueluti inſtantibus hoſtibus p uim conabať euadere:uerũ cũ nihil ꝓficeret fatigatus:ac deſperãs tandẽ clauũ e manibus eiecit. Tũ Cæ. ſublato uelamine ad gubernatorẽ cõuerſus:& intonãs: alti acri aĩo & forti aduerſum fluctus eſto inquit:Cæ. quippe & fortunam eius tecũ uehis: hac uoce ſtupefacti remiges:gubernatorq; magna ui nauẽ educere cõtendunt:ita ut fluuii hoſtia denuo euaderet:uento deinde & fluctibus eã extollentibus ad littus tandẽ uicta cõpelliť. Inſtãte die cũ lux cũcta apertiora redderet:trepidare cœpere:ueluti manifeſti futuri hoſtibus:itũ Cæ. fortunã accuſans q felicitati eius inuidiſſet: nautas retrouerti iubet: nauis itaq; aſpirante uento:facile cõpulſo fluuio redit. Cæ. igiť nonnulli ob audaciã admirabanť:quidam querelis ꝓſecuti ſunt q facinus militari potius:q̃ imperatoria laude dignũ eẽt aggreſſus:is uero cũ ulterius latere non poſſet:Poſthumiũ eius loco adnauigare iubet: Gabinioq;:ut exercitũ nauibus adducat imperare:ſin id abnuat: hæc ipſa Ant. ꝑcipere:poſt Ant. uero Callenoq;:ſin id oẽs negẽt epiſtola alia ad exercitũ ſcripta erat:uelle ſe eos ſupra naues poſitos Poſthumio obſeq:& in locũ:quẽ uẽtus duceret uela tradere:nihil nauibus parcẽtes:nõ .n. nauibus:ſed uiris Cæ. opus eſſe:in hũc modũ Cæ. p rõne fortuna uti deliberauerat:quę oĩa Põ. itercipere feſtinans:in pugnã paratã ducebat aciẽ. Iuſſere:coegerũt:quia ꝓperabat ipſe bellum ciuile ſtatim peragere. Scelerũ: mordet ſemper Cæ. Luca. Relictæ:Brunduſii cũ Anto. Attonitã:furentẽ:& in inſaniam ꝓpemodum conuerſam.

OMNI BON.

Miſcenda.i.cõmittenda:quia properabat ipſe bellum ciuile conficere:quaſi attonitus. Iam tum ciuili r ex eo tpe inquit exercere cœperat Aoto. bellum ciuile:quod poſtea geſſit ad Leucada promontorium cum Octauio. Meditatus:quaſi præludia quædam nunc faceret bello ciuili. Leucas promontoriũ eſt Epiri: ubi ciuilia bella geſſit Antonius:& Cleopatra aduerſus Octauium. Euocat:e Brunduſio. Minis:ſcripſerat literas aſperiores ad Antonium Cæſar:q ſerius cum reliquo exercitu in Epirum ueniret. O mundi:hæc uerba ſunt:quibus dicit Lucanus:illum per literas uocaſſe. Cauſa laborum:quia ſi ueniſſet:iam omnes labores extincti eſſent. Tenes:moraris. Superos:nobis fauere uolentes. Acta:expedita. Curſu:celeritate. Rapti belli:raptim geſti:& accelerati. Proſpera:per fauorem:& felicitatem. Non rupta:hæc oratio:ſiue epiſtola Cæſaris: quam habuit ad Aoto. habet ſuaſionem cum indignatione:oſtendit enim illa omnia facilia eſſe:dummodo uelit ad ſe traiicere alteram partem exercitus:primum fortunam ſecum eſſe dicit:quæ ſemper ſua uota ſequi conſueuerat:quod in ſuperioribus oſtendit:cum dixit:Sunt cætera curſu Acta meo. nunc uero arguit a facilitate nauigationis. dicit .n. breue admodum ſpatium eſt inter te & nos:nã,ut refert Stra. lib. vii. Brunduſio intrans maritimã ripam nauigatio eſt: una quidẽ ad Ceraunia:littuſq; deinceps reliquũ:& Epiri:& Græciæ:altera in Epidanũ:quę prima longior:nam mille &. dccc. ſtad. ſunt. Nũ rupta uadoſis:num ſunt inquit tibi nauigandæ Syrtes:per quas naues pleriũq; periclitãtur. Libye:ntũs eſt græcus. Non rupta:interrupta. Vadoſis Syrtibus:Syrtes a σύρω traho:dictę ſunt:quia modo trahunt:modo emittunt undam. Incerto æſtu:quia unda aliquando profunda eſt: aliquando ſicca. Nunquid:a prudentia nunc arguit:quia dicit ſe peritum eſſe huiuſmodi nauigationis: quam pauloante expertus fuerat:an dicere potes me non ad hanc nauigationem te hortari o Marce Antoni:qa periculũ magis ignorẽ:nunqd nõ experti ſumus huius maris pericula. Credimus:cõmittimus. Tua arma:exercitũ & milites,qbus præes.

SVLPITIVS ¶ Venire:ſequi. Percuſſi arenas medias:nauigaui mare:qđ cuſtodiunt:& poſſident inimici. Tpa pereuntia: felicem fatoꝝ occaſionem ſubtrahi nobis. Impendo uota:conſumo deſideria mea in maris tranquillitate optāda. Qui In uentis:& aqua ſpes mea tota manet. Cupientes:legiones. Naufragio:ēt cum periculo naufragii faciendi:& ſi certo ſcirent naues fractum iri. Voce doloris:quam dolor cogit emittere. Ex æquo:in æquas partes. Auſoniam:Italiam:quæ eſt nobilior. Excitum:euocatum. Poſtq̄ ceſſare uidebat:ceſſantibus copiis:quas ſubſequi iuſſerat:cū accerſcendas fruſtra ſæpe miſiſſet nouiſſime ipſe clam noctu paruulū nauigiū ſolus:obuoluto capite:cōſcendit:neq; aut quis eſſet ante detexit:aut gubernatorē cedere aduerſæ tēpeſtati paſſus eſt:q̄ pene obrutus fluctibus.Hæc Tranqllus.Plutarchus uero ait:Seruili cū habitu tacite ex caſtris diſceſſiſſe:& p Aniū fluuiū parua duodecim remoꝝ ſcapha ad mare fuiſſe delatū. Se deeſſe deis:ſe nō ſeq fauores Deoꝝ ꝓdeſſe ſtudētiū. Per icautas tenebras:nocte.n.maiori cū ꝑiculo nauigabat. Iuſſi:Antoniani. Temeraria:temeritatē. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe:proſpere eueniſſe. Prono Deo:fauēti numine. Verendos claſſibus:metuēdos ēt magnis nauibus. Soluerat:iā miſeri milites ſomno ſe dederāt. In quoꝝ pecto.q ꝓfundius dormiūt:ob paupratē:ꝑuaſq; curas. Nā ductores & pricipes ēt ī ſomno ſunt ingēti. Fortuna mi.parua facultas. Hora ter.iā erat ſcđa uigilia:q̄ e ternis in ternas horas mutari ſolet. Soſlicito:ſuſpēſo. Trāſiliuit:ꝑterijt. Vix audē.fa. quia ꝑiculoſa audebat:& ſe ut uiliſſimū abiecit:ſoluſq; ibat.Quamq̄,ut tradit Appianus,ꝓmiſerat tres ſeruos qui optimū gubernatorē:& nauim celerrimā adiuuenirent:eiſq; remiſſis nuncium ſe Cæſaris ſimulauit.

Inq; nouos traheris caſus?ignaue uenire
Te Cæſar:non ire iubet.prior ipſe per hoſtes
Percuſſi medias alieni iuris arenas.
Tu mea caſtra times:pereuntia tempora fati
Conqueror:in uentos impēdo uota:fretūq;.
Ne retine dubium cupientes ire per æquor:
Si bene nota mihi ē:ad Cæſaris arma iuuētus
Naufragio ueniſſe uolet:iam uoce doloris
Vtendum eſt:non ex æquo diuiſimus orbē:
Epirum:Cæſar tenet:totuſq; ſenatus:
Auſoniam tu ſolus habes:bis:terq;:quaterq;.
Vocibus excitum poſtquā ceſſare uidebat:
Dum ſe deeſſe Deis:at nō ſibi numina credit:
Sponte per incertas audet tentare tenebras.
Qđ iuſſi timuere fretum:temeraria prono
Expertus ceſſiſſe Deo:fluctuſq; uerendos
Claſſibus:exigua ſperat ſulcare carina.
Soluerat armorum feſſas nox lāguida curas
Parua quies miſeris:in quoꝝ pectora ſomno
Dat uires fortuna minor.iam caſtra ſilebant:
Tertia iam uigiles cōmouerat hora ſecūdos:
Cæſar ſollicito per uaſta ſilentia greſſu
Vix famulis audēda parat:cunctiſq; relictis
Sola placet fortuna comes:tētoria poſtquā

OMNIBON. ¶ Nouos:iuſitatos:qbus nunq̄ antea uerſati fuerimꝰ. Nō ire iubet.i.præire:hoc eſt iubet ſequi:& nō īcipere. Venire.i.ſequi nauigationē meā. Iuris:Pōpeiani:nā in ꝑtāte Pō.tota regio maritima erat. Tu mea ca. ego prior nauigaui:& nō audes in mea caſtra uenire. Tpa fati.ſ.ſecūdi nobis. In uētos.i.uota mea ianiter fundo:nā id ſpargi dr̄ in uentos:& in aquas:qđ fruſtra dr̄.Catulus:Sed mulier cupido qđ dicit amanti:In uēto & rapida ſcribere oportet aqua. Ne retine:arguit a poſſibili:quia poſſet dicere Ant.nō poſſum uenire:qa milites reſiſtunt:imo parati ſunt uenire:ēt ſi nolueris: nō.n.ipſi ad nos te uenire ꝓhibent:ſed tu eos. Si bene mihi nota:ſi bene tuoꝝ militū ingenia noui:ēt cū periculo ad me uenire non dubitarent. Naufragio:ſubaudi cum. Iam uoce doloris:concludit per indignationem: uidelicet ſi cū iniuria contumelia iuncta eſſe oñditur:per quem locū in ſuperbiā:& arrogantiā inducit:ſupbus oñdit:ꝙ uelit Auſoniā cū imperio tenere ſolus ipſe Ant.cū Cæ.tantūmō tenet Epiꝝ cū uniuerſo ſenatu. Vtendū uoce doloris:non poſſum ſine dolore eſſe:ꝙ tu tibi uendicaueris Italiā:& ego cū uniuerſo ſenatu Epiꝝ teneam. Totus ſenatus i.ſenatores:qui cū Cæ.erant:uel potes intelligere de ſenatoribus:q cū Pō.erant: qđ magis placet. Bis,terq;:uocatus Ant.uenire tardabat:Cæ ueritus itercipereť a Pō.nauibus:nō potuit diutius hanc morā pati:ſed ſe paruo nauigio cuiuſdā pauperis Amyclæ cōmiſit:ſed paꝝ admodū abſuit:quin naufragio periret:fortuna tñ q̄ ſemp ei fauere cōſueuit:illū a ꝑiculo liberauit. Terq;,quaterq;.i.ſæpius.Virgi.O terq; quaterq; beati. Dū ſe deeſſe Deis.i.numina parata eſſe:ut uotis ſuis rñderent:& ſe non rñdere Dis. Sponte:reſpicit ad illud. Quod iuſſi timuere:qſi Ant.Cæ iuſſu uenire nolebat:ſpōte ipſe ad Ant.uenire uoluit. Expertus temeraria:cū a Brundusio nauigauit:ꝙ temeraria nauigatio feliciter ceſſit nihil.n.eſt:qđ magis hoies temerarios faciat:& incautos:q̄ ſecūda fortuna. Ceſſiſſe:ſucceſſiſſe ꝓ uoto. Fluctuſq; uerendos:& tēpeſtatē maris:quam uix magnæ naues uincere poſſent:tñ ſperabat exigua cymba ſe poſſe ſuperare. Claſſibus:nauigiis maioribus:ne dū paruæ cymbæ. Soluerat armoꝝ:deſcribit quo tpe Cæ.ad caſam Amyclæ nautæ admodū pauperis uenit ſub habitu gregarii militis:ne dignoſcereť:cū iam exercitus oīs quieſceret. Nox lan.cu.quia cura:cū diu aīum agitauerit: primo quidē ſomnum expellit:ſed cum diu fatigauerit aīum:reſoluiť in ſomnum. Languida:quæ languidos facit hoies. Parua quies miſeris:quia nunq̄ quieſcebant:niſi paꝝ illud ſpatiū:quod ſomno concedebatur. In quorum pe.quia pauperes ſolent eſſe magis uacui curis:ideo ēt ſecurius dormiunt. Minor:humilior cōditio:qui.n. in ſublimiori fortuna conſtituti ſunt:magna mole curarum:& ſollicitudine dormire non poſſunt. Iam caſtra ſilebant.i.ſomno occupata erant:a præcedenti quod ſequitur. Tertia hora:ideſt prima uigilia:quia unaquæq; uigilia ternas horas habebat:nam in quatuor partes nox diuidebať apud antiquos:& unaquæq; pars uigilia diceba tur. Cōmouerat:excitauerat. Audenda:audet Cæ.q̄ uix famuli eius auderent.ſ.ire ſolus. Relictis cunctis:iga ſolā fortunā ſibi comitē requirit. Poſtq̄ tentoria:poſtq̄ egreſſus eſt a caſtris ſecum indignabať:ꝙ uigiles fefelliſſet:cogitabat ita ēt decipi poſſe ab hoſtibus:tñ placuit hoc:ut oculis perficere poſſet:quod animo cogitabat.

¶ Poſſet

¶ Poſſet fallere: a nemine ſentiretur. Legit: aſpicit. Virgi. Vnde omnes longo ordine poſſent Aduerſos legere. SVLPITIVS Exeſis: corroſis a fluctibus. Rectorem: Amyclam piſcatorem. Secura: hypallage: ideſt ſecurum & tráquilli animi. Fulta non ullo robore: ſuſtentata nullo ligno: & fulcimine. Sterili: nil enim producunt iunci: & in ſterili ſolo naſcuntur. Munita latus: ſynecdoche. Faſelo: cymba: quam erectam inuerterat. Hæc Cæſar: adiit hoc tugurium: percuſſitque hoſtium Cæſar: ut dormientem excitaret. Quaſſantia: tota enim commouebatur. Lego

Alga: maris herba. Vlua uero eſt paludis & fluminis. Naufragus: exiſtimabat Cæſarem naufragum eſſe. Alga & ulua q

Egreſſus uigilum: ſomno cedentia membra
Tranſiluit: queſtus tacite q; fallere poſſet.
Littora curua legit: primiſq; inuenit in undis
Rupibus exeſis hærentem fune carinam.
Rectorem: dominumq; ratis ſecura tenebat
Haud ꝑcul īde domus nō ullo robore fulta:
Sed ſterili iunco: cannaq; intexta paluſtri:
Et latus inuerſa nudum munita faſelo.
Hæc Cæſar bis: terq; manu quaſſantia tectū
Limina cōmouit: molli conſurgit Amyclas:
Quē dabat alga: toro: qſnā mea naufrag9 iqt
Tecta petit? aut quem noſtrę fortuna coegit
Auxilium ſperare caſæ? ſic fatus ab alto
Aggere iam tepidæ ſublato fune fauillæ
Scintillam tenuem cōmotos pauit in ignes:
Securus belli prædam ciuilibus armis
Scit non eſſe caſam. o uitæ tuta facultas
Pauperis: anguſtiq; lares: o munera nondum
Intellecta Deum. qbus hoc cōtingere tēplis:
Aut potuit muris: nullo trepidare tumultu
Cæſarea pulſante manu? tum poſte recluſo
Dux ait: expecta uotis maiora modeſtis:
Speſq; tuas laxa iuuenis: ſi iuſſa ſecutus
Me uehis Heſperiā: nō ultra cuncta carinæ
Debebis: manibus ue inopē duxiſſe ſenectā.
Ne ceſſa præbere Deo tua fata uolenti

Tecta petit: pro petiuit: ſyncope eſt: ut apud Iuuenalem: Magnus ciuis obit. Aut quem: aut quis eſt adeo egenus: & miſer: ut a me poſſit auxilium petere. Ab alto aggere: aggerem appellat cubile ex ſtipula: & materia diuerſa congeſtum. Sublato fune fauillæ: ſolet ignis in torto fune ſeruari: ex cuius agitatione admotis foliis & fomitibus flamma elicitur. Eſt autem hoc loco hypallage: Sublata fauilla tepida funis: ideſt remoto cinere: ſub quo ignis latebat. Scintillam tenuem: exiguum ignem. Commotos pauit in ignes: nutriuit mouendo donec flamma eluxit. Non eſſe prædam armis: non eſſe prædandam armatis. O uitę: laudat pauperem ſtoico more: & q; det tutam ſecuramq; uitam: & q; ſit donum Dei ab hominibus non intellectum: ut Diogenes cynicus eſt dicere ſolitus. Muris: urbi. Poſte recluſo: aperto hoſtio. Iuuenis: o Amycla. Expecta maiora uotis modeſtis: ſpera maiora præmia eis: quæ poſſes modeſte optare. Laxa: dilata: & opta ampliſſima. Non ultra cuncta carinæ: poſt hac non eris obligatus ſcaphæ tuæ: & laboribus: ex quibus uiuis: & omnia accipis. Duxiſſe: ut ducas quantum reddam te ditiſſimum. Præbere fata: cōmittere. ſortem. Deo: fortunæ: uel bono euentui.

¶ Vigilum cedentia membra: ideſt uicta ſomno membra uigilum: qui ad cuſtodiam poſiti erant. Curua littora: littoris epitheron eſt. Hærentem: quia religata erat fune. Fultam non ullo robore: quia non metuebat fures. Robore. ſ. parietum. Canna pa. non tigillis tecta erat: ſed manipulis cannæ paluſtris. Et latus: latus caſæ circundatum erat fragmento cuiuſdam inuerſæ nauis. Nec Cæſar: tugurium Amyclę deſcribit: quem Cę. petierat: ut traiiceret fretum nauicula: quod uix magna nauigia traiicere auderent: ſed hoc faciebat q; fortunæ ſuæ nimium confideret. Cum ergo ad hanc caſam Cæ. ueniſſet: & crebro hoſtiū pulſare cœpiſſet: totam ferme domum cōmouit: neq;. n. altius fundata erat: cōmotus tandem uoce atq; tumultu Amyclas ſurrerit e ſtratis. Limina: pars pro toto. i. fores huius caſæ. OMNIBON.

Quaſſantia tectum: dum fores concuteret: tectum oē nutabat: cū fundamenta non eſſent altius infixa. Molli alga: ꝓ plumis utebaꝛ alga: eſt herba: q̄ in fundo maris naſciꝛ: & interponiꝛ uaſis uitreis: ne colliſa frangantur. Alga q

Quiſnam mea naufragus: exiſtimabat. n. quendam naufragum ad ſua tecta ueniſſe: ut tantiſper reciperetꝛ: donec auxilium haberet. Aut quē: an quis adeo aduerſa fortuna frangiꝛ: ut cogaꝛ ad auxilium noſtꝛ uenire: illius quidem fortuna ualde aduerſa eſt: qui ſperare poſſit a nobis auxilium. Sic fatus: hæc ubi dixit: excitauit ignes cinere ſopitos: ut lumen accenderet. Aggere. i. cumulo cineris ſemper impoſito ad ſeruandas prunas. Sublato fune: funem enim ſubiecerat igni: & una cum prunis cinere texit. nunc cum ignem accendere uellet: detexit funem: quem ſubiecerat igni: & ſpiritum incitare cœpit. Commotos: ſpiritu oris incitatos. Scit non eſſe caſam: quia probe nouerat non diripi caſas ab his: qui bella ciuilia gerunt: unde caſæ dictæ ſunt a cadendo: quia paruo impetu euertuntur: uel a cauatione: ſecundum Pom. O uitæ tuta: hic Lucanus in exclamationem quandam ꝓrumpit: plenam admirationis: q; hi: qui opibus abundant: in magna rerum omniū facultate ſemper trepidi ſunt: at uero pauperes tuti ſunt: & licet humili habitatione tecti: nihil omnino reformidant: quodnam oppidum tam ualidum fuit: quæ mœnia tam munita non timuiſſent: ſi ea manu Cæ. pulſata fuiſſent: tamen nihil tale accidit Amyclæ: neq; timore ullo perculſus eſt. Tumultu: nulla animi perturbatione commoueri. Tum poſte reclu. Cæſar his uerbis hortaꝛ Amyclam ne laborem nullum: aut diſcrimen metuat: ſi n. ei obſequi uoluerit: remunerationem promittit adeo: ut nunquam poſtea pauper uicturus ſit. Recluſo: apertis foribus. Modeſtis: moderatis: ſcio eam eſſe conditionem tuam: ut nihil niſi modeſtum ſperare audeas: ut uero ſi mihi obſequi uolueris: multo tibi maiora polliceor: q̄ ſperare audeas. Laxa: auge. Si iuſſa ſecutus: poſt hac non pones ſpes omnes in naulo carinæ: & a me non minus conſequeris: q̄ tibi tua præſtare poſſit gubernatio nauis. Non ultra: ideſt poſt hac. Caſæ unde

Volenti: ideſt propitio. Deus tibi propitius eſt; ut te ditem facias. ſi modo fortunam tuam cognoueris.

Anguſtos opibus ſubitis implere penates.
Sic fatur:quamquã plebeio tectus amictu:
Indocilis priuata loqui.tũ pauper Amyclas
Multa qdẽ ꝓhibẽt nocturno credere ponto:
Nã Sol nõ rutilas deduxit in æquora nubes:
Cõcordeſq; tulit radios:Notõ altera Phœbi:
Altera pars Boream deducta luce uocabat:
Orbe quoq; exhauſtꝰ medio:lãguẽſq; receſſit
Spectantes oculos infirmo lumine paſſus:
Lunaq; non gracili ſurrexit lucida cornu:
Aut orbis medii puros exeſa receſſus:
Nec duxit recto tenuata cacumina cornu:
Ventorumq; nota rubuit:tum lurida pallens
Ora tulit uultu ſub nubem triſtis ituro:
Sed mihi nec motꝰ nemorũ:nec littoris ictus:
Nec placet icertus q ꝓuocat ęquora Delphi:
Aut ſiccũ qđ mergus amat:quodq; auſa uola
Ardea ſublimis pennæ confiſa natanti: (re
Q đq; caput ſpargẽs undis uelut occupet im
Inſtabili greſſu metitur littora cornix. (brẽ:

SVLPITIVS ℂ Plebejo amictu:ſeruili ueſte. Indocilis loqui priuata:neſciens loqui,ut deceret priuatum:quẽ ſimulabat: ſed magis pollicitationibus:& uerbis principis uiebaƭ. Credere:cõmittere nos. Nã Sol:Sole.n. occidente non apparuerunt nubeculæ rubræ:q̃ futuram indicant ſerenitatem:ut Pli.tradit:ſed in diuerſas partes radios Sol emiſit ita ut hinc Notũ:hinc Aquilonẽ portenderet:nam ſic ſparſi radii orto pluuiã & uentos,Pli.auctore,ſignificant.

Cõcordes:unicolores & pares:ſed diuerſos. Altera: dextra. Vocabat:portendebat. Diducta luce: diuiſis radiis. Exhauſtus:cũ Sol apparet:aut occidit in medio cõcauus:& obtuſus tempeſtatẽ portẽdit. Languens:debilis. Spectantiſq; oculos: ſpectari potuit nõ læſa acie aſpicientis. Languida:nõ clara:nã nigra pluuias portẽdere crediƭ:ut Pli.inquit:& ſi ſplendẽs exorta puro nitore fulſerit,ſerenitatẽ. Surrexit:apparuit. Nõ gracili:nõ tenui:ſed obtuſo & craſſo:uel legaƭ Surrexit non lucida cornu gracili:nã ſi cornu Lunæ acuminatũ atq; rigidũ fit:illũ ꝑſagit uentũ:in quẽ uerſu3 eſt. Inferius Auſtrũ:utraq; recta noctẽ uentoſam. Haud exeſa:tur roſa:ſed cõtinens i medio:& cõcauitate nubẽ. Recto cornu:ſi quarto die Luna erit directa:magnã tẽpeſtatẽ in mari præſagiet:niſi ſi coronã circa ſe habebit:& ſyncerã. Rubuit: Vir. Vẽto ſemper rubet aurea Phœbe.

Nota:ſigno:& argumento. Tum:ꝑterea. Pallens: quod eſt tempeſtatis indicium.Luna reuertentes cũprimum colligit ignes:Si nigrũ obſcuro cõprenderit aera cornu:Maximus agricolis: pelagoq; parabitur imber.

Lurida:ſupra modũ ſquallida. Triſtis:obſcura ob futurã tempeſtatẽ. Motus nemorũ:ſiluarũ mugitus hyemem futurã denunciat. Nec littoris ictus:mare ſi tranquillo portu a curſu ſtabit: & murmurauerit intra ſe: uentum prædicit:ſi identidem hyemẽ: & imbrẽ. Delphin:Delphini tranquillo mari laſciuientes: uentu3 ex qua uenerint parte,ſlaturum demonſtrãt. Incertus: dubius quo tendat: quo indicaƭ diuerſos uentos ſlaturos. Mergus Mergus:mergi uolucres quæ urinant:aut maria: aut ſtagna fugiẽtes:tempeſtatem ſignificant. Vir.Iam ſibi tũ curuis male temperat unda carinis: Cum medio celeres reuocant ex æquore mergi: Clamoremq; ferũt ad littora. Ardea quæ Ardea:auis alba:quæ in mediis arenis triſtis imbrem indicat:& ẽt cum altior uolat. Virgili. Notaſq; palodes Deſerit:atq; altam ſuperuolat Ardea nubem. Confiſa natanti pennæ:q̃ ſolet natare & ſidere mari.

Quodq; caput:aliud a cornice præſagiũ:q̃ cũ uagaƭ per littora:& tanq̃ irrorare ſe geſtit:tempeſtatem denunciat. Greſſu inſtabili: Virg. Tum plena pluuiam uocat improba uoce: Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

OMNIBON. ℂ Opibus ſu.i.repente cõparatis:præter ſpẽ & opinionem tuã. Sic fa.Cæ.q̃uis gregarii militis ueſte tectus eſſet:ne dignoſcereƭ:tñ ita loquebaƭ:ut ſe non gregarium militem oñderet:ſed magnum Imperatorem. Priuata .i.res priuato hoie dignas. Tum pau.Amy.dicit Amyclas ſe multa ſigna uidiſſe:quæ tempeſtatem ſignificarẽt: & ſtudebat ſuadere Cæ.ne ſe maris undis cõmitteret:cum oia periculum minarentur. Nam Sol non ru.quia occidente Sole:ſi aer rubuerit:ſignificat diem craſtinũ ſerenũ fore:ſed hoc ſignũ tunc non fuerat. Concordes ra.i. in unũ locũ tendentes:cum diuerſi radii inter ſe rumpunƭ:& ſubaudiƭ non. Altera pars bo.cum radii in duas ꝑtes ſciſſi:hac quidẽ in meridiem:hac uero in ſeptentrionẽ inclinauerint:ſignificant poſtera die a meridie Notũ: a ſeptentrione Boreã uenturos eſſe:oñdit aũt hunc peritum fuiſſe nauigandi:nouerat.n.ſigna: quibus uel ſerenitas:uel tẽpeſtas ſignificareƭ. Exhauſtus:quia oƭ euacuari:& cõcauus fieri. Receſſit.i.retroceſſit:quia cõcauitatẽ quandã fecit. Paſſus oculos:cũ Sol ita uƭ cõcauus:& cõuexus facile ab oculis ſpectari põt.at uero cum pleno orbe refulget:oculi radios ſuſtinere non pñt. Spectantes oculos:pro oculos ſpectantium. Infirmo lu.cum imbecilliores ſunt radii. Gracili:tenui. Lucida cornu:quia cum tenua fuerint cornua Lunæ:& lucida:atq; purificata:ſignificant ſerenitatem:ſed non ita fuerunt.ſic Virgilius:Si nigrum obſcuro comprẽderit aera cornu: Maximus agricolis:pelagoq; parabitur imber. Exeſa:ideſt habens puros receſſus exeſos:eſt enim ſynecdoche. Tenuata:ideſt acuminata. Recto cornu:quia ſi cornibus ſupinis fuerit Luna:ſemper pluuiam ſignificat. At uero cum recta fuerit:& alterum cornu ſublime:alterum uero infimum teneat:quaſi ſignificare uidetur ſe uacuatam eſſe pluuiis:& humore. Rubuit nota: Virgilius: Vento ſemper rubet aurea Phœbe. Lurida: ſupra modum pallida. Sub nubem:nam ille pallor Lunæ ſignificabat ſe paulopoſt ſub nubem obſcuratũ iri. Sed mihi: ſunt alia ſigna tempeſtatem ſignificantia:ſcilicet cum ſiluæ reſonant. Virgilius: Et nemorum increbeſcere murmur.

Incertus Delphin:quia dubium mare ſemper Delphin ſignificat:cum apparuerit. Mergus amat: quia fugiunt ex æquore mergi:cum tempeſtas futura eſt. Ardea Ardea quaſi ardua κατ᾽ ἀντίφρασιν:quia ſemper humilis eſt: & in paludibus habitat:ſed cum tempeſtatem futuram ſentit:relictis undis:Supra uolat Ardea nubem. Auſa uolare:cum natura ſua ſit in paludibus habitare. Pennæ na.i quæ antea penna: & alis uolare conſueuit. Caput ſpargens undis.i.ſpargere cupiens. Virgilius: Et ſtudio incaſſum uideas geſtire lauandi. Occupet:præueniet imbrem hoc ſigno. Inſtabili greſſu:quia per arenam graditur. Virgilius: Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena.

ℂ Poſcunt:

¶Poſcunt:requirunt:ut nauigemus. Præbere manus:rē manibus aggredi. Vel hoc potius:uel mare:uel uerti phibebunt me tibi obtemperare. Potius:q̃ ego. Dat carbaſa uentis:nauigat. Quoꝝ:carbaſoꝝ. Non ſolum:tanta fuit ſulminum ſpiſſitudo:fulgetroruꝗ denſitas:ut uiderentur ſidera innumera e cælo labi:& non mō eaꝗ ſunt in inferioribus cæli:ſed q̃ in ſummo & ſtellato uiderentur quaſſari Pli.ait: Fieri uſ̃ & diſcurſus ſtellarũ nunq̃ temere:ut non ex ea parte truces uenti coorlantur:& ex iis tunc procellæ in mari:terriſq;. Sulcos:uias:& limites. Cadentia:quæ cadere uidebantur. Aſtra:ſigna ipſa zodiaci. Niger horror:obſcura tempeſtas. Inficit terga:maculat ſuperficiem. Volumina: īuolutiones undarum. Tractu:ſpatio: quod eſt argumentum maioris tempeſtatis. Minax:prænuncians tempeſtatem:ſed non a certo uento orituram. Conceptos: flaturos:& paratos. Sæuum:timens. Intendat:imitat. SVLPITIVS

Sed ſi magnarũ poſcunt diſcrimina rerum:
Haud dubitē p̄bere manus: uel littora tangā
Iuſſa:uel hoc potius pelag⁹:flatuſq; negabũt.
Hæc fatus:ſoluenſq; ratē dat carbaſa uentis:
Ad quoꝝ motus non ſolum lapſa per altum
Aera diſperſos traxere cadentia ſulcos
Sidera:ſed ſummis & iam quæ fixa tenentur
Aſtra polis ſunt uiſa q̃ti: niger inficit horror
Terga maris:lōgo p multa uolumina tractu
Aeſtuat unda minax:flatuſq; incerta futuri
Turbida teſtantur cōceptos æquora uentos.
Tunc rector trepidæ fat̃ ratis:aſpice ſæuum
Quāta pet pelagus:Zephyrus ne itēdat: an
Incertũ ē:puppī dubi⁹ ferit ũdiq; pōt⁹:(eur⁹
Nubibus:& cælo notus eſt:ſi murmura pōti
Cōſulimus:ueniēt Cori in mare:gurgite tāto
Nec ratis heſpias tāget:nec naufragus oras.
Deſperare uiam: & uetitos cōuertere curſus
Sola ſalus:liceat uexata littora puppe
Prendere:ne longe nimium ſit pxima tellus:
Fiſus cuncta ſibi ceſſura pericula Cæſar:
Sperne minas inquit pelagi:uentoq; furenti
Trade ſinum:Italiā ſi cælo auctore recuſas:
Me pete:ſola tibi cā eſt hæc iuſta timoris:
Vectorē nō noſſe tuum:quem numina nunq̃
Deſtituunt:de quo male tūc fortuna meret̃:

Dubius:incerti motus. Nubibus & cælo:in cælo inquit flat Notus:in mari,ut conicimus,flabunt Cori:qui ueniunt ab occaſu ſolſtitiali. Gurgite: tempeſtare. Tanget:perueniet in Italiā. Naufragus:nos naufragi:& eiecti in undas. Deſperare uiam:non ulterius ire:& reuerti. Ne ſit nimium longe:ne multum diſtet terra a naui. Fiſus cuncta ſibi: poſtq̃ gubernator retrocedere ſtatuit:& clauū e manibus abiecit:Cæ.apprehenſa dextra eius:Perge inquit generoſe pge: nec extimeſce quicq̃:Cæſ.quippe & fortunā eius uehis. Auctores ſunt Appianus & Plutar.qui tradũt Cæ.nō ingreſſum fuiſſe mare:ſed ab hoſtio ipſius fluminis fuiſſe repulſum.Poeta uero & Tranqllus aliter ſentiũt. Ceſſura:datura ſibi locũ:& ſucceſſura. Trade ſinũ: cōmitte uela. Auctore cælo:uēto & tēpeſtate diſſuadētibus:& aduerſis. Me:auctore. Nō noſſe uectorē tuũ:me ſpm quē uehis:nā nondũ illi ſe indicauerat. Deſtituunt:te linquunt:ſed fouent. Male meretur:maleficiũ infert.

¶Magnaꝝ:poſtq̃ Amyclas multa futuræ tempeſtatis ſigna prædixit:ut imminentem nauigationem Cæ.periculoſam oſtenderet nunc aũt dicit:q̃uis tanto diſcrimine nauigaturus ſit:tñ ſi res ita poſtulat:qđ ſine magno incommodo reſiſtere non poſſit:ſe nauem expoſiturum eſſe uentis:ui uel in Italiam ueniant:uel ſi id nō poterit:intelligat Cæ.non pp ſe: ſed pp maris tempeſtatem reſtitiſſe. Littora iuſſa.ſ.Auſoniæ:quo me nauem impellere iubes. Hoc.ſ.in Italiam ire. Ad quomo.dicit uix illum patefeciſſe uela uentis:cū alia quoq; ſigna futuræ tempeſtatis apparuerunt:quæ Virgili. quoq; cōmemorauit:Sæpe ēt ſtellas uento impendente uidebis:non tñ labuntur:ſed quodammō uidentur labi:phyſici.n.dicunt uentum ad ſuperiorem partem aſcendere:& inde partem ætheris rapere: quam cum uentus impellat:caſus imitat̃ ſtellaꝝ:qđ ſignum dicit apparuiſſe:cum primũ uela ſoluit. Non ſolum lapſa.i.uiſa ſunt de cælo cadere ſidera:ſed ēt quęcunq; occidunt.ſ.ſeptentrionalis Vrſæ:quodammō euaneſcere:qđ uim magnam uentoꝝ ſignificat. Cadentia:q̃ cadere uidentur. Diſperſos:in diuerſas partes ſparſos:quia tractum longum ducunt:ut ignis uideat̃ per aera ſpargi. Virg. Flāmaꝝ longos a tergo albeſcere tractus. Fixa aſtra: ut maior Vrſa:& minor. Summis polis:arctico,& antarctico. Terga.i.ſuperficies maris horreſcit. Longo tractu: quia a longe uſ̃ albeſcere fluctus maris:& cum ſpuma procul uſ̃:ſignificar uentos adeſſe. Incerta futuri: q̃uis incertum eſſet:quis uentus inſtaret:manifeſtum tñ erat uentos adeſſe. Trepidæ ratis: pro ipſe trepidus. Auſtros:meridionales:ſuadet a prudentia:quia ſe peritum maris oſtendit:& ſignoꝝ:quæ tempeſtatem ſignificant. OMNIBON.

Vndiq;:dextra atq; ſiniſtra. Nubibus & cælo:Notus ſemper agit nubes:& idem eſt qđ Auſter. Cori: Corus a ſolſtitiali occaſu perflat:& dr̃:& aure murmura ſentiunt:ut intelligant:qua parte uenti flaturi ſint. Corus q

Nec ratis heſperias.i.nauis cum uectoribus ſuis tanto fluctu periclitabitur. Vectores dicuntur qui uehunt: & qui uehuntur. Gurgite tanto.i.tumultu:& pertur batione maris:tapinoſim epitheto eleuauit. Deſperare uiā: quid ergo melius conſilii fuerit:dicam:Vna ſalus ſupereſt:ut a nauigatione deſiſtamus. Deſperare.i. de ſpe nauigandi decidere ſalus eſt. Conuertere.ſ.littora:dum puppis uexata eſt. Tellus:quæ uidetur proxima:fortaſſe nimium longior uidebitur:quia non longo ſpatio deſiſtat. Epirus:ab Adriatico ſinu. Fiſus cuncta ſibi: ne timeas tempeſtatem inquit Cæſar:nam Dii gratum habent:ſi mihi rem gratam facere poſſint. Ceſſura: idest proſpere euentura ſibi,uentoque:ſcilicet audacter uela uentis pande. Si cælo auctore recuſas: ſi cælum tibi auctor non eſt nauigandi in Italiam:ego tibi auctor ero. Sola tibi cauſa eſt:neſcis quem uirum tua rate uehas:ſi nouiſſes:non dubitares uehere. Vectorem:paſſiue ſtat:quem nunquam ſcias me comites ſemper habere Deos. De quo male fortuna:male de me meretur fortuna:niſi me a uota præuenerit:quia pœnas daret. Vector

SVLPITIVS ¶ Cum uenit poſt uota:cum expectat deſiderari:& non præuenit. Procellas:fluctus maris. Tutela: defenſione. Cæli & freti:uentorum & maris. Iſte labor:hoc periculum. Hanc Cæſare preſſam: magna confidentia pollicetur:& ꝙ nauis quæ ipſum uehit mergi non poſſit:& ꝙ tempeſtatem ſit ſedatura. Nec longa:ideſt ſtatim ceſſabunt uenti. Ne flecte manus:ne uerte temonem in terram. Tum Calabro:perge inquit:& exiſtima te per ueniſſe Brunduſium:cum erimus in medio mari:& nequiuerimus alio ire:ſed illuc neceſſario ire cogemur. Calabro:Brunduſino. Strage:maris:& cæli ruina. Tumultu: perturbatione. Præſtet: conferat. blanditur enim mihi oſtendens:ꝙ cum poſſit nocere:beneficium conferat. Turbo rapax:uentus uehemẽs & uolubilis:qui diſtat a uortice:ut fragor:a ſtridore. Auulſit rudentes: abſtulit funes. Alnus ſonuit:nauis crepitum dedit.

Congeſta: collecta. legunt quidam concita. Core: hic aduerſus Aquilonem orientalem flat; Gellio teſte.

Mouens æſtus:concitans tempeſtatem. Exeris caput: oriris: & flas. Ab atlanteo Oceano: ab occaſu ſolſtitiali:qui eſt ad Atlantem. Tollente: concitante: & erigente. In ſcopulos: in fluctus ſcopulorum ſimiles. Occurrit: ex contraria parte flat. Retundit: repercutit:repellit. Pendet dubium:ſuſtinet ſe ambiguum. Cui concidat:cui pareat:quem ſequatur. Rabies:uehementia. Torſit:uoluit contra Corum. Et abſtruſas penitus uada fecit arenas:& fecit:ut fundum maris:quod arenoſum eſt: eſſet uadoſum: hoc eſt non profundum. Perfert ad ſaxa:perducit ad rupes littoris. Suumque:quod ipſe impellit. In fluctus Cori:in undas a Coro impulſas:fluctus enim fluctibus collidebantur. Motaque poſſunt:tanta erat maris concitatio:ut etiam, ſi uenti ceſſarent, obuiis & contrariis fluctibus agitarentur. Minas Euri:Eurum uehementẽ; & minacem. Atrum:nubilum:& pluuioſum.

Cũ poſt uota uenit:medias prorũpe ꝓcellas
Tutela ſecure mea.cæli iſte:fretiꝗ;
Nõ puppis nr̃æ labor eſt:hãc Cæſare p̄ſſam
A fluctu defendet onus:nec longa furori
Ventoꝝ ſæuo dabitur mora: proderit undis
Iſta ratis:nec flecte manus:fuge ꝓxima uelis
Littora:tũ Calabro portu te crede potitum:
Cum iam non poterit puppi: noſtræꝗ; ſaluti
Altera terra dari:quid tanta ſtrage paretur
Ignoras:quærit pelagi:cæliꝗ; tumultu
Quid præſtet fortuna mihi.nõ plura locuto
Auulſit laceros percuſſa puppe rudentes
Turbo rapax:fragileꝗ; ſup uolitãtia malum
Vela tulit:ſonuit uictis compagibus alnus.
Inde ruunt toto congeſta pericula mundo.
Primus ab Oceano caput exeris atlanteo
Core mouens æſtus:iam te tollente furebat
Pontus:& in ſcopulos totas erexerat undas.
Accurrit gelidus Boreas:pelaguſꝗ; retundit:
Et dubium pendet uento cui pareat æquor:
Sed ſcythici uicit rabies Aquilonis:& undas
Torſit:& abſtruſas penit' uada fecit arenas:
Nec perfert pontum Boreas ad ſaxa: ſuumꝗ;
In fluctus Cori frãgit mare:motaꝗ; poſſunt
Aequora ſubductis etiam concurrere uẽtis:
Non Euri ceſſaſſe minas:non imbribus atrũ

OMNIBON. ¶ Poſt uota uenit:ideſt cum nõ præuenerit uota mea neceſſe eſt:ut fortuna diuinet: quod ego uelim. Mea tutela: ideſt præſentia mea. Cæli iſte, fretique: uexatur inquit cælum & aer. Onus. Cæſaris. Nec longa: & me nauigante tempeſtas a rate deſiſtet. ille diſſuaſerat a prudẽtia:hic ſuadet a fortuna:quaſi a facili:quod ſit facile uincere tempeſtatem:quod argumentum trahitur a negociis perſonæ: quæ multa ſunt: conſideratur in perſona quid uenerit:& quid euenturum ſit; qd' ſi male euenit:& male eueniet. Si bene in præterito euenerit:& ſperandum eſt bene uenturum in futuro. Proderit undis: hoc proderit cæteris nauigantibus: ꝙ ego nauigo:nam nauigatio mea faciet ut ex tempeſtuoſo mare tranquillum efficietur. Tum Calabro portu:ſic tibi perſuadeas:cum iam medium mare tenebis: & nulla terra poterit noſtræ ſaluti concedi: exiſtimato te tenuiſſe Calabriam. Cum iam non poterit: ideſt alibi ſalui eſſe non poterimus: niſi in Calabria. Quid tanta ſtrage: ſcis quare uentus omnia inuolat: & iam tanta perturbatio immineat: ſignum eſt: ꝙ Dii cogitant: quid magnum præſtaturi ſint. Quod præſtet: ideſt quod fortuna exhibeat mihi. Non plura locuto: ſic de ſe & fortuna ſua loquebatur Cæſar: quaſi nihil aduerſi contingere poſſet: cum ex tranſuerſo procella ruens uela ſuſtulit: & fracto prope malo nauis quoque iuncturas ſoluit. Auulſit:fregit. Turbo rapax: ex tranſuerſo ueniens. Turbo dicitur uentus qui circuit: & omnia una ꝓcella inuoluit. Vela tulit: quia ſuſtulit uela uſque ad ſummitatem mali. Alnus: ideſt nauis:materiam pro forma poſuit: nam alnus eſt arbor: ex qua naues conficiuntur. Victis compagibus: ideſt ſolutis iuncturis. Toto mundo: a toto cælo: quale eſt illud Virgilii: Omnia uentorum concurrere prælia uidi. Atlanteo Oceano: ideſt occidente. Tollente: ideſt iam te erigente funes. In ſcopulos: in medio mari poſitos. Gelidus: a ſeptentrione. Retundit: repellit. Dubium æquor: hic a Borea: inde a Coro agitabatur fluctus: ideo incertus in quam partem caderet. Sed ſcythici: ſed uis maior Aquilonis fuit. Abſtruſas: reconditas. Fecit arenas: quia ita erectus eſt fluctus: ut arena in fundo maris ſicca deſtitueretur. Vada: ut per ea iri poſſet. Ad ſaxa: ad littora. Perfert pontum: quia quamuis uicerit Boreas: tamen non ita licuit: ut ui & impetu ſuo ad littora perferretur. Frangit mare: quia ex altera parte repellebatur: ut non poſſet ad ſaxa littoris peruenire. Suum: quod poſſederat: quia ſuperior erat. In fluctus: in alios fluctus a Coro erectos: ita ut ad ſaxa littoris peruenire non poſſet. Motaque poſſunt: & tanta fuerat agitatio maris: ut etiam deficientibus uentis: mare agitatum concuteret: quia non ſimul atque uenti defierint: ſtatim mare pacatur: ſed ſentit proximam tempeſtatem. Non Euri: ego crediderim uentos nullos deſtitiſſe: quin maria lacerarent a ſeptentrione: & a meridie. Atrum: nebuloſum. nam Notus nebulas ſemper agit: & pluuias.

Turbo quid

¶ Latuiſſe:

¶ Latuiſſe:iclusum fuiſſe in antro Aeoli regis uentorũ:q̃ regnauit in Aeolia regione iuxta Siciliã:quæ cõplectiť inſulas ſeptẽ:in q̃bus & Strõgilẽ.alii legũt Iacuiſſe. Ruẽtes:uehemẽter flãtes. Defendiſſe ſu.ter. ne a mari mergerẽturq; cũ ſit altius terra facile potuiſſet. Turbine uio.uolubilitate uehemẽti. Manſiſſe loco:nõ egreſſum fines ſuos:nec merſiſſe terrã. Parua æquora: fluctus:q̃ imiſcent mare mari:ut Ioniũ Aegæo. Feruntː uenti ipſi. Tyrrhenũ:thuſcũ:dictum q̃ Tyrrheniã.i.Thuſciã alluit. In undas:in mare. Adria uagus:mare adriacũ. Sonat Ionio:cũ ſonitu ĩpellitur in Ioniũ. Illa dies:illud tẽpus. Obruit:ſubmerſit. Fruſtra pulſatos:in uanũ per- SVLPITIVS

Aeolii latuiſſe Notum ſub carcere ſaxi
Crediderim cunctos ſolita de parte ruentes
Defendiſſe ſuas uiolento turbine terras:
Sic pelagus manſiſſe loco:nam parua p̱cellis
Aequora rapta ferunt:ægæas tranſit in undas
Tyrrhenũ:ſonat Ionio uagus Adria ponto.
Ah quoties fruſtra pulſatos æquore montes
Obruit illa dies: quã celſa cacumina peſſum
Tellus uicta dedit:non ullo littore ſurgunt
Tam ualidi fluctus:alioq; ex orbe uoluti
A magno uenere mari:mundumq; coercens
Mõſtriferos agit unda ſinꝰ.ſic rector olympi
Cuſpide fraterna laſſatum in ſęcula fulmen
Adiuuit:regnoq; acceſſit terra ſecundo:
Cũ mare cõuoluit gẽtes:cum littora Tethys

cuſſos fluctibus: nam nec proſtrati ſunt: nec merſi perpetuo remãſerũt. Victa:ſuperata a mari:uel quaſſata terręmotu. Quã celſa cacumina:q̃ altos mõtes. Dedit peſſum:in p̱fundũ demiſit: ſiue q̃ ſubſederint: ſiue q̃ ſub fluctibus obruti fuerĩt. Nõ ullo: in nullo alio niſi in hoc:ad qđ nauigat Cæſar. Validi:uehemẽtes.
Voluti ex alio or.allati ex alio mari:& ipſo Oceano.
Vnda coercẽs mundũ: Oceanus,qui circuit terram.
Agit ſinus mõſtri.facit mira undaꝝ inuolucra,& fluctus imenſos. Sic rector:ſic inq̃t erectus fuit in maximos fluctus Oceanus diluuii tp̃e: cũ Iuppiter defeſſus punire nocẽtes fulminibus:Neptuni auxilio humanũ genus merſit. Laſſatũ: defatigatũ p̱pter nocẽtiũ multitudinẽ. In ſæcula:in multoꝝ ſæculoꝝ homines.Sæculum enim nõ pro tẽpore:ſed pro humano genere ponitur. Virgi.in Georg.Hũc ſaltẽ euerſo iuuenẽ ſuccurrere ſæclo Ne prohibete. Cuſpide fraterna : fuſcina Neptuni. Acceſſit : addita eſt Secundo regno:mari: quod ſorte contigerat Neptuno : cum terra eſſet ſors tertia Plutonis. Sed obruta mari iam erat Neptuni poſſeſſio. Tethys:Oceanus.metonymia. Sæculũ

¶ Sub carcere ſaxi.i.antro æolio:nã apud Virgi.intelligiť Aeolũ uentorũ regẽ ſeruare uentos in antro:qđ nunc carcerẽ uẽtoꝝ appellat:ſicut Vir. Aeolus & clauſo uẽtoꝝ carcere regnet. Solita de par.ab oriente:ab occidẽte: a ſeptẽtrione:ubi ſedẽ obtinent. Defendiſſe ſuas:ut Eurũ orientalẽ uentũ. Defendiſſe ſuas:ne pflarentur a Zephyro:uel Noto:ſic Notus defendiſſe meridiẽ:ne perflareť a Coro. Pelagus:nã flantibus uentis undiq; in nullã partẽ Oceanus protendi poterat:ſed mediterranea maria p̱cellis agitata ruebãt alia in alia:æquora mediterranea appellauit:& omnẽ hũc fluorẽ:acceſſum,uel receſſum. Sunt q̃ ſentiãt a Põticis faucibus fundare:alii a Gaditano freto naſci:ut refert Solinus. Potes igiť illud ſapius aliter exponere: Oceanũq; negat ſolas admittere Gades:ideſt negat ſolas Gades admittere Oceanũ in mare mediterraneũ:ſed etiã admittiť a faucibus ponticis:nõ inani argumento q̃ æſtus e ponto profluus nunq̃ reciprocetur. Ferunt Tyrrhenũ mare: uidelicet inferum:nam adriacum mare ſuperum dicitur. Eſt autem adriatici ſinus forma ipſi Italiæ per quam ſimilis magnitudine: qua Apennini montes terminat : & utrunq; mare uſq; ad Iapygiam : terramq; ſinu Tarentino & Poſidoniate circundatam: ita refertur a Strabone. Ionio ponto:nam Ionium mare a ſuperiore promontorio Malææ ſumit initium unde terminatur Aegæum. Aegæas undas:ideſt Aegæi maris:quod circa promontorium Malææ terminatur:& inde Ionium incipit. Adria: ideſt mare ſuperum. Adria(ut inquit Strabo libro quinto)inclyta ciuitas fuit : a cuius nomine modica tranſpoſitione ſumpta ſinus appellatus eſt adriaticus. Ah quoties fruſtra pulſatos:quoties inquit fluctus maris adeo erecti ſunt : ut ſumma montium cacumina tegerent : quam multi montes eo die terręmotu facto ceciderunt. Fruſtra:quia nihil eos mouebant fluctus: quaſi referre uidetur ad Cæſarem:q̃ quamuis uenti adeo magni incubuerint : tamen ipſi nihil nocuerunt. Illa dies : Cæſar nocte nauigabat : ſed dies dixit reſpiciens ad diem naturalem : qui.xxiiii.horarum eſt. Victa: ſcilicet impulſu undarum maris:unde terræ motu facto montes ciciderunt. Græci autem appellant mare ɛɣοσιδαιον : ideſt terram concutiens : hinc eſt q̃ phyſici dicunt : Hanc unam rationem terręmotus eſſe : q̃ terra impulſu maris concuſſa moueatur : & ita terræmotus fiat. Alii dicunt uentum eſſe in uiſceribus terræ conceptum : qui cum erumpit terram concutit:nunc dicit cauſa illius terręmotus : uidelicet concuſſione maris terræmotus factus eſt : & concuſſa terra cacumina montium ceciderunt : quam mare : per quod Cæſar nauigabat. Nam mare: quod Cæſar nauigabat : incipit a Cerauniis montibus Epiri : deinde a Seſareſios: alioſq; quamplurimos populos peruenit uſq; ad Calabros: Apulos : & Salentinos : unde haud procul intendebat curſum ſuum Cæſar : ut Antonius reuocaretur. Alio ex orbe:ab alia regione maris. Agit ſinus:ſcilicet quales nunc agebat in Epiro. Vnda:ideſt Oceanus:nam unda: quæ mundum coercet:eſt Oceanus. dicit ergo ab Oceano nunquam tantas procellas agitatas fuiſſe : q̃ nunc agitabantur ab hoc mari epirotico. Monſtriferos:admirandos. Sic rector olympi:dicit non aliam fuiſſe procellã maris adriatici q̃ tũc fuiſſe credimus:cum Iuppiter diluuium fecit. Sic:quemadmodum perturbatum erat hoc mare:eodem modo Iuppiter perturbauit Oceanum: tunc cum fluctus ſupra excelſos montes euexit:poſtquam conſumptis fulminibus, ſicuti ſtatuerat, humanum genus perdere non potuit : nam primo Iuppiter humanum genus fulminibus perdere tentauit: ſed conſumptis ipſis ; cum id facere non poſſet:fulmen ſuum adiuuit cuſpide fraterna:ideſt tridenti Neptuni: quo concuſſit maris undas:ut excelſos montes tranſcenderint. Laſſatum: uictũ. In ſæcula:in eius temporis hoĩes:quos perdere uolebat. Cuſpide fraterna:ideſt accepto tridente Neptuni. Regno ſecundo:mari. Primum regnum eſt cæli:ſecundum maris:tertium uero terræ. Tethys.i.Oceanus. OMNI BON.

SVLPITIVS ¶ Noluit pati ulla littora: ſubmerſit oẽm terram: & habuit ſolos aeris terminos. Cælo: aere. Tanta moles: tumi fluctus. Ni preſſiſſet undas fluctibus: niſi nubes fluctibus oppoſuiſſet. Non cæli nox: non fuit naturalis: q̃lis ſit ex cæli cõuerſione: ſed obſcurior: & inferna. Obſitus: obũbratus: obſcurus: ſq̃llidus. Terẽ. Pannis: anniſq; obſitus. Nimbis: uentis: & pluuia. Deprimit: infra denſat, & reſtringitur. Fluctuſq;: & maris fluctus ad nubes uſq; erigebant. Lux metuenda: fulgur: uel fulgetrum. Perit: extinguitur in ipſis nubibus, & pluuia. Diſſilit: diſſultat. Aer nimboſus: uentoſus: nam ex nimbis, ideſt uentis: & nubibus orit. Obſcurum: nomen p aduerbio. Cõuexa ſuperum fremũt: cæli cõcauitas reſonat. Axis arduus: ſeptentrio: de quo Virg. Hic uertex nobis ſemper ſublimis. Poli: qbus ſuſtinetur cælum. Mota cõpage: excuſſa contũctione: & cardine. Chaos: elementorũ cõfuſionẽ. Moras cõcordes: cauſas: q bus cõiunctæ ſunt: morãturq; in cõcordia. Terra enim frigiditatis reſpectu eſt aquæ cõtermina. Aqua aeri humiditatis ratione cõiungit. Aer ab igne ob cõmunẽ calorẽ non diſſidet. Nox: tenebroſum chaos. Miſtura manes Deis: cõfuſura iſernum cælo. Vna: ſola, & præcipua. Ruina mundi: elemẽtorũ cõcurſione. Quantum: fluctuũ altitudo rupi Leucadiæ cõparatur: quæ quidem altiſſima eſt iuxta Ambraciã Epiri oppidũ: ubi & Leucates promõtoriũ ẽ: ad quod Leucadiũ mare, & littus, & Leucadia peninſula quondã Neritus appellata: in ea & oppidũ Leucas Neritũ dictum. Deſpicit: deorſum uidetur. Vertice: rupe: de q̃ amãtes ſe præcipitare ſolebãt: ut ait Strabo. Nautæ: Cæ. & Amyclas. Præceps: decliue. Cumq;: quando. Hiant: deſcendũt: & aperiunt. Virg. His unda dehiſcẽs: Terram iter fluctus aperit. Vix eminet æquore malus: uix apparet ſummitas mali. Nubila tanguntur: hyperbole. Terra: fundi maris arena. Sedet: dimittitur. Non cælat arenã: oſtendit imam terram: quæ ſuſtentatur. In tumulos: in fluctus inſtar montium & tumulorum. Eſt in fluctibus: erigitur in fluctus: & deſerit ima.

Noluit ulla pati cælo contenta teneri.
Tũc quoq; tãta maris moles creuiſſet i aſtra:
Ni ſuperum rector preſſiſſet nubibus undas:
Non cæli nox illa fuit: latet obſitus aer
Infernæ pallore domus: nimbiſq; grauatus
Deprimit: fluctuſq; in nubib' accipit imbrẽ:
Lux ẽt metuenda perit: nec fulgura currunt
Clara: ſed obſcurum nimboſus diſſilit aer.
Tũc ſuperũ conuexa tremũt: atq; arduus axis
Intonuit: motaq; poli compage laborant.
Extimuit natura chaos: rupiſſe uidentur
Concordes elementa moras: rurſuſq; redire
Nox manes miſtura Deis: ſpes una ſalutis
Quod tanta mundi nondum periere ruina.
Quãtũ Leucadio placidus de uertice pontus
Deſpicitur: tantum nautæ uidere trementes
Fluctibus e ſummis p̃ceps mare: cũq; tumẽtes
Rurſus hiãt undę: uix eminet æquore malus:
Nubila tanguntur uelis: & terra carina:
Nã pelagus: q̃ parte ſedet: non cælat arenam
Exhauſtũ i tumulos: oiſq; in fluctibus unda ẽ.

OMNIBON. ¶ Vlla littora: qa littoris: & riparũ legẽ cõtẽpſit. Cælo cõtenta teneri: ſufficiebat mari: ut a cælo cõtineret: ſed nolebat cõtineri a terra: ſicut ante cõſueuerat: oĩa ergo erant cælũ & pontus: tamẽ continebat a cælo extrinſecus. Tunc quoq; tanta: quo tpe inquit nauigabat Cæſar: parũ abfuit: qn diluuiũ fieret. Moles: magnitudo uſq; ad aſtra: ſicut creuit tpe diluuii. Preſſiſſet: qa craſſo aere undas circũdedit: ut terminos ſuos trãſirẽt. In aſtra: ſi ſuperius elemẽtũ eſt æther: ſecũdum aer: tertiũ aq̃: quartũ terra: ergo dicit a ſecundo elemento oppſſum eſſe mare: ne ſuos terminos trãſiret: qđ niſi feciſſet Iuppiter ad ſidera uſq; tranſiſſet. Non cæli nox: quẽ diem ſuperius appellauit: nũc noctẽ ratione ſuperius dicta. i. nõ fuit naturalis nox: ſed ſupea naturã: non enim occidente Sole facta eſt nox: ſed nubibus craſſis iuoluit aerem. Latet obſitus aer. i. tanta erat aeris craſſitudo: & nigredo: ut cõparari poſſet pallori inferni. Nimbis. i. uentis cũ pluuia. Fluctus accipit imbrẽ: nã mare adeo elatum erat in aera: ut ex nubibus fluentes pluuias ſtatim acciperet. Lux etiã metuẽda: dicit nubes adeo fuiſſe craſſas: ut fulgura e nubibus erumpere non poſſent: audiebat qdẽ tonitruus cũ fulmine: ſed non procedebant fulmina ſicuti cõſueuerant. Lux. ſ. fulguris. Perit: pp̃ter craſſitudinẽ nubiũ. Diſſilit. i. diuidit. Obſcurũ: pro obſcure. Tunc ſuperũ: aer & cælũ ipſum concuti uidebat. Conuexa. i. cæli concauitates. Axis. i. polus arcticus. Virg. Hic uertex nobis ſemp ſublimis. Poli. ſ. arcticus: & antarcticus. Extimuit natura chaos: natura rerum timuit ne rurſus elementa pturbarent: & antiquũ chaos rediret. Chaos enim elementorum oĩum cõfuſio dicit: & rudis: indigeſtaq; materies.

Chaos Concordes moras: hãc morã cõcordẽ. i. cõnexionem elemẽtorũ: Homerus appellat Cathenam auream: nam elemẽta cõueniũt inter ſe ſecundũ diuerſas q̃litates: ut late Macrobius explanat. Nox manes mixtura Deis: ideſt piculũ eẽ uidebat: ne lux cũ tenebris miſceret: p Deos lucem itelligit: p manes obſcuritatẽ. Spes una ſalutis. ſ. erat Cæ. & Amyclæ: q quanq̃ tãta tẽpeſtas ingruerit: nõdũ tñ perierant: poſtq̃ tãtũ picoli uitauimus & id facile, qđ inſtat, euitabimus. Quantum Leucadio: dicit nõ humilius erectos fuiſſe fluctus: q̃ ſit uertex Leucadis pmontorii: ſublati longe, lateq; maria porrecta deſpiciebãt: quẽadmodũ deſpicitur mare de uertice Leucadis promõtorii Epirotici. Quantum deſpicitur: quãtum de ſpecula Leucadis proſpici põt: tãtum de ſummis fluctibus erecti Cæſar & Amyclas de puppe maria uidere poterant: ordo eſt: Nautę trementes: ſcilicet Cæſar & Amyclas: & alii q nauigabãt aliis nauibus uidere tantum mare. Trementes: imminenti periculo tempeſtatis. Præceps: perturbatum. Cũq; tumẽtes Rurſus: deide in profundũ maris mittebatur: ut uix extra undas malus appareret. Hiant. i. dehiſcũt. Terra. ſ. tãgit: qa ad imum maris, & uſq; ad arenas deſcendebãt: & eſt otioſa & poetica hyperbole. Nam pelagus: dicit uniuerſum mare exhauſtum turbine uentorum ſiccas in fundo maris arenas deſtituiſſe. In tumulos: in ſublime. Non cælat: non tangit arenas: quia nihil undarum in fundo maris relinquebatur: ſed arena ſola relicta erat. In fluctibus: non in alueo ſuo: ſed in fluctibus erecta conſtiterat.

¶ Artis

℃ Artis opem uicere metus: præ metu arte uti obliuiſcebantur. Frangat: ſecet. Cui cedat: quos fluctus uitet. Succurrit: auxilio eſt. Fluctuſq; euertere puppim: ex fluctuum diſcordia nauis conſeruabat: nam dextro eam impellente: ſiniſter obſtabat: & erigebat. Victum: iam inclinatum. Surgit ardua: erigitur eminens. Non humilem: non metuebant inquit ſaxa: & ſcopulos humiles: ſed inſulas: montes & promontoria altiſſima. Saſona: Saſon inſola inter Brũduſium & Epirũ: de qua libro ſecundo: Spumoſo Calaber perfundit æquore Saſon. Theſſaliæ curuæ: ſinus theſſalici flexi. Malignos: periculoſos. Ambraciȩ: urbs in ſinu Leucadio. Summa Ceraunia cacumina Ceauniorum: q̃ ſunt inter Ionium & Adriaticum: & a quibus ex Epiro ſumit nauigatio Italiã uerſus. Vir. Proochimor pelago uicina Ceraunia iuxta: Vnde iter Italiam, curſuſq; breuiſſimus undis. Digna ſuis fatis: iãm uiri morti congrua. Tãtus ne: diffidens Cæſar euadere poſſe: conqueſtus eſt aliquantulum: & mortem æquo animo laturum ſe dixit: ſolatuſq; eſt ſe ipſum breui ſuorum geſtorum commemoratione: & Deos precatus eſt: ut ſuum cadauer in terras nõn deferatur: ut hoſtes ſemper metuant: & ſui ſperent. Tantus labor: nam facile eſt. Tam magno: cum uel paruo poſſint. Si gloria: ſi in mari ſum periturus. Negamur: prohibemur. Feſtinata dies ſatis: mors imatura: quam fata urgent. Ingentes actus: præclara: quæ erã acturus. Arctoas: gallicas: & germanicas. Subegi arma inimica: ſubiugaui potentiam Pompeii ı me/ tu inſecto: quem Italia expuli. Magnum ſecundũ. Põpeium me minorem: nã fui primus in urbe. Iuſſa plebe: factus ſum conſol iuſſu meo: quod prohibebant ẽt bello mihi illato. Tuli faſces: fui conſul. Iuſſa ta me. Nulla meis: omnes titulos: honoreſq; Romanoꝝ geſſi. Neſciet: ſolus ſum mihi huius rei cõſcius. Niſi tu: apoſtrophe ad fortunam. Me quãuis: ideſt q cum pe ream magiſtratus: morior ſecundum uoluntatem priuatus. Plenus honorum: qui geſſi omnes honores.

SVLPITIVS

Saſo ubi

Artis opem uicere metus: neſcitq; magiſter
Quã frãgat: cui cedat aquæ: diſcordia ponti
Succurrit miſeris: fluctuſq; euertere puppim
Non ualet ĩ fluctus: uictũ latus unda repellẽs
Erigit: atq; omni ſurgit ratis ardua uento.
Non humilẽ Saſona uadis: non littora curuæ
Theſſaliæ ſaxoſa pauent: oræq; malignos
Ambraciæ portus: ſcopuloſa Ceraunia nautȩ
Sũma timent. credit iã digna pericula Cæſar
Fatis eſſe ſuis: tantus ne euertere dixit
Me ſupis labor ẽ? parua quẽ puppe ſedentem
Tam magno petiere mari? ſi gloria leti
Eſt pelago donata mei. belliſq; negamur
Intrepidus quãcũq; datis mihi numina mortẽ
Accipiam: licet ingentes abruperit actus
Feſtinata dies fatis: ſat magna peregi
Arctoas domui gentes: inimica ſubegi
Arma metu: uidit Magnũ mihi Roma ſecundũ.
Iuſſa plebe tuli faſces per bella negatos:
Nulla meis aberit titulis Romana poteſtas:
Neſciet hoc quiſquã: niſi tu: quæ ſola meorũ
Conſcia uotoꝝ es: me quãuis plenus honoꝝ:

℃ Artis opẽ uicere metus: nimio metu oblitus ẽ Amyclas gubernationem nauis. Metus. ſ. manifeſtæ mortis. Artis opem: ideſt artem gubernãdi. Neſcitq; magiſter. i. neſcit quã in partem dirigat nauem: nec a qua parte retrahat. Diſcordia ponti Succurrit miſeris: quomodo diſcordia proderit nauigãtibus: hoc modo: nam cum a dextra fluctus in nauem impuliſſet: niſi tempeſtas aduerſa fuiſſet: nauis euertebatur: at uero cum in eo eſſet ut obrueretur nauis: impulſa ab impetu uentorum flantium a dextera: flatus motus a ſiniſtra retundebat eam: & ita eam obrui non permittebat: ideo perturbatio maris pderat. Diſcordia ponti: qa undiq; cõflictabatur mare. Euertere puppim: quia iam euerterat dexter fluctus: ſiniſter poſtea erigebat eam. Omni uento: ideſt undiq; flante. Non humilem: non metuebat inquit humilia ſaxa littoris: & ſcopulos in medio mari ſitos: ſed metuebat ima cacumina montium: quia elidebant eos in mari. Saſona: inſula eſt: quæ ipſius interualli: quod inter Brunduſium & Epirum interiacet: media ſita eſt: ut refert Strabo. Theſſaliæ curuæ: quia Theſſalia eſt in littoribus maris. Oræ Ambraciæ: Ambracia iuxta Argos eſt amphilochium: quod Alcmeon: eiuſq; liberi condiderunt: ut refert Strabo. Credit nunc digna pericula Cæſar: nunc demum Cæſar timere cœpit: & tanta pericula exiſtimauit iam eſſe ſua morte digna: q magna nubes ad hoc demitteretur: ut Cæſarem interficeret. Tantus ne euertere: cum uideret undiq; maria perturbari: & uentos inter ſe confligere, nec adhuc periiſſe; tamen ſe continere non potuit: quin in hanc uocem prodiret. Parua quem puppe: parua puppe uehor: & cum ueriſimiliter mori hac Cymba poſſim: tamen undiq; uentos Dii concitauerunt. Petiere: inuaſerunt. Si gloria leti: ſi ita ſemel ſtatuiſtis: ut naufragus moriar: non refugiam: ſed unum eſt tantum quod uos rogo o ſuperi: ut corpus meum occultum ſit: & ut me ab omni parte mundi homines metuant: cum ignorent: uiuam ne: an mortuus fuerim. Donata pelago: ut pelagus mea morte glorietur. Belliſq; ne: ideſt bella ne ciuilia committam. Licet ingentes: etiam ſi mors ante diem præueniens: maiora facinora præoccupet: tamen ſi modo iubetis: corpus meum nuſquam inueniatur: ſatis mihi erit: nam quãtum ad gloriam pertinet: ſatis magna peregi: quia ſeptentrionẽ omnem uſq; ad occaſum meis armis ſubegi: & tantus iam euaſeram: ut Roma Pompeium mihi ſecundum fecerit. Feſtinata: ante tempus occupans. Belli: cum iam perfecturus eram: & illi manum extremam impoſiturus. Arctoas gentes: ſcilicet Galliam uniuerſam: atq; Germaniam. Inimica arma: partis Pompeianæ. Magnum: Pompeium. Secũdũ mihi: cum ille pulſus ex urbe in exilium quaſi profectus erat: ego autem Romæ ſecurus fui. Faſces: dictaturam, & conſulatũ. Nulla meis aberit: quoniam ædilis: & prætor: & conſul: & dictator fui. Neſciet hoc: omnes inquit ignorẽt mortẽ meã: pręter te o Fortuna: quæ omniũ meaꝝ reꝝ ſp conſcia fuiſti. Hoc ſcilicet me mori priuate. Plenus honorum: quaſi hæc duo inter ſe cõtraria ſint: ſcilicet plenum aliquem eſſe honorum: & priuatum: ſed priuatum dicit: ideſt more priuati hominis: quia moriebatur ſine apparitoribus: ſine miniſtris.

OMNI BON.

Ambracia ubi

SVLPITIVS

¶ Mori priuatum:uidetur hoc loco conſtituiſſe tyrannidem uelle deponere: & ciuem agere:ac ſi legens neſciat interpretare priuatum:ideſt more priuati:hoc eſt ſine frequētia:& exegis:precatur q; fortunam:ut mortem eius cęlet. Funere:exequiis:& pompa. Ennii ſentētia eſt:Nemo me lachrymis decoret:nec funera fletu Faxit.& Homerus ait:Nil proſunt lachrymæ uitali lumine functis:Nec uitam reuocare ualent:nec fata mouere. Deſint buſta:non comburar:non ſepeliar. Decimus fluctus:qui maximus omnium eſt auctore Feſto.& Ouidius in Triſtibus ait:Qui uenit hic fluctus:fluctus ſupereminet oēs:Poſterior nono eſt:undecimoq; prior. Oua etiam decima dicuntur:quia aliis maiora naſcunt. Leuat: tollit.

Et dictator eam ſtygias:&conſul ad umbras:
Priuatum fortuna mori.mihi funere nullo
Eſt opus.o ſuperi lacerum retinete cadauer
Fluctibus ī mediis:deſint mihi buſta:roguſq;
Dū metuar ſemp:terraq; expecter ab omni.
Hæc fatū decimus dictu mirabile fluctus
Inualida cum puppe leuat:nec rurſus ab alto
Aggere deiecit pelagi:ſed pertulit unda
Scrupoſiſq; anguſta uacant ubi littora ſaxis
Impoſuit terræ:pariter tot regna:tot urbes:
Fortunamq; ſuam tacta tellure recepit.
Sed non tam remeās Cæſar iam luce ꝓpinq:
Quā tacita ſua caſtra fuga:comiteſq; fefellit.
Circunfuſa duci fleuit:gemituſq; ſuorum:
Et non ingratis inceſſit turba querelis:
Quo te dure tulit uirtus temeraria Cæſar?
Aut quæ nos uiles animas in fata relinquens
Inuitis ſpargēda dabas tua mēbra procellis?
Cū tot in hac anima populorum uita:ſaluſq;
Pendeat:& tātus caput hoc ſibi fecerit orbis:
Sęuitia eſt uoluiſſe mori:nullus ne tuorum
Emeruit comitum fatis non poſſe ſuperſtes
Eſſe tuis?cū te raperet mare:corpora ſegnis
Nr̄a ſopor tenuit:pudet heu tibi cā petendæ
Hæc fuit Heſpiæ?uiſū eſt cōmittere quēquā

Nec rurſus:nec præcipitauit in decliuē partem fluctus:ſed in terrā pertulit. Aggere:fluctu. Impoſuit terræ:Appianus inquit:Quod inſtante die,Cæſar fortunam accuſans: q; felicitati eius inuidiſſet:nautas retrouerti iuſſit:& nauim in oram fluuii citam fuiſſe regreſſam. Vacant ſaxis ſcrupoſis: ubi non ſunt aſpera ſaxa.Scrupus eni lapis aſper:a quo fit diminutio ſcrupulus:& poſſeſſiuū ſcrupeus. Virgi. Scrupea tuta lata.

Scrupus

Recepit: in campis accepit. Sed non tam remeans Cæſar iam nō ita reditu ſuos fallere potuit: quia iam aderat dies:ut in diſceſſu fefellerat. Itaq; eū quidā admittebantur:quidam querelis ſuns proſecuti. Remeans:reuertens. Fuga:diſceſſu. Circunfuſa:conqueſti ſunt milites cum fletu:& eum libere accuſauerūt. Inceſſit: inuaſit: aggreſſa eſt. Quo te dura: licentia eſt: hoc eſt exornatio:q̄ fit:cum apud eos: quos uereri:aut metuere debemus:aliquid ꝓ noſtro iure dicimus: qđ minime offendat. Temeraria:incōſiderata: & audax.

Nos animas uiles:nos quos ſpreuiſti. Dabas tua mēbra:exponebas te morti:quā elemēta & procellæ recuſabant inferre. In hac anima: in tua uita. Pendeat: nam ſine te ſalui eſſe non poſſunt:nec uolunt. Et caput hoc:& te principem ſibi maior pars mundi delegerit. Sæuitia eſt uoluiſſe mori: & in te: & in alios fuiſti crudelis:cum ita morti te expoſueris. Emeruit:meritus eſt ut tecum periret:nec tibi mortuo ſupeſſet. Cū te raperet mare:cum fluctibus agitareris: nos inſcii & ſecuri dormiuimus. Pudet heu:temeritatis accuſat: q; urgentem cauſam tanto ſe diſcrimine exponendi nō habuit:potuiſſet enim nuncium mittere:quoniam nō niſi neceſſitate cogente duces periculis ſe nō debēt:excuſatur tamē a pietate:q; noluerit quemquam alium diſcriminibus tantis ubiicere.

OMNIBON.

¶ Dictator:nam ipſu dictatore habente comitia ſeipſum creauerat cōſulem:ut ſuperius uiſum eſt. Mihi funere nullo:non quęro inquit:ut ſepulchro corpus meum reponatur: immo libenter honore ſepulchri caruerim: dummodu quiſquam naſciat me mortuum eſſe. Hæc fatum: hæc ubi dixit Cæſar: mira inquit res dictu eſt:continuo fluctus nauem ſuſtulit: & eam impulit:ut non rurſus redierit in undas: ſed ad littora deferetur; & ibi in ſicco deſtitueretus: ſimulatq; terram Cæſar tetigit: omnia ſecum recuperauit: & uicturiam:& bellum:exercitum: atq; fortunam. Decimus fluctus; ideſt ingens: ideo autem dicitur decimus ingens: & maius:quia cum primum gallina oua parere cœperit: decimum eſt maius:hoc Feſtus Pompeius affirmat. Deiecit: poſtq̄ nauem ſemel erexit i rurſus non deiecit in pelagus. Pertulit:perſeuerantes tulit. Impoſuit:ſcilicet nauem terræ. Scrupoſis: aſperis ſaxis: uidelicet in medios ſcupulos.

Vacant:uacua ſunt. Pariter tot regna:ſeruato Cæſare:ſeruata ſunt omnia:quæ eius erant. Sed nō tam remeans: cum decederet e caſtris ſecunda uigilia Cæſar cuſtodes:& uigiles fefellit: at uero cum luce facta rediret:illos non fefellit:excitati enim omnes cunquerebantur de Cæſa.abſentia: q; uiderent ſe in periculo relictos: grauiterq; de illo conquerebantur. Fuga: diſcedens. Sed uun:nam ſicut fefellerat diſcedens:ſic non decepit rediens. Inceſſit:cumulauit:inuaſit. Non ingratis querelis:nā non placebat Cæſari: q; de ſe conquererentur milites. Quo te dure: ponit quibus querelis uſi fuerint in Cæſarem. Eſt autem exornatio ſententiarum: quæ dicitus licentia: & græce παρρησία cum inferior ſibi ſumit aliquid de maiori:de eoq; conqueritur: & ita obiurgat ſuperiorem: quemadmodum putas illum ſe uelle obiurgari. Dure: qui potueris milites tuos in periculo deſerere. Temeraria:nimiū audax. Nos uiles animas: quas paruifacere uidebaris. In hac anima:ideſt in tui unius uita poſita ſit ſalus multorum. Caput hoc ſibi:demonſtratiuum eſt. Sæuitia eſt uoluiſſe mori: quia ille nimium ſæuus eſt in ſeipſum: qui mori uult: cum ab eo ſalus multorum pendeat. Nullus ne tuorum:nunquid inquit aliquis noſtrum:non ita te amat:ut non unum tecum duxeris:qui ut tuorum fatorum comes eſſet. Cum te raperet mare:flentes hoc dicebāt:Nos dormiebamus:tu uero tempeſtatem maris patiebaris. Pudet heu: cū in mentem uenerit:q; noſtra ſalus tibi carior fuerit q̄ tua. Petendæ heſperiæ:ut tu peteres:& nō mitteres.

¶ Sors

Sors ultima: neceſſitas: mortis metus. Permiſiſſe: ſupple decuit. Laſſas: defatigas. nam ab inomeris, quibus te expoſuiſti periculis, conſeruauerunt. Sufficit: quod ſeruatus es incolumis: adeo magnum fortunæ beneficium fuit: ut uideatur nil ulterius in bellis tibi debere præſtare. Impegit: affixit: & deduxit. Hi ne uſus: ſic ne uis Deis abuti: tentareq́ ipſos. Vt eſſes naufragus felix ut mergendi pericolo propinquus euaderes. Patientibus: ceſſantibus. Nec non: impatiens moræ Cæſar Poſthumium Brunduſium miſit: ut Gabinium addurere iuberet exercitum: ſi abnueret, Antonio ut præciperet: post Antonium Calieno: ſin omnes negarent: epiſtolam ad exercitum iciperet: ut Poſthumio obſequeretur. SVLPITIVS

Tam ſæuo crudele mari. ſors ultima rerum
In dubios caſus: & prona pericula mortis
Præcipitare ſolet: mundi iam ſumma tenétem
Permiſiſſe mari tantum quid numina laſſas?
Sufficit ad fatum belli fauor iſte: laborq́
Fortunæ: quod te noſtris impegit arenis.
Hi ne uſus placuere Deū: non rector ut orbis
Nec dominus rerū ſed felix naufragus eſſes?
Talia iactantes diſcuſſa nocte: ſerenus
Oppreſſit cum Sole dies: feſſumq́ tumentes
Compoſuit pelagus uētis patientibus undas.
Nec non heſperii laſſatum fluctibus æquor
Vt uidere duces: purumq́ inſurgere cælo
Fracturum pelagus Borean: ſoluere carinas:
Quas uētus: doctæq́ pati moderamine dex(træ)
Permiſtas habuere diu: latūq́ p æquor (træ)
Vt terreſtre coit conſertis puppibus agmen:
Sed nox ſæua modum uenti: ueliq́ tenorem
Eripuit nautis: excuſſitq́ ordine puppes.
Strymona ſic gelidū bruma pellēte relinquūt
Poturæ te Nile grues: primoq́ uolatu
Effingunt uarias caſu monſtrante figuras:
Mox ubi percuſſit tenſas Notus altior alas:
Cōfuſos temere īmixtæ glomerant in orbes:

Pompeius uero interea paratas acies fruſtra educebat in pugnas. Duces heſperii: Antonius: Gabinius: & Calienus: quia in Italia erant. Laſſatum fluctibus: iam mitius. Borean: Cæſar ait: Nacti auſtrum naues ſoluunt: atq́ altera die Apolloniam, Dyrachiumq́ per uehuntur. Fracturum: impulſurum. Dextræ doctæ: hoc eſt docti remiges: & gubernatores pares ducebāt.

Permiſtas: coniunctas & ordinatas. Diu: hoc eſt interdiu: quia ſequit & nox. Agmen: claſſis. Coit: cōiungitur: conuenit. Conſertis: connexis: uicinis. Vt terreſtre: ut turmæ: & cateruæ militum incedentium per terram. Modum: menſuram: quia ceſſauit. Tenorem: continuationē. Excuſſit: ordine deturbauit.

Strymona: fluuium in Hæmo ortum: qui Macedoniam a Thracia ſeparat. hyeme congelat. æſtu a gruibus frequentat: quæ hyeme in Nilū euolantes. Y. literā faciūt: ſed uehementiori uēto ipſi æ ordinē turbāt. Strymō ubi

Gruesq́ue, ut ait Plinius, uolāt ad proſpiciendū alte. Ducē, quē ſequātur, eligunt: in extremo agmine per uices: qui acclament diſpoſitos habent: & qui gregem uoce contineant: excubias habent nocturnis tēporibus: lapillum pede ſuſtinētes: qui laſſatis ſomno decidens: indulgentiam ſono coarguat. Cæteræ dormiūt capite ſuper alam condito: alternis pedibus inſiſtentes: dux erecto prouidet collo: ac pdicit. Figuras uarias: ut. Y. A. L. In orbes: in rotunditatem: & globum.

Sors ultima. i. cū ad extremā neceſſitatē redactus quis fuerit: ſolet ſe ſponte periculis tradere: ſed nulla fuit neceſſitas: quæ cogerit te hoc facere. Præcipitare. ſ. homines. Prona: manifeſta. Mundi iā ſumma ten. iā rerū omniū dominus eē cœpiſti: nā multos habebas in Italia populos tibi obſequētes. Tenētem: ſupple decuit. OMNI BON.

eclypſis uerbi eſt: quæ fieri ſolet in orationibus quæ πάθος. i. paſſionem habēt: cum indignatione ergo dictum.

Tantum quid numina laſſas? tu nimium inquit fatigas Deos: & illos tentas: cui non neceſſe fit, ſed iuſte fortaſſe non erunt in bello tibi Dii propitii: quia dicent: q te ex undis ſeruauerint: & ſatis tibi propitios fuiſſe in mari.

Labor fortunæ: quia ereptus es a medio mari. Impegit. i. adegit, impulit. Hi ne uſus: uidet ne hoc tibi æquū: ut uelis abuti numine Deorū in rebus non neceſſariis. Non rector ut orbis: non orebatis hoc Deorū fauore: ut dñs eſſes orbis terrarū: ſed ut a naufragio uoluntario te liberares. Feſſumq́ tumentes: & ſimul exorta luce procella: tempeſtaſq́ maris placata eſt. Patientibus. i. deficientibus. Nec non heſ. & mare adriaticum in ea parte tranquillū effectū erat uentis deſinentibus: uno tm̄mō uento Aquilone leuiter tenebat: qui uentus ſecundus eſt nauigantibus ab Italia in Epirū: ergo duces Cæ. qui adhuc tardati fuerant: q̄uis crebro per līas acciti: tandem ſoluta claſſe nauigare cœperūt. Nec nō. i. ſimiliter. Duces: Ant. & P. Callenus: & Gabinius: hi. n. ꝑerāt copiis Cæ. Purū: ſerenū. Boreā: qui ſecundus eſt ab Italia nauigantibus in Epirū. Quas uē. dicit uelis pariter: & remis aliquādiu nauigaſſe: ut celerius per medios Pompeianos tranſirent. Latumq́ p æquora ferebant naues æqualiter currētes ut uiderentur quaſi agmina in continenti terra inſtructa. Diu: quia non perpetuo: nam mutatus eſt uentus.

Sed nox ſæua: quia ſuperueniente nocte: uentus ex aduerſa parte flare cœpit deſinente Aquilone. Excuſſit: dimouit puppes: q ante uelut agmen uehebantur. Strymona ſic gelidum: per ſimilitudinem oſtendit: qūo ordo nauigantis claſſis perturbatus eſt: quēadmodū inquit perturbat ordo gruū: tunc: rū de Strymone flu. uolāt in Epirū: nam hæ auis amat tēperatas regiones: ergo tpe æſtatis relinquunt Aegyptū calidiſſimā regionē: & in Thraciā trā. uolant: ubi eſt Strymō flu. e diuerſo tpe hyemis. Grues (ut inquit Solinus) excubias nocte diuidūt: ut ex oi decima ſit quæq́. uigiles ponduſcula digitis amplectuntur: quæ ſi forte exciderint: ſomnum coarguant: quod cauendum erit: clangore indicant: arenas deuorantes non prius euomunt: q̄ ſecuræ ſedis ſuæ fuerint: nigreſcunt ſenectute: & ſic ætas in illis proditur colore: uolantes aūt per aerem ſuo ordine. Y. literam imitantur. ſi uehementior uentus incubuerit: diuerſas līas imitant: eodem mō dicit perturbatum fuiſſe ordinem nauigantium. Primo q uolatu: cū primū uolare incipiunt. Effingunt: formant uarias figuras literarū. Caſu monſtrante: quia non ingenio: ſed caſu literas formant uolatu. Percuſſit: inuaſit. Tenſas alas. ſ. uolantium. Altior: ab alto flans. Gruum natura

SVLPITIVS ℭ Littera: Y. quam ut plurimum faciunt. Perit: delerur. Pennis: ipſis gruibus. Aer uiolentior: uentus, qui nil aliud eſt q̃ aer impulſus: & uehemens. Concitus ortu: ſurgens oriente Sole. Liſſi: Liſſus oppidum in Macedonia poſt ſinũ Ciricum iuxta Acroliſſum: eſtq; citra Nympheum milia paſſuum tria. Fruſtra tentati: ad quæ curſum nequicq̃ direxerant: quia hoſtes tenebãt: & alii eos perſequebantur. Cæſ. enim ſic habet: Cũ noſtri eſſent ex continente uiſi: Qu. Coſconius: qui Dyrachii claſſ. Rhodi præerat: naues e portu educit: & cum iam noſtri remiſſiore uento appropinquaſſent: idem Auſter increbuit: noſtriſq; præſidio fuit: & nacti ſunt portum: q Nympheum appellatur: qui portus ab Africo tegebatur: ab Auſtro non erat tutus. Sed ſubita fortunæ commutatione Auſter: qui per biduum flauerat in Africum ſe uertit: roſtratæq; hoſtium naues. xvi. eiiſæ: merſæque ſunt: Cæſaris duæ naues tardius confecto curſu: cum ignorarent quem locum reliquæ cepiſſent: contra Liſſum in anchoris cõſtiterunt: quas cum Octacilius qui Liſſi præerat: oppugnaret: aliqui ſe dedidere: nonnulli occiſi ſunt: ueterani uero compluribus cęſis ad ſuos ſe receperũt. Nudas Aquilonibus: in quas non flat Aq̃lo. Succedens: qui flauit poſt Boream: ſed contra ait Cæ. ut diximus. Vndiq; collatis: ubi Pom. uidit iudicatis ſuis & Cæſ. uiribus magno periculo eſſe pugnandum: coniugem in Leſbon mittere ſtatuit. In robur: in potentiam: & fortitudinem. Sũma: extrema. Onus coniugii: Corneliã coniugem: quam non poterat ſatis cõmode apud ſe retinere: nec uſq; moleſtã ſegregare. Tutũ: ut tuta eſſet. Leſbo: Leſbos i Troade inſula eſt: in qua oppida ſunt Tymna & Mytilene. Heu quantum: conſcius ſuæ impoſſam mentis poeta: Magnam inquit uim habet iugalis amor in iuſtis hoibus. Pom. enim in mediis bellis non potuit amore non tangi. In æquas mentes: iniqui enim ſpernunt coniugia: in qbus eſt prima generis humani ſocietas. Iuſta Venus: iugalis amor. Quod nolles ſtare: quod nolles prælíis te committere: eſſent q; tibi illa moleſtiora. Ictu: conflictu: & pugna. Coniux ſola fuit: ſupple cauſa q; abſtinuiſti. Verba deſtituunt: annũciare nõ poteſt animi conceptum: & decretum: hianti enim uerba non ſuccurrebant. Blandæq; iuuat: differebat tempus in lõgum: ut minori moleſtia afficeret coniugem. Ventura: ideſt diſceſſum Corneliæ, & prælia futura.

Lesbos ubi

Et turbata perit diſperſis littera pennis.
Cum primum redeunte die uiolentior aer
Puppibus incubuit Phœbeo concitus ortu:
Prætereunt fruſtra tentati littora Liſſi:
Nympheũq; tenent: nudas Aq̃lõibus undas
Succedens Boreæ iam portũ fecerat Auſter.
Vndiq; collatis in robur Cæſaris armis
Sũma uidens duri Magnus diſcrimia Martis
Iam caſtris inſtare ſuis: ſeponere tutum:
Coniugii decreuit onus: Leſboq; remota
Te procul a ſæui ſtrepitu Cornelia belli
Occulere. heu q̃tũ mẽtes dominat̃ in æquas
Iuſta Vẽus: dubiũ: trepidũq; ad p̃lia Magne
Te quoq; fecit amor: qd̃ nolles ſtar̃ ſub ictu
Fortunæ: quo mundus erat: Romanaq; fata
Coniux ſola fuit. mentem iam uerba paratam
Deſtituunt: blandæq; iuuat uentura trahentẽ
Indulgere moræ: tempus ſubducere fatis.
Nocte ſub extrema pulſo torpore quietis
Dũ fouet amplexu grauidum Cornelia curis
Pectus: & auerſi petit oſcula grata mariti
Humentes mirata genas: percuſſaq; cæco
Vulnere: nõ audet flẽtẽ deprendere Magnũ.

Subducere fatis: ſubtrahere neceſſitati: quæ inſtabat. Nocte ſub extre. in diei principio. Pectus grauidũ: Pompeiũ: ſollicitũ bellicis curis: & impatientẽ abſentiæ coniugis: quã unice amabat. Auerſi: oppoſiti. Humẽtes genas: lachrymabat̃ eni Põpeius. Percuſſa: perterrita. Deprẽdere: interpellare ſermone, & quare fleret interrogare.

Pōpeiū exhauſtæ ꝓbenda ad pabula terræ:
Quę currens obtruit eq̄s:gradibuſq; citatis
Vngula frōdentem diſcuſſit cornea cāpum.
Belliger attonſis ſonipes defeſſus in aruis:
Aduectos cū plena ferant præſepia culmos:
Ore nouas poſcens moribūdus labiſ herbas:
Et tremulo medios abrumpit poplite gyros.
Corpora tum ſoluit tabes:& digerit artus:
Traxit iners cælum fluuidæ contagia peſtis
Obſcuram in nubem:tali ſpirāmine Neſſus
Emittit ſtygium nebuloſis aera ſaxis:
Antraq; letiferi rabiem Typhonis anhelant.
Inde labant populi:cæloq; paratior unda
Omne pati uirus durauit uiſcera cœno.
Iam riget atra cutis:diſtentaq; lumina rūpit:
Igneaq; in uultus:& ſacro feruida morbo
Peſtis abit:feſſumq; caput ſe ferre recuſat.
Iā magis:atq; magis præceps agit oīa fatū:
Nec medii dirimunt morbi:uitāq;:necemq;:
Sed langor cū morte uenit:turbaq; cadentū

Corpora:initium peſtis ex corporibus corruptis oſtēdit. Tabes:corruptio. Soloit corpora:puttefecit cadauera. Digerit:diſſipat. Cælum iners:aer quietus.

Traxit con.infectum eſt:& in nigram nubem denſatum. Peſtis fluidæ:peſtem appellat cadaueris ſaniem:q̄ fluebat. Neſſus:cadauer Neſſi cæſi ab Hercule i Calydonia ad Euenū fluuiū:ubi centauroꝝ ſepulchꝝ eſt ex quo tetertimus odor egrediſ:placet ēt legaſ Neſis:q̄ inſula eſt in ſinu Puteolano:tetrum odorē emittens. Eius meminit Seneca in epiſtolis. Spiramine:exhalatione. Stygiū:mortiferꝝ. Antraq;:& ipſæ ſpeluncæ ſub quibus eſt Typhoeus:qui Inarime inſulæ ſubiacet:a qua Neſis ipſa non multū diſtat. Letiferis peſtiferi.

Anhelant ra.emittunt ſulfureū odorem. Inde:ex aere nubilo:& fœtore. Vnda pa.cæ nam facilius aqua q̄ aer inficitur. Virus:uenenum & peſtilentiam. Durauit cœ.ſtrinxit adeo uentres:ut non poſſent egerere.

Iam ri.obſcurabaſ cutis uentris duritie. Diſtentāt lu.corrumpit:oculos tumidos ulcerat. Abit in uul.inflammabantur.n.robore:& ulcerabanſ hoīum ora.Seneca in Oedipo:Piger ignauos alligat artus:Langor & ægro rubor in uultu:Maculæq; caput ſparſere leues:Tum uapor ipſam corporis arcē:Flammeus urit:Multoq; genas ſanguine tingit:Oculique rigent:& ſacer ignis Paſcitur artus. Sacro:execrabili:& diro. Quāq̄ eſt ēt morbus quidā:qui dr̄ ignis ſacer:de quo lege apd̄ Celſum li.v. Recuſat ſe ꝑ dolore:& grauedine ſuſtinere non pōt. Præceps fatū:ſubita mors. Nec mo.dir. iam non ægrotabant:ſed langore ſubito moriebātur.

Ignis ſacer quid

OMNIBON.

¶Claſſica nul.ſo ēt nullo ſigno dato ipſi inter ſe milites exercebantur. Iniuſſa tel.ua.unum ex reliquo ſeq̄tur:ideo iniuſſa:quia nullum ſignū tuba dabat. Et fit ſæ.ne.q̄uis toto die equitarent:tn̄ non erat ſpatium ſatis latum tantæ multitudini:nam pp anguſtiam loci:nōnunq̄ uulnerabant ſuos:cum ipſi ſe exercerent. Iaculū tentate.i.dum ſe exercent milites iaculando. Maior cu.Pō.peſtilentia p̄mebat:Cæ.uero fames. Maior' cu.ſ.q̄ cura pugnandi. Exhauſtæ:euacuatæ.ſ.herbis:ſtramine:& hæc cura eratq̄ Pō.a bello diſtrahebat. Quæ cur.ob.nā licet ibi paſcua eſſent:tn̄ eq̄s:dum ſe exercet ita calcauerat herbas:ut nihil oīno ſupeſſet. Obtriuit:calcauit.

Gradibuſq; ci.i.currentibus equis. Diſcuſſit:diſſipauit. Frondentē:uirentē cāpū.tranſlatio ab arboribus:nā arboꝝ frondere:pratoꝝ uirere eſt. Belliger ſo.bellator equus. Ferant:offerant. Culmos aduectos:erant ingt paleæ ad ſatietatē:ſed eas ſpernebant equi. Labiſ mo.intercurrendū deficiebat. Et tre.m.dum eques ſonipedem in gyꝝ uolueret:ille plapſus in medio curſu deficiebat. Gyros:reuolutiones. Corpora:uiroꝝ:& cætera iumenta corrūpebanſ:& aerē inficiebāt. Iners cæ.craſſus aer:putrefactis iumentoꝝ corporibus:nā aer craſſus obſcuritatem inducit ad ſimilitudinem nubis. Tali:refert Stra.li.ix.ſubter Calydonem eſſe collem Taphoſſū:in quo Neſſi:& alioꝝ centauroꝝ tumultus locatus cerniſ:equoꝝ tabo tetertimus odor ſub montis radice profunditur:& humor graſſioribus guttam manat:quā quidē ob cauſā gentē illā Ozolas.i.mali odoris uocāt:hoc a Lucano tāgiſ. Stygiū aera.i.peſtiferꝝ. Tali:qualis erat aer in caſtris Pom.infectis putrefactione corpoꝝ:q̄ reſoluebanſ. Typhonis:gigas fuit unus ex his:qui bellū cōtra Iouē intulerunt:poſtea hunc ſub Inarime mōte occiſum Iuppiter cōdidit:& quotieſcūq; mouet feſſum latus ſemꝑ emittit aerē peſtilentē. Antra.ſ.montis Inarimes. Inde:ex hac peſtis corruptione. Labant:cadūt. Vnda:primo quidē corrupta eſt unda:talē ordinē tenuit q Vir.cū peſtilentiā deſcriberet:q̄ Atticā terrā infecit. Cælo.ſ.turbido:& corrupto. Riget:dureſcit. Cutis:primū ſignū erat morbi cōtracti.ſ q; tactū cutis reſiſteret. Atra:q̄ a nigra efficiebaſ cutis. Igneaq; in uul.quia intentis oculis faciē toruā oſtēdebant:& ſtatim pallida efficiebaſ. Sacro mor.execrabili:ſicut Vir.Sacꝝ ignem appellat:quia depaſciſ:& oīa cōſumit. Feruida:nā calebant oculi:& facies:ut ignem quodāmodo emittere uidereſ. Feſſumq; ca.q; ultro:citroq; iactabaſ. Iam ma.creſcente peſtilētia ſine ulla intermiſſione cadebāt. Præceps fa.i.mors uelox. Nec me.d.nec moribus dio conſumpſit corpora:ſed ſimul ac morbus peruenerat:ſtatim moriebantur. Medii mor.quia inter uitā & mortē ſolet itercludere morbus:quia aliquandiu:& ſenſim corpora interimit. Turbaq; cadentum:ipſa ēt corpora auxere peſtilentiam:nam ſepeliri non poterant præ multitudine.

SVLPITIVS ¶ Lues:peſtis. Aucta:quo.n.plores peribant:eo tetrior erat odor:& cælum magnum letiferꝫ. Incondita: inſepulta. Nam mi.qm̃ tantummo du extra tentoria efferebant:& non ſepeliebant : nec exequus proſequebantur. Spargere:proiicere:& ſparſos dimittere. Funus:exequiaꝝ pompa. Tñ hos:ſalutaris inquit fuit uentus:qui a libera aggeribus regiune aerem inſectum pellebat:& reꝝ copia:quæ per mare aduehebatur. At li.Cæ. qui numero militum erat inferiur:copias Pom.maximas continebat:ſed frumenti inopia laborabat. Idq; ſingulari patientia milites ferebant.Pecus ob lac in honore habebant:& radicibus herbæ q̃ Cara appellatur : lacte admiſſo famem leuabant:ex hac panes effectos cũ in colloquiis Pom.famem noſtris obiectarent uulgo in eos iacebãt: ut ſpẽ eoꝝ minuerent. Non pi.non peſtifero. Inertibus:uitioſis. Arcta:ſtricta. Surgentibus cul. creſcentibus calamis.ſiue turgentibus: inflãtibus ſe. In ci.pe. ueſcebantur.n herbis:& frondibus. Dumos : ſpinaꝝ fructus:& mora. Foliis:frondibus arboꝝ : ex quibus panes faciebant.legitur ẽt morſu. Letũq; mi.periculoſas:uenenatas. Dubias:ut ſunt helleboꝝ i ſcamoniũ: uitis alba:& nigra:mandragola. Vellere: carpere:effudere. Mollire flã.decoquere ut coria. Abraſas:læſas:& ulceratas aſperitate eſculentoꝝ. Diripiens plu. rapiens:& comedens. Ante hac:ante hoc tp̃s. Saturũ:abundantem cibis. Vt primũ:ſtatim ut conſtituit Pom.erũpere media luce aciebus ſtructis caſtella Cæſa. & aggreſſus:ut per medios hoſtes euaderet: poeta unius dũtaxat prælii meminit:cum Cę.ſcribat uno die ſex prælia facta:tria ad Dyrrhachium : totidem ad munitiones.Cecidere in iis ex Pom.ad duo millia aduocati & manipulares:centurionesq; cõplures:& ſex ſigna militaria amiſſa ſunt:Cæ.amplius q̃ uiginti oibus ſunt p̃liis deſiderati.Sed oẽs,qui in caſtello milites erant,uulnerati ſunt.Ex una cohorte quatuor centuriones oculos amiſerũt:millia ſagittaꝝ circiter triginta i caſtellũ cõlecta ſunt. Clauſtris: munitionibus Cæ. Permittere:cõcedere ſibi ad euagãdũ. Dedignat̃ it.i.ſpnit clãdeſtinã fugã:& ſine p̃lio. Furto:ſecreta fuga. Vallo impul.aggere pcuſſo. Opportuna:apta expugnationi.

Aucta lues:dũ miſta iacent incondita uiuis
Corpora:nam miſeros ultra tentoria ciues
Spargere funus erat:tñ hoſ minuere labores
A tergo pelagus: pulſuſq; Aquilonibus aer:
Littoraq;:& plenæ peregrina meſſe carinæ.
At liber terræ ſpatioſis collibus hoſtis
Aere non pigro:nec inertibus angitur undis:
Sed patitur ſæuam ueluti circundatus arcta
Obſidione famem:nondum ſurgentibus altã
In ſegetem culmis : cernit miſerabile uulgus
In pecudũ cecidiſſe cibos:& carpere dumos:
Et foliis ſpoliare nemus:letumq; minantes
Vellere ab ignotis dubias radicibus herbas:
Quæ mollire queunt flãma:q̃ frangere morſu:
Quæq; p abraſas utero dimittere fauces:
Plurimaq; humanis ante hoc icognita mẽſis
Diripiens miles:ſaturũ tamen obſidet hoſtẽ.
Vt primum libuit ruptis euadere clauſtris
Pompeio:cunctaſq; ſibi permittere terras:
Nõ obſcura petit latebroſæ tempora noctis:
Et raptum furto ſoceri ceſſantibus armis
Dedignatur iter:latis exire ruinis
Quærit:& impulſo turres cõfringere uallo:
Perq; oẽs gladios:& qua uia cęde paranda ẽ.
Opportuna tamen ualli pars uiſa propinqui:

OMNIBON. ¶ Incondita:inſepulta. Nec miſe.nec licebat funera facere:ſed extra tentoria tm̃ eiiciebant corpora:& inſepulta remanebant. Funus erat : uidelicet e tentoriis eieciſſe cadauera. Tñ hos:hãc peſtilentiã uẽtus ſupueniens nõ nihil abſtulit:ita ut puriorẽ aerẽ relinq̃ret:cũ p̃ſertim ui gñe cõmeatuũ abũdarent:nã aduectitia frumenta undiq; uehebant̃. Meſſe.i.frumento plenæ carinæ:quia abundabant cõmeatibus:nã fames ſolet inducere peſtilentiã. At li.ter.hoc erat:q; a conferenda manu deterebat Pom.nunc dicit qđ deterrebat Cæ.exiſtimabatur liber ipſe:qui nullis munitionibus incluſus erat:ſed nihilominus famem tollerauit ingentem:& inopiam:ac ſi obſeſſus eſſet. Liber:non intercluſus. Angit̃.i.cruciat̃. Surgentibus cul.in ſe. nondũ flaueſcentibus agris: nec matureſcentibus. In pe.ce.ci.i.ipſos iam pabulo pecudum uti cœpiſſe. Carpere du.more pecudum. Spoliare ne.i.arbores ſilueſtres:ſi forte naſcerentur fructus: ſicuti pruna:corna: & unedones. Letumq; mi.& nonnunquam carpebant radices herbarum:quas neſciebant uenenatas eſſe. Herbas dubias:quia neſciebant eſſent ſalubres an ne:ſed in Cõmentariis legit̃: Herbam quandam frequẽter inueniebant:cuius nomen eſt Cara:& hãc herbam lacte permixtam in modum panis conficiebant:& huius herbæ magna copia fuit . Refert & Plutar.q; cum Cæ.maxima opprimeretur inopia:& milites radicem quandam auellerent:& cõmixta lacte ueſcerentur:interdũm factos ex ea panes intra hoſtium ſtationes prætercurrentes iniiciebant:addebantq; ſe quoad huiuſmodi terra radices produceret:obſidionem Pom.nõ relicturus:eos aũt & panes:& ſermones in uulgus proferri Pom. uetuit:ne ſuoꝝ ai perfringerentur:qui hoſtium imanitatem:pertinacemq; tolleramtiam:ſicuti feraꝝ exhorreſcerent. Quæ mol.que.cernit etiam alios milites alia euellere:quæcunq; molliri poterant aqua:uel elixari:quamuis aſpera eſſent:tñ per guttur mitterent:dummodu ſe ſuſtentare poſſent. Mollire flamma.i.elixare. Frangere morſu.i.quæ dentibus poſſint mandere. Per abraſas fauces:aſperitate radicum : & herbarum. Plurimaq; humanis:& ita milites nouo genere ciborum utentes Pom.omnibus rebus abundantes obſidebant. Vt primum libuit:nunc dicit poſtquam Pom.decreuit erumpere munimentum:nõ cogitaſſe illum tempore noctis clam exire:ſed per eam munitionum partem:quæ frequẽtius cuſtodiretur. Et:pro ſed. Permittere terras.i.arbitrio ſuo omnes terras habere:ut quacunq; uellet exercitum duceret. Non obſcura.i.non occulte:nec per inſidias bellũ gerere parat. Furto:pro furtim. Ceſſantibus armis:ſine pugna Cæ.reſiſtentis. Latis ruinis:quas ipſe per munitionum euerſionem faceret. Opportuna tamen:quamuis nõ occulte exire uellet:tamen eam partem elegit: quæ proxima caſtris erat:quæ appellabatur caſtella Munici:& ibi Scæua erat uir unus fortiſſimus omnium.

¶ Caſtella

Q uã Minuci caſtella uocãt:& cõfraga dẽſis
Arboribus dumeta tegũt:huc puluere nullo
Proditus agmẽ agit:ſubituſq; ad mœnia uẽit.
Tot ſimul e campis latiæ fulſere uolucres:
Tot cecinere tubæ:ne quid uictoria ferro
Deberet: pauor attonitos confecerat hoſtes:
Q uod ſolum ualuit uirtus : iacuere perẽpti:
Debuerãt quo ſtare loco:qui uulnera ferrẽt:
Iam deerãt:nimbuſq; agens tot tela peribat:
Tum piceos uoluunt immiſſę lampadis ignes:
Tum quaſſę nutãt turres: lapſumq; minant.
Roboris ĩpacti crebros gemit agger ad ict⁹.
Iam Pompeianæ celſi ſuper ardua ualli
Exierant Aquilæ:iam mundi iura patebant.
Q uẽ nõ mille ſimul turmis:nec Cæſare toto
Auferret fortuna locum:uictoribus unus
Eripuit:uetuitq; capi:ſeq; arma tenente:
Ac nondũ ſtrato Magnum uiciſſe negauit.
Scæua uiro nomen:caſtrorũ ĩ plebe merebat
Ante feras Rhodani gẽteſ,ibi ſanguie multo

¶Caſtella Minuci:ſiue a conditore ſic appellata ſunt:ſiue a fluuio eiuſdẽ nominis:cuius eſt ille in Latio: in quo producitur penultima. Dumeta confraga:ſpineta aſpera:denſa:& ſe ſe frangentia. Agit agmen:ducit exercitum Cæ.nõ aduertentibus. Proditus:indicatus. Volucres:aquilæ:& ſigna militaria. Ne quid uictoria ferro Deberet:ne opus eſſet prælio uictoriam conſequi:ſolus metus ex tubis & ſignis ſic hoſtes exanimauerat : ut reſiſtere:& pugnare non auderent. Quod ſolum ualuit:id ſolum fortiter præſtiterunt : ut e cuſtodiæ loco ſe non mouerint:ſed ibi ceciderint. Qui ferrent:qui paterentur:quia omnes cæſi fuerant. Nimbus:impetus:& uis ue lut uenti. Agens:impellens.legitur alibi ferens. Peribat:neminem feriebat. Tu; piceos.i.faces pice ſparſas iactabant. Lampadis:facis. Quaſſæ:percuſſæ:& quaſſatæ ariete. Nutant:tremunt. Aggere : murus munitionum. Gemit:reſonat. Roboris ĩpacti:arietis impulſi. Iam Pom.iam ſigniferi uallum conſcenderant. Mundi iam iura patebant:iam liber erat obſidione Pom.poteratq; per mũdum uagari. Toto Cæ. totis copiis Cæ. Vnus:ſolus Scæua:qui hoſti uictoriã eripuit:& caſtellum ſua uirtute ſeruauit. Victoribus: Pom.quos eiecit. Strato:cæſo. Scęua:de hoc Caſſio Scæua lege Cæ.cõmentarios: & Valerium maximum lib.iii.& Suetonium:qui inquit:Scæua excuſſo oculo: transfixus femore:& humero:&.c.xx.ictibus ſcuto perforato:cuſtodiam portæ cõmiſſi caſtelli retinuit . Huius ſcuto ad Cæ.relato:ut Cę.ipſe ſcribit:donauit eum ducentis millibus æris:& ab octauis ordinibus ad primipilum traduxit.reliqua de eo apud Plutarchũ lege: qui cum Appiano nõ conuenit. Merebat in ple.militabat inter gregarios. Ante gen.Rho.añ bellũ gallicũ. OMNIBON.
¶Quam Minuci caſtella uocant : caſtellum Minuci uocabatur a Minucio:qui cuſtodiæ huius propugnaculi præfectus fuerat a Cæ.id qđ ex Appiano cognoſcitur: Vallumq;(inquit) inſuper tutati ſunt Minucio: qui cuſtodiæ præfuerat : quamplura tollerante:ferunt quippe clypeo eius uiginti ſupra centum inhæſiſſe ſagittas:corpus ſex uulneribus transfixum periiſſe: hoc ſolum placet.Quidam a Numicio flumine Latii:ĩ quo Aeneas periit:deducere contenderunt:ſed non uideo quomodo poſſit ſic intelligi. Dumeta : quæ naſcuntur in locis confragis:& abruptis. Huc puluere nullo:ad hæc caſtella uenit Pom.quæ prius oppugnare cœpit:q̃ puluis aſpici poſſet ab hoſte. Ad mœnia:ſcilicet Munitionis Cæ. Tot ſimul e campis:nunc dicit ſubito aduentu ſuo Pompe.ita hoſtes terruiſſe:ut attoniti pene ſui ipſorum obliuiſcerentur:nam ubi aquilas innumeras fulgere uiderunt:& claſſica undiq; obſtrepere:ſic timebant:ut uix tela in hoſtes mouere poſſent:& ſtatim fugere omnes cœperunt:præter unum Scæuam : qui aliorum etiam animos in bella erexit. Latiæ uolucres:aquilæ Romanæ. Debere ferro : quia etiam ſine ferro uicti ſunt cuſtodes Cæſa. Pauor confecerat : ideſt conſumpſerat hoſtes: quia territi : nec tela quidem mouebant. Quod ſolum ualuit uirtus : in eo loco , inquit , ubi ſemel poſiti fuerant potius mori uolebant : q̃ fugere. Quo ſtare loco : ubi poſiti fuerant. Qui uulnera: adeo inferiores erant numero Pompe.ut multo plura tela eſſent:quæ mitterentur ab aliis : q̃ homines , qui uulnerari poſſent. Peribat : fruſtra erat. Nimbus : multitudo telorum. Tum piceos : nec ſolum telis : ferreiſque haſtis utebantur Pompe. ſed etiam facibus : ut propugnacula incenderent. Piceos : pice incenſos. Roboris impacti : impulſu arietis : nam robur arietem appellauit : quo muri impelluntur. Iam Pompe.nam aliquæ exierant per munitionem : & ferme libera loca tenebant : cum Scæua unus fuit : qui uictoriæ tot militum reſiſteret: nam repulſo Cæſa.circa uallum inter hoc ductor turmæ : cui Scæua nomen fuit:multa : & præclara facinora edidit : oculum ſagitta ſaucius , haſtam perfregit : deinde ueluti quidpiam dicturus (ut refert Appianus)in medium proſilit : ſilentibus cunctis Pompe.ductorem ſingulari uirtute cognitum ad ſe uocat : deinde affatur : Salua tibi ſimilem: ſalua amicum : ac curatores mihi adhibe : quoniam uulnere affligor : accurentibus ad illum duobus exercitus Pompe. unum aggreſſus occidit : alterius humerum enſe deiecit : quæ cum egiſſet ſeipſum : uallumque reliquit : ob id cæteri rubore conciti impetu feruntur : uallumque inſuper tutati ſunt . Minucio : qui cuſtodiæ præfuerat : complura tolerante : ferunt quippe clypeo eius uiginti ſupra centum inhæſiſſe ſagittas:corpus ſex uulneribus transfixum periiſſe : oculum uiciſſim excuſſum eſſe : hos Cæſar multis honoribus inſigniuit. In hoc non conueniunt Plutarchus : & Appianus : nam Plutarchus dicit centum ac uiginti telorum ictus in clypeo accepiſſe Scæuam : dehinc ſuorum exceptum amplexibus tuto relatum eſſe : quæ uulnera Minucio attribuit Appianus. Iura : poteſtates : imperium. Quem non mille : unus eripuit locum Pompe.quem Cęſar cum toto exercitu eripere non potuerat. Toto Cæſa.ideſt tota ui Cæſa. Strato : occiſo. Arma tenente : dum arma teneret , negauit uictoriam Pompe. Merebat in plebe : antequam Cæſar ſubigeret Germaniam miles erat gregarius : ſed uirtute ſua euaſerat ad dignitatem Centurionis. In plebe caſtrorum : ideſt militabat inter gregarios milites. Ante feras gentes:ideſt Gallos bellicoſos.

SVLPITIVS Vitis quid ¶Promotus:ad dignitatem euectus uulneribus ſuis ac cæde:quã fecit. Latiam gerit uitem:Centurionum eſt. Vitis.n.eſt inſigne Centurionum:qua ſolebant interdum percutere milites. Iuuena. Nodoſam poſthæc frangebat uertice uitem. Sic et Marcus iuriſconſultus:ubi ſcribit de re militari:docet. Silius li.vi. Leuinus ab alta Priuerno uitis latiæ præſignis honore. Longo ordine: multitudine militum. Et qui neſciret.& qui non intelligeret quanta crudelitas ſit in bellis ciuilibus fortitudinem exercere. Hic ubi:meditantes fugam ſocios hac oratione arguit:& retinuit. Tuta fugæ:loca:in quibus fugientes tuti eſſent. Abegit:reppulit. Et cun.igno.Cæ.armis: Cæ.n.timere:fugereq; non norunt. O famuli:ſeruoꝝ.n.& pecudũ ẽ fugere: & uiuere malle turpiter:q̃ mori honeſte. Abſq; cruore Terga datis mor.fugitis mortem anteq̃ uulnera acceperitis,& intuleritis. Cumulo ui.mori inter fortes:quoꝝ hic ſunt cadauera cumulata. Haud q.bu.non quæri ad ſepulchra. legitur alibi Et buſtis:interq; cadauera &c. Non ira: irritat eos a iuſta cauſa iræ:quã mox explicauit. Pietate:i Cæ.& in patriam:ſi non mouemini pietate: ſaltẽ ira uos moueat. Ex cunctis:ex contemptu iram conflat: nam ſunt pro imbecillioribus a Pom.electi. Ierit:trãſierit. Par uo ſan.parua cæde Pom. Peterem um. morerer. In uul.in cõſpectu:ſi Cæſ.me pugnanrẽ aſpiceret: felicior e uita decederem. Confringite tela: irruite in ferrum nec expectate:ut hoſtes in uos emittant. Iam: confirmat eos a ſpe ſubſidii breui affuturi. Petit lon. apparet lõgius. Securas:nil.n.huiuſmodi metuebat. Vẽdicet:recipiat. Dum mo.mouendo pugnemus. Vox adhortatio. Furorem:impetum:& iram pugnandi. Claſſica:tubæ:quaꝝ concentu milites animantur. Non ſuccedunt:non excitant. Sciturі:aduerſuri.

Promotus latiam longo gerit ordine uitem.
Pronus ad omne nefas:& q neſciret in armis:
Quã magnum uirtus crimen ciuilibus eſſet.
Hic ubi quærentes ſocios iam Marte relicto
Tuta fugæ cernit:quo uos pauor inq̃t abegit
Impius:& cunctis ignotus Cæſaris armis
O famuli turpes:ſeruũ pecus:abſq; cruore
Terga datis morti? cumulo uos deeſſe uiroꝝ
Non pudet? haud buſtis:ſterq; cadauera q̃ri?
Non ira ſaltem iuuenes pietate remota
Stabitis? e cunctis per quos erũperet hoſtis
Nos ſumus electi.nõ paruo ſanguine Magni
Iſta dies ierit.peterem felicior umbras
Cæſaris in uultu.teſtẽ hunc fortuna negauit:
Pompeio laudante cadam:confringite tela
Pectoris incurſu:iuguliſq; retundite ferrum.
Iam longinqua petit puluis:ſonituſq; ruinæ:
Securaſq; fragor concuſſit Cæſaris aures.
Vicimus o ſocii:ueniet qui uendicet arces:
Dum morimur.mouit tantũ uox illa furorẽ:
Quãtum non primo ſuccẽdũt claſſica cãtu:
Miranteſq; uiꝝ:atq; auidi ſpectare: ſequunt
Sciturі iuuenes:numero deprenſa:locoq;

OMNIBON. ¶Promotus:ab infimo loco militum ad Centurionẽ. Vitem:uitis eſt inſigne Centurionis:non,ut quidam indocti dicunt,q uitem in clypeo pictam geſtarent:ſed uitem geſtabant:qua milites negligentes ſolebant pulſare:ut ipſos promptiores ad officia gerenda redderẽt. hoc Pli.oſtendit:Centurionum in manu uitis: cõtinuo prælio tardos hoĩes docebãt ad agmina: qđ Mar.iuriſ. conſultus oſtendit:Digeſtoꝝ libro quadragenario de re militari:dicit.n.Qui Centurioni ſe caſtigare uolenti reſiſteret:& ex induſtria fugerit:aut Centurioni manũ intulerit:capite puniatur.& Iuuena.apte oſtendit uitẽ fuiſſe Centurionis:Nodoſam poſthæc frangebat uertice uitem.ſ.impactam manu Centurionis. itidem Martia. Vare parethonias latia modo uite per urbes:Nobilis & centum dux memorande uiris. Longo or.ſ.militum comitantium. Pronus ad oẽ ne.ſicuti fortis erat:ita oẽ nefas facere audebat. Neſciret in ar.neſciebat ille fortitudinem non eſſe in armis ciuilibus exercendam. Virtus:fortitudo. Hic ubi:nunc dicit quantum in caſtello defendendo ualuerit:qđ cæteris fugientibus:ſolus ipſe perſtitit:tum uerbis:tum re ipſa alioꝝ aĩos excitans. Tuta fu.ſ.loca tuta ad fugiendum. Abegit:impulit uos.ſ.ut fugeretis. Impius:ab impietate erga ducem ueſtrum proficiſcitur:non quaſi parentem uult coli a militibus ſuis ducem:ſed nunc cum fugerẽt:immemores illius factos dicit. Et cun.igno.nullo nunq̃ in bello:qđ cum Cæ.geſſeritis:pauorem aliquem ante hac oſtendiſtis. Armis.i. bellis. O ſa.tur.inuehitur in eos quaſi ignauos:& ſine cã fugientes. Seruum pe.i.qui ſeruilibus pecudibus cõparari poteſtis. Datis ter.i.anteq̃ uulnus acceperitis:in fugam conuerſi eſtis. Cumulo uos.i.an poteſtis uos fugere turpiter:ut nolitis potius inter ſtragẽ Cæ.iacere:q̃ turpi fuga uitam quærere. Viroꝝ.ſ.Cæſ.q.d. ſatius eſt mori fortiter:q̃ turpiter uiuere. Buſtis.i.ad ſepulchra:ut poſtq̃ pugna deſierit:uos qui inter cæteros fortiter occiſi fueritis:ẽt ad rogum a ueſtris ſociis quæramini. Non ira ſaltem:nonne inquit ira uos ſaltem accendit:ſi nõ pietas. Et cun.ex oĩbus cuſtodientibus Cæ.caſtella. Electi:q uos cæteris inferiores uirtute putarent. Non par.ſan.ſi uos fugere uultis retinere non potero:ſed ego ſolus efficiam:ne uictoria iſta Pom.incruenta cedat. Ierit:tranſierit. Peterem fe.um.uellem,ut me pugnantem uideret Cæ.& ante oculos eius præclara hæc facinora ederem:dum mihi feliciter mori uiderer:ſi pro ipſo fortiter dimicans:ante oculos eius oppeterem. Felicior:q̃ ſi abeſſet. Laudante:quia inuitus Pom.uirtutem meam probabit. Confringite.ſ.uos hoſtes. Pectoris incurſu:ideſt reſiſtere pectori meo. Iugulis.ſ.meis. Iam longinqua pul.tã puluis:qui excitatus eſt: in hoc tumultu peruenit ad oculos Cæ.ſimul etiam fragor auditus eſt. Vicimus o ſocii:ne dubitatis:ſi poſſimus hoc caſtellum tenere: quoad Cæ.ueniet:morientibus uobis uictoriam Cæſa.conſequetur. Vendicet arces: ſcilicet defendendo munimenta. Mouit tantum uox:non ita accenduntur tubarum clãgore ad pugnam animi militum:ſicut nũc oratione Scæuæ accenſi ſunt. Primo cãtu:ideſt primo belli ſigno. Sciturі iuuenes:ideſt ueniunt ſperaturi uirtutem Scæuæ:& cogniturі:an uirtus numero inferior:& loco plus aliquid præſtare poſſet:q̃ fortiter mori i.uidelicet q unus uinceret uniuerſum Pomp.exercitum. Loco:quia ſuperiores erant Pomp.ipſe uero inferior.

¶An uirtus

¶ An uirtus deprenſa:an uir fortis a multis iniquo loco oppugnatus poſſet aliud q̃ mortem conſequi:qm̃ ẽt ui ctoriæ gloriam põt. Deprenſa numero locoq;:obſeſſa pluribus:& in debili loco. Euoluit:in hoſtes immittit. SVLPITIVS
Obruit corporibus:interimit ictibus cadauerum. Totaq; uiro:oĩs materia erat ei telum. Virg. R imãnti telum ira facit. Moles:ſaxa. Seq;:corpus ſuum:qđ uidebatur uelle in hoſtes immittere. Sude:palo. Conto:pertica. Detrudit pectora contraria:repellit contra uenientes milites. Manus:aſcendentium. Obterit:frangit.
Diſſipat:diſpergit. Compage fra.galea:uel caſſide debili. Ardentibus ocu.in quos telum ignitum imiſerat.

An pluſquã mortem uirtus daret:ille ruenti
Aggere conſiſtit:primumq; cadauera plenis
Turribus euoluit:ſubeunteſq; obruit hoſtes
Corporibus:totæq; uiro dant tela ruinæ:
Roboraq;:& moles hoſti:ſeq; ipſe minatur.
Nunc ſude:nũc duro cõtraria pectora conto
Detrudit muris:& ualli ſumma tenentes(xo:
Amputat enſe manus:caput obterit:oſſaq; ſa
Ac male defenſum fragili compage cerebrũ
Diſſipat:alterius flamma:crineſq;:genaſq;
Succendit:ſtrident oculis ardentibus ignes.
Vt primum cumulo creſcẽte cadauera mu⁊
Aequauere ſolo:non ſegnior extulit illum
Saltus:& in medias iecit ſup arma cateruas:
Quã p ſumma rapit celerẽ uenabula pardũ.
Tunc denſos inter cuneos cõpreſſus:& omni
Vallatus bello uincit:quem reſpicit:hoſtem.
Iãq; hebes:& craſſo nõ aſper ſanguine mucro
Percuſſum Scęuę frangit:nõ uulnerat hoſtẽ:
Perdidit ẽſis opus:frãgit:ſine uulnere mẽbra.
Illum tota premit moles:illum omnia tela:
Nulla fuit non certa manus:nõ lancea felix:
Parq; nouũ fortuna uidet concurrere bellũ:
Atq; uirũ:fortis crebris ſonat ictibus umbo:
Et galeæ fragmenta cauæ cõpreſſa perurunt
Tempora:nec quicq̃ nudis uitalibus obſtat
Iam pręter ſtantes in ſummis oſſibus haſtas.
Quid nunc ueſani iaculis:leuibuſq; ſagittis

Vt primum:poſtq̃ cadauerꝝ cumulus eſt muro ęquatus:in medios hoſtes ſe ſe immiſit. Cumulo: congerie cadauerꝝ. Solo:ſolum intelligit ſtruem illam & locũ: qui ipſos ſuſtentabat. Eſt.n.ſolum oẽ qđ aliquid ſuſtinet. Quam per ſum.q̃ pardus celeritate ſua per uenabulorꝝ aciem ſaltat inter uenatores. Eſt aũt pardus leoni ſimillimus:niſi q; iubis caret. Cõpreſſus:obſeſſus. Solum quid
Vallatus:circundatus. Cuneos:multitudines peditum:quæ iunctæ cum acie primo anguſtiores:deinde latiores procedũt. Omni bel.toto,qui in eum pugnabat exercitu. Quem reſpicit:ſolo.n.aſpectu perterrebat:& territum feriebat. Mucro hebes:enſis obtuſus.
Non aſper ſan.non obſitus cruore:qui crebris ictibus excruciabatur. Perdidit opus:amiſit uulnerandi officium. Frangit ſine:interpretatio eſt. Tota mo. acies pugnantium. Nulla manus fuit:non certa:oẽs uel ipſum:uel ſcutum feriebant. Nouum par:inauditum certamen:quod in unum pugnarent innumeri. Bellũ: uniuerſas Pom.copias. Vmbo:clypeus. Fragmenta: fruſta quæ ipſius caput uexabant:& uulnerabãt. Cõpreſſa:reſtricta. Nec quicq̃ nudis uitalibus obſtat:nihil prohibet:quo minus feriatur in uitalibus:hoc eſt in locis:in quibus eſt uitæ ſumma:ut in præcordiis:femore:iugulo:cerebro:poſt aurem:& muſculis quibuſdam.
Nec obſtat:nam inermis iam erat:tantummodo haſtæ corporis & ſcuto affixæ pſum defendebãt. Quid nunc:irriſio in Pompeium cum laude Scæuæ.
¶ Ille ruenti.ſ.aggeri cõſiſtebat:quaſi a tergo eum ſuſtentaturus. Conſiſtit:firmatur. Primumq; cada.cadaueribus pro telis utebatur in hoſtes:& ſic eos obruebat. Plenis:ſubaudi de. Corporibus.ſ.ſuorꝝ. Totæ ruinæ.ſ.murorꝝ erãt pro telis Scæuæ. Robora: ligna munimenti. Moles:ſaxa. Hoſtiq; ſe ipſe mina.nam ſæpe ſimulabat ſe uelle præcipitem dare:& interea illi pedem referebant. Sude:pro ſudibus. Sudes proprie dr̃ palus acutus:& præuſtus:ut durior ſit. Conto:haſtili. Amputat:præcidit enſe manus eorꝝ:qui aſcendere uellent aggerem. Caput obterit:ſaxis. Fragili cõpage.i.fragili galeæ iunctura. Vt pri.cu.ſimilitudo:ſic Scæua pugnabat contra hoſtes:ſicut pardus:ubi uulnus acceperit ſæuior fieri ſolet. Cumulo cre.cum iam tot cæſi eſſent ex hoſtibus:& ẽt corporibus:q̃ e turribus conieceratin hoſtes:ut cumulum feciſſet æqualem munimentis:tũc ille trãſiliuit agili ſaltu:nõ aliter q̃ pardus ſolet per media arma:& uenatores trãſilire. Arma.ſ.hoſtiũ. Rapit:raptim trahit. Tũc den.& cũ trãſiliuiſſet cũ ſumma oium admiratione uallum:& cadauera:quaſi rem geſſiſſet ſupra uires humanas:admirati ſunt oẽs: & quæcũq; toruo uultu conſpexiſſet:illi pauorem incutiebat. Compreſſus:coarctatus undiq;. Omni bello:omni exercitu.rem pro perſona poſuit. Inter cuneos:inter ordines:& manipulos Pom. Vincit quem reſpicit:quia hoſtes oculos eius ſuſtinere non poterant. Itaq; hebes:iam enſis Scæuæ cruentatus lubricus factus erat:ita ut hoſtem uulnerare non poſſet:& obtuſus erat crebro ictu:adeo ut hoſtem non uulneraret:ſed nimia ui confringeret. OMNI BON. Sudes q̃
Hebes:obtuſus nimio & crebro ictu. Craſſo ſanguine:quia lubricus erat. Enſis opus:quia opus enſis eſt:ut indicat:nunc aũt membra frangebat. Illum tota premit moles.i.in eum totus exercitus conuerſus erat. Incerta manus.i.oẽs militum eum uulnerarunt:ita tñ:ut uulnus ad uitalia non perueniret. Parq; nouum for.par ſemp de duobus dr̃:ſicuti hoc loco pro uno uniuerſum exercitum Pom.ponit:pro altero ſolum Scæuam. Concurrere:manum conſerere. Vmbo:clypeus.Vmbo aũt proprie eſt media pars clypei eminentior. Et galeæ fragmẽta:quia iam tot ictibus percuſſa erat galea:ut fracta in ipſis tẽpibus imprimeretur. Perurunt:exulcerant. Nec quicq̃:denſæ inquit haſtæ corpori Scæuæ infixæ ipſum & uitalia præcipue tanquam ſilua protegebant. Nudis: iam detectis uitalibus. Quid ueſani nunc:apoſtrophat Luca.ad Pom.reprehendens:quod putant poſſe interfici telis lacertorum uiribus immiſſis:ſed hoc fruſtra tentant:nam ad opprimendum tantum uiri robur:neceſſe eſt: ut tormenta in illum mittantur. Leuibuſq; ſagittis:hæc tela nunquam ad uitalia penetrabant. Vmbo

SVLPITIVS Phalarica ¶ Ictus:percuſſiones:quæ nunq̃ Scæuam interiment. Phalarica:genus teli miſſile:quo utuntur ex phalis.i.ex turribus & editis locis.eſt aũt in modum haſtæ ualido ferro præfixa:intra tuba:cuius haſtile ſulfure:reſina:bitumine:& ſtuppis conuoluitur:infuſo oleo:qđ incendiariũ uocāt:& e baliſta emittitur. Vibrata ner.torti.emiſſa funibus:quæ fiunt ex capillo maxime muliebri:uel e neruis:quibus tenditur baliſta:ut docet Victruuius. Pondera mu.ſaxa ingentia. Aries:trabs ferrata. Baliſta:tormentum:quo ſaxa emittuntur:& haſtæ. Limine portæ e munitionibus:quas egredi uoltis. Stat mu.ſtat pro muro:qui non facile dirui poſſit. Credi:cõmitti:& fidere clypeo: ipſum abiecit: ut ſiniſtra ẽt poſſet hoſtem ferire. Vacaſſe:non exercere. Aut uixiſſe: ſtatuerat.n.illic pro Cæ.mori. Solus obit:hoc eſt infert: & patitur tot uulnera:quot innumeri bellantes pati: inferreque poſſent. Siluam:multa tela. Feſſis gra. languido corpore. In quem ca.in quem ſe ſe immittat. Par mon. pe.par cœtis:hoc eſt ingentibus piſcibus:in quorũ tergis frutices:& arbores oriuntur:eminent.n. ſupra mare in formam ſcopulorũ. Libycæ ſic:Scæuam comparat elephãto. Ab armis denſis: a multis uenatoribus. Miſſile:telum. Tergo ſqua.corio duro:& ſqualido. Hærentes:affixas. Cute mota:corio concuſſo:& tumefacto. Citra cruorem:& tela ad ſanguinem non perueniunt:ſed collo:& cordi inhærẽt. Tot facta:tot uulneribus unus perire non põt. Dictæa:dum acriter pugnaret:oculum ſagitta ſaucius haſtam perfregit. Inde Pom.Centurionem ſibi notum ſic eſt allocutus:Salua tibi ſimilem:ſalua amicum:ac curatores mihi adhibe. Ad hæc uerba:cum duo accurrerent:unum occidit: & alterius humerũ enſe deiecit:ut tradit Appianus. Dictæa:cretenſia. Gortynis harũ.ſagitta cretẽſis a Gortyna oppido i Creta: ubi calami naſcunť ſagittis aptiſſimi. Certior oi uo.q̃ felici ſucceſſu ultra deſiderium emittẽtis eũ pcuſſit. In le.or.o.periphraſis oculũ leuũ.

Perditis hæſuros nunquam uitalibus ictus?
Hũc aut tortilibus uibrata phalarica neruis
Obruat:aut uaſti muralia pondera ſaxi:
Hunc aries ferro:baliſtaq; limine portæ
Sũmoueat:ſtat nõ fragilis ꝓ Cæſare murus:
Pompeiũq; tenet.iã pectore nõ tegit armis.
Ac ueritus credi clypeo:læuaq; uacaſſe:
Aut culpa uixiſſe ſua:tot uulnera belli
Solus obit:denſamq; ferens in pectore ſiluã
Iã gradibus feſſis in quẽ cadat:eligit hoſtẽ.
Par pelagi monſtris:libycæ ſic bellua terræ:
Sic libycus denſis elephas oppſſus ab armis
Omne repercuſſum ſqualenti miſſile tergo
Frangit:& hęrẽtes mota cute diſcutit haſtas.
Viſcera tuta latent penitus: citraq; cruorem
Confixæ ſtant tela feræ:tot facta ſagittis:
Tot iaculis:unã non explent uulnera mortẽ.
Dictæa procul ecce manu Gortynis harũdo
Tenditur i Scæuam:quę uoto certior omni:
In caput:atq; oculi læuum deſcendit in orbẽ.

OMNIBON. ¶ Aut tortilibus.i.qui torqueanť. Phalarica:maioris teli genus:qđ neruis:ac funibus torqueť: cuius formã Liuius oſtendit:Erat inquit telum miſſile haſtile ab ligneo:& cætero tereti:præter q̃ ad extremum:unde ferrum extabat:id ſicut in pilo quadratum ſtuppa circumligabant:linebantq; pice:ferrum aũt tres in longum habebat pedes:ut cum armis tranſigere corpus poſſet. Sed id maxime ẽt ſi hæſiſſet in ſcuto:nec penetraſſet in corpus pauorem faciebat:qđ cum medium accenſum mitteretur:conceptumq; ipſo motu multo maiorẽ ignem ferret: arma omitti cogebat:nudumq; militem ad inſequentes ictus præbebat:ideo phalaricæ ſunt appellatæ:q; e phalis.i.turribus ligneis mitterentur:ut Conſulit ante phalas.i.turres ligneas. Muralia.i.pondera inſtar muri:in illum reuolant opprimentia eum. Aries ferro:pro aries ferratus. Baliſta:a βαλλω.i.iacio:inſtrumenta ſunt:quibus maiora ſaxa mittuntur:ut inquit Marcellus. Stat non fragilis:poſtq̃ Pom.increpauit: nunc redit ad id qđ inſtituerat:Scæua non unus miles erat:ſed quaſi murus:qui Pom:obiectus eſſet. Pompeiumq; tenet:ne poſſit erumpere. Iam pe.iam ita ſpernebat uitam ſuam:& hoſtium tela paruifaciebat:ut clypeum cum cæteris armis abiecerit:& ſolo corpore telis hoſtium reſiſteret:ideoq; abiecit clypeum:ne leua otioſa eſſet. Armis.i. ſcuto: nã arma de ſcutis dĩ:eo q armos tegant. Vacaſſe:otioſam fuiſſe ſiniſtram:loris clypei impeditam: ne cum hoſtibus pugnaret. Culpa ſua.ſ.ſi ſe clypeo protegeret. Obit.i.adit:ut Magnus obit magiſtratus.i.adit: uam ob p ad ponitur. Denſamq; ferens:per ſimilitudinem oſtendit:qualis fuerit Scæua:quale dicunt cœte uideri: cuius tergo innaſcitur ſilua. Cœte aũt eſt genus maioris piſcis adeo immenſi:qđ dicunt eminere tergo ſupra maris undam:& nonnunq̃ tergo eius ſiluas innaſci:quæ cum mouetur:& ſilua moueri uř. Nearcus, auctore Strabone lib.xv.magnitudinem Cœtorũ uicenum & ternum paſſuum eſſe refert:ita cum mouereť Scæua: quaſi ſecum ſiluã in corpore geſtare uidebať. Gradibus feſſis:quia exhauſto ſanguine non poterant diutius perſiſtere. Libycę ſic bel.alia ſimilitudo:quemadmodum inquit in libycis agris uenatores perſequuntur elephantes:& tela quidẽ in terga mittunt:quæ licet corpori figantur:tamen ad uitalia non ueniunt:eodem modo in pugnando ſe habebat Scæua. Elephantes Italia anno urbis conditæ quadringenteſimo ſecundo in Lucanis primum bello Epirotico uidit:& boues Lucas inde duxit:ut inquit Soli. Miſſile:haſtile. Repercuſſum:retro incuſſum. Squallenti: duro & aſpero tergo. Mota cu.quia cum ſe excuſſerit:reiecit tela leuiter fixa. Viſcera.uitalia membra. Citraq; cruorem.i.nondum peruenientia ad cruorem. Stãt:erecta ſunt. Non ex.i.multa uulnera non ſufficiunt ad unius mortẽ. Dictæa ꝓcul:& cũ ita ſtaret imobilis:ecce ſagittator quidã ſpeculatus locũ armis nudũ:ſagittã direxit:& oculũ cuſpide traiecit. Gortynis harun.ſagitta gortynẽſis a Gortyna ciuitate Cretę:de qua Vir.Perducãt aliqua ſtabula ad Gortynia uaccæ. Dictæa.i.cretenſi:nam Dicte mons eſt Cretenſis:ut refert Stra.conſtat aũt Cretenſes ſagittandi fuiſſe peritiſſimos. Nam, ut inquit Solinus, Creta prima remis:ac ſagittis potuit:prima literis iura ſuxit Pyrrhicho repertore equeſtres turmas:prima docuit laſciuas uertigines implicare:ex qua diſciplina bellicæ rei uſus datus:ideo per excellentiã dixit Gortynis. Certior oi uo.quia plus effecit:q̃ ſperabat ſagittator.

Balista unde

Ob pro ad

Cœte quid

¶ Ille

SVLPITIVS

¶ Ille rumpit moras:hoc eſt Scæua cum oculo ferrum educit. Alii tradunt eum haſta perfregiſſe. Vincula:neruoſas radices:quibus oculus continetur. Calcat:pedibus premit. Pannonis haud aliter:non ſecus inquit urſa telum,cum uulnerata eſt,appetit. Pannonis:Pannonia regio terminatur Noricis:Danubio:Illyrico:& Dalmatis. Libys:uenator libycus. Amentauit:iecit ex amento:hoc eſt ligula:quæ telo inectitur. Habena:amento. Impedit:inuadit. Receptum:quo uulnerata eſt. Circuit:circuendo conatur apprehendere. Fugientem ſecum:quæ ſecum conuertitur:uel quá fugiens fert. Perdiderat uultum:ira & acrimonia in uultu nõ noſcebatur: nam euulſo oculo,cruentaq; facie terrorem hoſti minus incutiebat. Cruento imbre:fluxu ſanguinis. Lętus fragor:conclamauere Pompeiani ubi Scæuam uulneratum uiderunt:non aliter q̃ ſi Cæſarem uulneraſſent. Furorem:iram. Et a uultu:compoſuit enim uultum ad miſericordiam commouendam. Collatura meæ:ad meam mortem non opus eſt uulneribus: ſed ſat erit e uulneribus tela educere:ut ſanguis emanet. Sit Scæua relicti:efficite ut uidear potius Cæſarem reliquiſſe:q̃ cum gloria pro eo periſſe. Honeſtę:laudatæ. Recto mucrone:intenta cuſpide. Membraq; captiui:cum ſublimem portare tentaret. Incaluit uirtus:fortitudo renouata eſt:ſucceſſuq; recreata. Subactum:uictum:& ſubiugatum.

Ille moras ferri neruorum:& uincula rũpit:
Affixam uellens oculo pendente ſagittam
Intrepidus:telumq; ſuo cum lumine calcat.
Pannonis haud aliter poſt ictũ ſæuior urſa:
Cum iaculũ parua libys amentauit habena:
Se rotat in uulnus:telumq; irata receptum
Impetit:& ſecum fugientem circuit haſtam.
Perdiderat uultũ rabies:ſtetit imbre cruento
Informis facies:lætus fragor æthera pulſat
Victorum:maiora uiris e ſanguine paruo
Gaudia nõ faceret cõſpectũ i Cęſare uulnus.
Ille tegens alta ſuppreſſum mente dolorem
Mitis:& a uultu penitus uirtute remota:
Parcite ait ciues:procul hinc auertite ferrũ:
Collatura meæ nil ſunt iam uulnera morti:
Non eget ingeſtis:ſed uulſis pectore telis:
Tollite:& in Magni uiuentem ponite caſtris:
Hoc ueſtro præſtate duci:ſit Scæua relicti
Cęſaris exemplum potius:q̃ mortis honeſtę.
Credidit infelix ſimulatis uocibus Aulus:
Nec uidit recto gladium mucrone tenẽtem:
Membraq; captiui pariter laturus:& arma:
Fulmineum mediis excepit faucibus enſem.
Incaluit uirtus:atq; una cæde refectus
Soluat ait pœnas Scæuam quicũq; ſubactũ

OMNIBON.

¶ Ille:ubi ſenſit ſe uulneratum extraxit ſagittam cum oculo:& terrę impactam pedibus calcauit. Moras &: pro ideſt.fit enim ephexegeſis. Vincula neruorum: quæ cuſpidem ſagittæ retinebant:ſed neruos oculi radices appellat:quia neruis quibuſdam quaſi radicibus ſtabilita ſunt:ideo dicit fuiſſe moras telorum. Pannonis haud aliter:non aliter telum euulſit cum oculo:q̃ urſa Libyca:quę ubi ſagittam in corpore acceperit:tentat ipſam dentibus euellere. Pannonis:Pannonia(ut iquit Solinus)regio procedit in Noricum uſq; agrum: deinde Myſiæ coniungitur:in ea ſæui urſi naſcuntur: ſed ponit ſpeciem pro genere. Libys:ideſt uirgo libyca uenatrix.ſic Virgilius dicit conſuetudinem eſſe libycarum uirginum agitare feras:ut Virginibus tyriis mos eſt geſtare pharetram.uel Libys:ideſt uenator libycus:eſt enim hic Libys generis maſculini.Martialis: Et Libys in longo puluere ſudet eques. Amentauit: iaculata eſt:& contorſit. Habena:ſed proprie amentum dicitur lorum:quo digiti iaculantis immiſi uehementiorem ictum inferunt:unde uerbum eſt amentare. Impetit:inuadit:ſcilicet dentibus. Secum fugientem:quia dum ſe mouet:mouetur & ſagitta. Perdiderat uultum rabies:poſtq̃ cum oculo ſagittam euulſit: adeo efferatus erat Scæua:ut iam uultum oĩno mutauerit. Perdiderat:inflammauerat. Imbre cruento:quia euulſo oculo ſanguis in faciem effuſus eſt. Lætus fragor:clamorem inquit ſuſtulere Pompeiani exiſtimantes: nunc demum Scæuam letiferum uulnus accepiſſe. Maiora uiris:non maius gaudium habuere Pompeiani:cũ uiderunt ſanguinem ex oculo uulnerati Scæuæ exire:q̃ ſi ſanguinem uidiſſent ex corpore Cæſaris. Sanguine paruo:ideſt unius militis. Ille tegens alta:cum propemodum deficere uideretur Scæua:ſimulauit laſſitudinem: & quaſi uultu mitior factus ita allocutus eſt hoſtes: Parcite mihi:iam uobis cedenti non opus eſt tela in corpus meum contorquere:nam ſatis erit ad mortem:ſi fixa corpori tela euulſeritis:cum his enim omnis ſanguis exibit: & uita mea diſcedet:ſed ante obſecro:ut me afferatis in exercitum ueſtrum:ut exemplum omnibus potius ſim Pompeianæ partis comprobatæ:q̃ honeſtæ mortis:hæc cum dixiſſet:quidam Aulus demens credidit ita eſſe:& acceſſit ad Scęuam:& medium complexus armis omnibus credebat ſe poſſe illum in caſtra Pompeii ſubleuare: ſed non prouidit mucronem:quem ille rectum habebat:quo ad iugulum eius transfixit:& ipſo occiſo:Sic eat inquit quicunq; Scæuam uictum putabit. Alta:ideſt profunda. Virgilius: Premit altum corde dolorem. Virtute remota:ideſt uirilitate:quia non iam ſicuti uir fortis:& robuſtus:ſed mitior factus erat. Parcite:ſcilicet tela in meum corpus conicere. Hinc:a corpore meo. Iam uulnera:quaſi dicat ſatis uulneratum eſt. Non eget ingeſtis ſcilicet telis:ſed euulſis. Et in Magni uiuentem:nam exemplo meo alii moueri poterunt:ut Pompeii partes Cæſari anteponant. Quam mortis honeſtæ:quia malo partes ſequi Pompeii:q̃ honeſte mori:ideſt fortiter. Infelix:uno uerbo exitum rei futuræ declarat. Fulmineum:coruſcantem. Membraq;:quia medium cõplexus credebat ſe ſublaturum hominẽ. Incaluit uirtus:occiſo Aulo rediere in corpore uires:uiſuſq; eſt recepiſſe quodammodo robur quod amiſerat. Incaluit:ideſt durior reddita eſt. Vna cæde:pro unius cæde. Soluat ait pœnas:iam non demiſſa uoce loquebatur:ſed toruis oculis:& acriori uoce.

Pannonia ubi

Amentum

SVLPITIVS ¶ Simileḿ ue. imbellem. Segnemq;:tumidum. Pompeii uo. plus inquit ego cupio mori: ꝗ uos Pom. & ſenatũ ſaluos eſſe optetis. Altus: qui alte apparebat. Dedecus hic: aduentaſſe non re uera Cæ. ſed P. Sylla liberati ſunt eo dedecore Põpeiani: ne ſolũ Scæuã: ſed ipſum Cæſaré fugere uiderent. Hic: puluis. Dedecus: infamiã fugiendi. Criḿe: culpã. Ruis: moreris. Subducto Marte: nã recipiẽtibus ſe Põpeianis: cũ nõ haberet: in quos pugnaret, cecidit. Vires pu. da. ex cædibus fortior euadebat. Labenté: cadenté: morienté. Defectũ: qui iam defecerat. Adorant: ſuppliciter uenerantur. Numen: Deum quendã fortitudinis. Speciẽ: imaginẽ uiuam: & tractabilem. Virtutis: uirtus. n. incorporea eſt. Deos. Deorũ imagines, quæ erant in caſtello, & Martis ſimulachrum: qđ nudauerant. Felix: pathos hæc habet oſo a fortitudine incaſſum: & ſine uera laude conſumpta: qm̃ non pro iuſtitia & libertate: ſed impie contra iuſtitiam ſe exercuit: quare erit feritas: & immanitas appellanda. Iber: Hiſpanus: ꝗꝗ & Iberes gẽtes ſunt ultra Armeniam. Cantaber: in Hiſpania Terraconenſi Canta-
Câtabri qui bri ſunt: uerguntq; ad Oceanũ: & breuibus armis utũtur. Teutonus: in Gallia eſt: ut diximus lib. i. Nõ tu: Valerius maximus tradit de bellis ciuilibus triumphare non licere: nec ouare: &, ut ait poeta, Ioui capitolino ſpolia referri non poterant. Vlulare: clamando proſequi triumphantem. Virtute: fortitudine. Paraſti dominum: feciſti Romã ſeruã. Nec ma. Pompeius poſt hæc magna celeritate impoſitis ſagittariis: & militibus in nauibus media nocte ipſe cũ ſexaginta cohortibus per terram ad eam partẽ munitionũ acceſſit: ꝗ pertinebat ad mare: reſciuerat. n. ex trãsfugis trãſuerſũ ad mare: uallũ nõdũ illic eſſe deductũ. Itaq; terra, mariq; pugnãs erupit: & in cãpo apto poſuit caſtra: Cæſar iis cognitis nõ lõge ab eo caſtrametatus eſt: & cũ Pompeii legionẽ ſemotã aliquot cohortibus aggrederet: uictus eſt. His duobus p̃liis deſiderati ſunt milites Cę. nõgẽti. lx. Romani equites quadringenti & Tutianus. A Placẽtia centũ: a Puteolis centũ: a Capua decẽ ſacrati uiri: & decẽ tribuni militũ: & cẽturiones duo & . xxx. Signa militaria duo & . xxx. amiſſa ſunt. Pom. eo p̃lio imparor ẽ appellatus: atq; hoc noĩe ſe ſalutare paſſus eſt. Sed neq; in lĩis ſcripſit: neq; in faſcibus inſignia laureæ ꝓtulit.

Nec pi. Marte dilato: nec piger fuit: nec p̃lium diſtulit. Laſſatur: fatigatur: & hebeſcit. Se: ipſum mare.

Sperauit: pacem gladio ſi quærit ab iſto:
Magnus adorato ſubmittat Cæſare ſigna.
An ſimilem ueſtri: ſegnemq; ad fata putaſtis?
Põpeii uobis minor ẽ: cauſęq; ſenatus: (altus
Q uã mihi mortis amor. ſimul hęc effatus: &
Cæſareas puluis teſtatur adeſſe cohortes.
Dedecus hic belli Magno: crimenq; remiſit:
Ne ſolum totæ fugerent te Scæua cateruæ:
Subducto qui Marte ruis. nam ſanguine fuſo
Vires pugna dabat: labentem turba ſuorum
Excipit: atq; hũeris defectũ ĩponere gaudet:
Ac ueluti incluſum ꝑfoſſo in pectore numẽ:
Et uiuam magnæ ſpeciem uirtutis adorant:
Telaq; confixis certant euellere membris:
Exornantq; Deos: ac nudum pectore Martẽ
Armis Scæua tuis. felix hoc nomĩne famæ:
Si tibi durus Iber: aut ſi tibi terga dediſſet
Cãtaber exiguis: aut lõgis Teutonus armis.
Non tu bellorum ſpoliis ornare Tonantis.
Templa potes: non tu lętis ululare triũphis:
Infelix quanta dominum uirtute paraſti.
Nec magis hac Magn⁹ caſtroꝝ pręe repulſus
Intra clauſtra piger dilato Marte quieuit:
Q uã mare laſſatur cum ſe tollentibus Euris

¶ Pacẽ gla. aliter inquit pacẽ Põ. habere non poterit a
OMNI BON. militibus Cæſaris: niſi ille depoſitis armis Cæſarem adorauerit. Iſto. i. meo. Similem uẽ. ſ. creditis eſſe Scæuã: ut ſic ignauus ſit: & mortem timeat: ſicuti uos o Pompeiani. q. d. non. Pompeii uo. mi. ego inquit plus amo fortiter mori: ꝗ uos defendere Pompeium: cauſamq; ſenatus. Simul hæc effa. proſpexit, & uidit puluerem: qui erectus erat: nam Cæ. audito ſtrepitu: & fragore belli ad ſubſidium ꝓperabat caſtello laboranti p̃ſtandum. Adeſſe co. quia iam ſenſerant expugnari caſtellum. Dedecus hic bel. hic puluis fecit: ne tm̃ dedecus admitterent Pompeiani: ut uni Scæuę totus exercitus ceſſiſſe uideret. Subducto qui Mar. diſcedentibus Põpeianis: ſtatim cecidit præ laſſitudine Scæua. Dabat uires. i. fortis erat: dum pugnaret: quia non ſentiebat ſanguinem effundi. Defectum: uiribus corporis uacuum. Ac ue. inclu. ipſum humeris geſtabant: nõ aliter ꝗ ſimulachrum aliquod Deorum. Viuam ſpeciem: quia adhuc uiuebat Scæua. Exornantq; Deos. ſ. his telis e corpore Scæuæ euulſis. Nudum Martem: ſimulachrum Martis: qđ ſine armis relictum fuerat: armis Scæuæ inſtruxerunt: quaſi ea tum demum digna eſſent: quibus Mars armaretur. Felix hoc noĩe fa. o quanta felicitas: & gloria fuiſſet tua o Scæua: ſi hæc tua uirtus ꝓ libertate po Ro. pugnaſſet: aut hoſtes populi Ro uiciſſes: non ciues pro tuenda ſeruitute fudiſſes. Durus Iber. i. populus Hiſpaniæ. Cãtaber: populus eſt Hiſpaniæ: quẽ (ut referũt Suetonius & Strabo) Auguſtus oppreſſit. Exiguis: q uteretur breuibus armis. Teutonus: populus Germaniæ, quem Cæ. uicerat. Non tu bellorum: ſed quia cauſa tua minus honeſta erat: ideo non potes gloriam conſequi: quam tribuiſſent Ro. ſiue de Germanis ſiue de Gallis hoſtibus triumphum conſequi uoluiſſes. Vlulare triumphis: mos erat ouantem du-
Ouatio & triumphus cem: qui equo uehebatur ad Capitolium: ſequentes milites ut clamarent io: io: unde ouationem ab ea uoce dictã uolunt: ſed tamen ouatio & triumphus differunt: nam ouatio ei dabatur: qui hoſtes incruenta: & facili uictoria in fugam uertiſſet. Triumphus: uero his: qui hoſtes cecidiſſent. Infelix quanta do qui hæc præmia uictoriæ cõſequuntur pro libertate pugnant: Tu uero cõtra libertatem pugnaſti: ut patriam in ſeruitutem redigeres. Nec magis hac Ma. Pompeius ſicuti antedictum: unius Scæuæ decertatione locum obtinere non potuit: ſed nihilominus tẽtauit alia parte: ſi quo mõ poſſet erũpere: neq;. n. q ſibi hac pte exire non liceret: iõ a ꝓpoſito ſuo deterritus eſt: dicit aũt p ſimilitudinẽ multo eſſe auidiorẽ erũpẽdi factũ Põpeiũ: ꝗ antea: ſicut fluctus maris: cũ ſemel inuaſerit ſcopulũ aſſiduo ĩpulſu: tãdẽ illud euertit. Parte c. ubi cõſtiterat Scæua. Dilato Ma. intermiſſa pugna.

¶ Alii

SVLPITIVS

¶ Alti montis: qui altior eſt ſcopulo. Scopulus enim magnis obruitur fluctibus: qui ad ſummitatem montis nũquam perueniunt. Ruinam ſeram: nam frequenter percutiendo: & exedendo montem diruit. Vicina profundo: propinqua mari. Rapit: expugnat. Gemini: maritimi: & terreſtris. Armaque late Spargit: & munitiones egreſſus per liberos campos uagatur. Laxat: extendit. Iuuat: delectat eum. Licentia permiſſa: quod liceat permiſſumque ei ſit mutare nouam tellorem. Sic: eruptionem Pompeii Pado ſtagnanti comparat. Pleno ore: undanti alueo. Super excurrit ripas tutas aggere: ſuper egreditur ripas monitas aggeribus. Concutit: tremefacit. Si qua tellus ſuccubuit: ſi qua pars aggeris loco mota eſt: & euerſa. Furẽtem cumulum: magnam uim fluminis. Ruit: præteriti temporis eſt. Aperit ſibi campos: per ignotum campum fluit: & alueum facit. Terra fugit: in aliam ripam traducitor. Eſt enim ex legibus id conſtitutum: ut quod fluuius alicui agro auferet additq; alteri: eius domino, cui additur, cedat. Ignis e latus: flamma ſublata: uel fumus ex igne: ut ait Cæſar. Die enim fumo: nocte flamma lignum datur. Specula: eminenti loco. Impulſos: proſtratos. Preſſo: ſedato: iamdudum enim expugnatis caſtellis Põpeius præteneat. Frigida: non recentia. Pax: tranquillitas: & ſolitudo. Furorem: iram Cæſaris. Quies & ſomnus: quod quieſcerent: & dormirent. Vel in clades: etiam i certam mortem. Gaudia: Pompeianorum ex uictoria. Minax Torquato: qui præfectus Pompeii caſtellum expugnatum ſeruabat. Ruit: impetum facit.

Qui Cæſaris arma: qui Cæſare uiſo intra murũ interiorem ſuos metu retraxit. Haud uidit ſegnius: non minus diligenter proſpexit: l. protē. legitur alibi ſegnius: aut uidit: q̃ & cætera. Quam malo nauta: q̃ nauigator ad Circeum in mari tyrtheno: cum primum tempeſtas inuadit: uela demittit.

Frãgentẽ fluctus ſcopulũ ferit: aut latus alti
Montis adeſt: ſerãq; ſibi parat unda ruinam.
Hinc uicina petens placido caſtella ꝓfundo
Incurſu gemini Martis rapit: armaq; late
Spargit: & effuſo laxat tentoria campo:
Mutandæq; iuuat permiſſa licentia terræ.
Sic pleno Padus ore tumẽs ſuꝑ aggere tutas
Excurrit ripas: & totos concutit agros:
Succubuit ſi qua tellus: cumulumq; furentẽ
Vndarum non paſſa ruit: tum flumine toto
Trãſit: & ignotos aperit ſibi gurgite cãpos:
Illos terra fugit dominos: his rura colonis
Accedunt donante Pado. uix prælia Cæſar
Senſerat: elatus ſpecula quæ prodidit ignis:
Inuenit impulſos preſſo iam puluere muros:
Frigidaq; ut ueteris deprendit ſigna ruinæ:
Accendit pax ipſa loci: mouitq; furorem.
Pompeiana quies: & uicto Cæſare ſomnus:
Ire uel in clades properat: dũ gaudia turbet.
Torquato ruit ide minax: qui Cæſaris arma
Segnius haud uidit: q̃ malo nauta tremente

OMNIBON.

¶ Frangentem ſcopulum: ut Virgil. Inque ſinus ſcindit ſeſe unda reductos. Latus adeſt: id eſt corrodit latus oppoſitũ fluctibus. Et fit a uerbo adeo ades adeſt.

Seram ruinam: euerſo tandem ſcopulo a fluctibus.

Hinc uicina petens: capto erumpendi conſilio Pompeius tegmenta galeis milites parare iubet uiminibus: deinde leuis armaturæ milites in ſcaffas impoſuit: his ita pactis ſexaginta cohortes ex maximis caſtris: præſidiiſq; educit per eam munimentorum partem: quæ ad mare pertinebat: & his præcipit; quæ fieri uelit: eodemq; naues honuſtas aggere: & leuis armaturæ militibus ire iubet: & qua ad Dyrachium naues præparatas habebat. Caſtella profundo petens: in caſtellum remotiſſimum: & quod longiſſime aberat a caſtris Cæſaris: impetum fecit Pompeius: exiſtimans quod longius aberat Cæſar: hac parte facilius erumpere poſſe: & quia pertinebat ad mare: pars illa maris: quam inuaderet: opportuna uiſa eſt: q̃ in poteſtate Pompeii omnis regio erat. Vicina caſtella: id eſt munitionis partem: quæ ad mare pertinebat.

Gemini Martis: terreſtris, & maritimi: nam ſexaginta cohortes miſit a maximis caſtris & præſidiis. Incurſu. i. cum impetu. Armaq; late ſpargit: poſtquam ſemel caſtella cepit: arma ſpargit: quia iuuabat cum libero campo poſſe uagari. Effuſo campo: pro ipſe effuſus per campum. Iuuat: ſcilicet Pompeium: nam ſic fieri ſolet: ut qui diu in anguſtiis obſeſſi fuerint: poſtquam ſemel data licentia fuerit: maxima lætitia euagãtur. Sic pleno Padus ore: per ſimilitudinem oſtendit: quomodo longe, lateq; uagaretur Pompeii exercitus: poſtquam data eſt poteſtas erumpendi: quemadmodum Padus: cum inflatus fuerit: ſi partem aliquam aggeris euertit: deinde effuſo amne diſcurrit: ut ui nulla retineri poſſit. Super aggere: cum ſemel aggerẽ ſuperauerit. Concutit: commouet: & diſſipat totos agros: ſic Virgilius: Sternit ſata læta: boumq; labores. Si qua tellus: quia paruo etiam ore ſimul facto uix continere poteſt undationem fluminis. Succubuit: id eſt euerſa eſt. Gurgite: id eſt fluctu: & undatione. Ignotos campos: id eſt per quos antea fluere nunquam conſueuerat. Illos terga fugit: iuriſconſulti de alluuione allegant hæc carmina: q; unda ſi ab una ripa ad alteram agrum detulerit: illius ager eſt ad quem unda detulerit. Vix prælia Cæſar: quia (ut diximus) caſtellum hoc longiſſime a maximis caſtris Cæſaris aberat: poſt longum tempus tandem tumultu: & clamore militum excitus Cæſar ad ſuos, ut propere ſubſidium daret, uenit. Specula: ex edito loco: ſic enim conuenerat: ſi forte hoſtes inuaderent: ex ſpecula ignem accenderent: ut ſigno dato poſſet cum præſidio ſubuenire laborantibus. Inuenit impulſos: ſed iam euerterat caſtellum illud Pompeius: & late agros tenebat: noua etiam caſtra poſuerat: & ſumma quiete campos Pompeii tenebat exercitus. Impulſos: euerſos. Preſſo: compreſſo: quia iam puluis in unum compactus erat: ſignificat enim multo ante euerſos fuiſſe muros. Frigida: in cinerem ſoluta. Accendit pax ipſa: indignatus eſt Cæſar: q; iam hoſtibus tuto capere ſomnum liceret. Ire in clades: id eſt ruere in aperta diſcrimina. Torquato ruit: legato Pompeii: qui in fronte caſtrorum conſtiterat cum legione una. Qui Cæſaris arma: id eſt qui ſegnior non fuit ad prouidendum Cæſaris impetum: q̃ ſolet eſſe nauta: cum Tyrrhenum mare uentorum tempeſtatibus tollitur.

SVLPITIVS ℂ Muro breuiore:Cæſar hoc loco geminũ aggerẽ fecerat:Torquatus in interiorem ſe ſe receperat:ut fortior eſſet:denſioreſq; milites haberet:Cæſariani uero per exteriorem iam occupauerant aduentãte Pompeio: qui ſuis opem ferebat præ metu fugam arripientes:in arma incidebant.Potuiſſet hoc loco Pompeius debellare:ſed cum non inſtaret Cæſar:negauit eum uincere ſcire:ut Suetonius ait. In hoſtem:contra Cæſarem:qui erat intra primum uallum:& in medio hoſtium.Intus.n Torquatus:extra Pompeius erat. Non ſic ætnęis:non aliter metuit Cæſar aduentum Pompeii:q̃ ſolent Catinenſes metuere:cum Aetna flammam emittit:per montemq; ſpargit.

Omnia circææ ſubducit uela procellæ:
Agminaq; interius muro breuiore recepit:
Denſius ut parua diſponeret arma corona.
Tranſferat primi Cæſar munimina ualli:
Cum ſuper e totis emiſit collibus agmen:
Effuditq; acies obſeptum Magnus in hoſtẽ.
Non ſic ætnæis habitans in uallibus horret
Enceladum ſpirante Noto cũ tota cauernas
Egerit:& torrens in campos defluit Aetna:
Cæſaris ut miles glomerato puluere uictus
Ante aciem: cæci trepidus ſub nube timoris
Hoſtibus occurrit fugiens:inq; ipſa pauẽdo
Fata ruit:totus mitti ciuilibus armis
Vſq; uel in pacem potuit cruor:ipſe furentes
Dux tenuit gladios.felix:ac libera legum
Roma fores:iuriſq; tui:uiciſſet in illo
Si tibi Sylla loco:dolet heu:ſempq; dolebit:
Quod ſcelerũ Cæſar ꝓdeſt tibi ſumma tuorũ:
Cum genero pugnaſſe pio.proh triſtia fata:

Enceladũ:ignem qui gigas ſpirat Enceladus:qui eſſe fertur ſub Aetna. Egerit:uacuat. Aetna tor.flãmã Aetna fluens:& æſtuans. Defluit:diſcurrit in cãpos. Victus:territus aduentu Pompeii. Ante aciẽ: ante q̃ manũ cũ hoſte adueniẽte cõſereret:& ipſum uideret. Cæci:quia qui timent:qd ſint acturi:nõ ꝓuidẽt. Ruit in fata:in mortẽ inſcius quid ageret ſe ꝓcipitat. Totus cruor:potuit hic fieri ois cædes futura:ita ut pax ſequeret̃. Dux:Pompeius repreſſit milites:ne Cæſarianos perſequerent̃. Felix:exclamatio cũ cõmiſeratione. Sylla:hiſtoriã poeta cõfundit:niſi per Syllã:aut Põpeiũ ipſum:aut quẽpiã Põpeianũ accipiamus. Sed ꝑfecto non ſeruato tpe & loco:P.Syllam:qui ſub Cæſare militabat:demõſtrat:de quo in ꝓlio ſuperiori:ubi periit Scæua.ſic ait Cæſar: Interim certior factus P.Sylla:quẽ diſcedens caſtris prefecerat Cæſari auxilio cohorti uenit cũ legionibus duabus:cuius aduẽtu facile ſunt repulſi Põpeiani:neq; uero cõſpectũ aut impetũ noſtrorũ tulerũt:primiſq; delectis:reliqui ſe uertũt:& loco ceſſerũt.Sed inſequẽtes nr̃os:ne lõgius ꝑſequerent̃: Sylla reuocauit:ac pleriq; exiſtimant ſi acrius iſequi uoluiſſet: bellũ eo die potuiſſe finiri. Tibi:ad tuã utilitatẽ:& nõ ad Cæ.ut uinceret Sylla potuit. Summa ſc.maximũ inter ſcelera tua:uidelicet:ꝙ pium generum oppugnaris.

OMNIBON. Circes ubi ℂ Subduxit:cõtraxit oĩa uera:quia cũ nimius iuaſerit nullũ eſt maius remediũ. Circææ ꝓ.tyrrhenæ tẽpeſtati.Circes oppidũ in Cãpania fuit:ut inq̃t Soli.Caius Gellius Aeetæ tres filias dicit:Angitiam,Medeã,Circẽ:Angitiã uicina Fucino occupauiſſe:ibiq; ſalubri ſcientia aduerſus morbos reſiſtẽtẽ Deã habitã:Medeã a Iaſone Buthroti ſepultã:filiũq; Marſis imperaſſe.Circẽ Circæos inſediſſe mõtes:carminũ maleficiis uarias imaginũ facies mẽtientẽ:hanc ẽt ueneficã finxere poetæ:ꝙ illos,quia appellarent ad littus ſuũ in uaria ferarũ gñia uenenis conuerteret. Agminaq; interius: & relictis maioribus castris ſe recepit in interiora:nam gemino uallo caſtra circundederat:relicto ergo exteriori uallo:ſe recepit ad interius:ob hanc cauſam:ꝙ facilius breuiora caſtra defendere poterant:q̃ latiora. Arma:armatos milites. Denſius.i.ualidius. Corona.i.ambitu caſtrorũ:quia in coronæ modum conſtiterant propulſantes hoſtem ex oĩ parte.

Tranſierat primi:uallũ relictũ a Pompeianis impetu ſuo Cæ.cum exercitu tranſiuit. Cũ ſu.e to.ſed Pom.qui inde haud ꝓcul caſtra noua poſuerat:legiones a mediis caſtris ſubduxit:& repente ſuis ſubſidio affuit.Milites uero Cæ.ꝙ iam erũperãt prioris ualli munimenta cũ fugere uellent:& timerent:inſtante exercitu Põpeiano in hoſtes,dũ fugerent,ruebãt:ſi exterius fugere uellent:circũdati erant a Põpeio:ſi uero interius: in Torquatũ incidebãt:unde in medio pars militũ capta eſt.Sueto.dicit nõ inſtãte Põ.Cæ.negaſſe eũ uincere ſcire:ſed dñt hoc eſſe factũ pietate Pom.qui ſuis ciuibus parcere uolebat:in qua ſnia ẽt Luca.uĩ eſſe. Non ſic ætnæis: dicit non minore impetu inuaſiſſe Pompeiũ Cæſarẽ:qui maiori uallo incluſus erat:q̃ ſolet inuadere uicinos flãma:ex monte Aetna emiſſa:nec minore terrore ꝑculſos eſſe Cæ.milites:q̃ illi terrent̃ emiſſis flãmarũ apicibus ex Aetna: qui ſæpe regionẽ illã uniuerſam deuaſtare uĩ:nam Catinenſiũ colles alto exundant cinere:qui aliqñ illos magno afficiẽs mœrore:poſterioribus annis magnũ terris attulit bñficium:quippe tã læta reddidit illis uineta:& ſingulari bonitate fructuoſa:ut reliqua nulla uini nobilitate eis cõparabilis exiſtat:ita refert Strabo. Habitans.ſ. populus ſiculus. In uallibus ætnæis.i.ſub radicibus montis Aetnæ.Enceladus unus ex gigantibus:qui auſi ſunt bellũ inferre Ioui:quẽ uictũ ſub mõte Aetna poſuiſſe fert̃ Iuppiter:cum nimio pondere ꝓſſus defeſſum latus mutare uoluerit:mons totus tremit:& ſtatim flammarũ ingẽtes globos uomit: ita ut regionẽ illam plerunq; depopuletur.

Glomerato puluere.i.iminente Pom.cũ exercitu magno:& immenſa legione. Cæci timoris:quia cæcos conſilii hoĩes facit. Hoſtibus oc.ſi exterius Pom.ſi interius Torquato. Fata ruit:dum timet fata in fata ruit:uel in pacem:ẽt uſq; ad pacem:quia uicto Cæ.deinde pax fuiſſet. Ipſe fu.hæc ſunt uerba Pompeii:qui dixit Parcite ciuibus ueſtris. Felix,ac libera legũ:deplorat hic Luc.euerſam libertatem Romanam:dicens pietatem Pompeii illi nocuiſſe. Libera fores ſi Sylla:ſi hanc uictoriæ occaſionem talis imperator conſecutus eſſet:qualis erat Sylla:actũ erat de Cæ.& libertas conſeruata fuiſſet. Dolet heu ſemp:ſemp inquit quoties meminerit,Roma dolebit:ꝙ Cæ.cum pio genero pugnauerat:hæc cauſa fuit:cur ſcelera ſua Cæſar implere poſſet. Scelerum tuo.quia cũ pio genero pugnaſti:ideo ſcelera tua impleta ſunt. Proh triſtia fata:in deploratione conſiſtit:oſtendens multa deinde mala:innumeraſq; clades ꝓſecutas fuiſſe:quia hoc loco Pom.uincere noluerit. Triſtia:infelicia:infauſta.

¶Libyæ: Africa non uidiſſet tot cędes ad Vticā factas: nec Hiſpania ad Mūdā: nec Nilus Pompeii fuiſſet cruore infectus. Cadauer: Pōpeii. Phario rege: Ptolemęo rege Phari iſulæ Nili. Nec Iuba: rex Numidarū. Marmaricas: Marmaridæ populi ſunt ad Syrtim maiorem uſq; porrecti. Vmbras Pœnorum: Africanorum: quæ ſunt Romani ſanguinis auidi. Scipio: q dux erat exercitus: & reliqarum Pharſaliæ. Vita: uiuentes ipſi: & illius ſæculi hoīes. Exire e mediis pot. Phar. fa. potuit nō fieri pugna pharſalica. Deſerit: Cæ. a Pō. fugatus: in Theſſaliā ſe contulit: Pom. inuitis ſuis: q eum hortabant̄: ut in Italiam reuerteret̄, eū eſt pſecutus. Sed Cæſ. cum primū illuc peruenit cōiuncto cū Domitio exercitu: Gōphos oppidū expugnauit: & militibus diripiendum conceſſit. Inde Metropolim: qui primū portas clauſerat exemplo Gōphorum territam in deditionem accepit. Poſtea nulla Theſſaliæ ciuitas fuit: quæ Cæſ. nō pareret: pter Lariſſeos: qui magnis Scipionis exercitibus tenebant̄. Pom. uero cū primum aduenit Scipionis eſt milites adhortatos: ut parata iam uictoria pdæ: ac pmiorum uelint eē participes: receptiſq; oibus in una caſtra legionibus: ſuum cū Scipione honorē partitos eſt. Sedē: munitiōes ſuas. Auerſo: irato: quia uictus fuit. Agmine lacero: exercitu fugato: & fracto. Comites: Pompeiani. Patrias ſedes: Romam. Reddā me patriæ: reuertar in patriā: niſi dimiſſo exercitu facta pace. Surgēte m. in pricipio belli. Vellem cōmittere aciē: uoluiſſem pliari.

SVLPITIVS Marmaridę ubi

Non Vticæ libyæ clades: Hiſpania Mundæ
Fleſſet: & infando pollutus ſanguine Nilus
Nobilius phario geſtaſſet rege cadauer:
Nec Iuba marmaricas nudus preſiſſet arenas:
Pœnorūq; umbras placaſſet ſanguine fuſo
Scipio: nec ſancto caruiſſet uita Catone.
Vltimus eſſe dies potuit tibi Roma malorū:
Exire e mediis potuit Pharſalia fatis.
Deſerit aduerſo poſſeſſam numine ſedem
Cæſar: & Emathias lacero petit agmīe terras.
Arma ſecuturum ſoceri quacunq; fugaſſet
Tentauere ſuo comites diuertere Magnum
Hortatu: patrias ſedes: atq; hoſte carentem
Auſoniam peteret. nunq̄ me Cæſaris inquit
Exemplo reddam patriæ: nunquāq; uidebit
Me niſi dimiſſo redeuntem milite Roma.
Heſperiam potui motu ſurgente tenere:
Si uellem patris aciem committere templis:
Ac medio pugnare foro. dum bella relegem:
Extremū ſcythici tranſcendā frigoris orbem:

Dum bella relegem: nō pcul ab Italia bella: calamitateſq; abigā: nō erit mihi moleſtū extremas mūdi regiones adire. Scythici: ibo ultra Scythas ſeptētrionales.

¶Libyæ clades: ubi reliqæ exercitus uictæ ſunt cū Catone. Hiſpania Mundæ: ubi uictus eſt Cn. & Sextus Pōpeius: ſed Cn. Pompeius occiſus eſt: Sextus autē profugit in Siciliā. Et infando pollutus ſan. nec ēt Pom. fuiſſet in Nilo flumīe truncatus: cuius cadauer piectū eſt in undas fluminis. Infando ſanguine: nō Pompeii: ſed ſanguine infandi Ptolemæi parricidæ regis. Phario rege. i. Ptolemæo rege Aegypti: nam Pharos inſula ē Aegypti. Nec Iuba mar. rex Iuba: qui partes ſenatus: populiq; Romani ſequebatur: uictus eſt a Cæſare in Africa: nam Iuba & Petreius (ut refert Appianus) perceptis his: quæ geſta fuerant a Cęſare: cum nec fugam: aut ſalutem ulterius ſperare poſſent: inedia: uulneribuſq; ſe adinuicem tandem confecere. Nudus: inſepultus. Marmaricas are. Marmaria eſt pars Libyæ. Placaſſet umbras Pœnorū: nā mors huius Scipionis: qui ab illo ſuperiore deſcēderat: uiſa eſt q̄ſi placare umbras Pœnorū: qui cæſi fuerant a maioribus ſuis: Publius eni Scipio: qui bello in Libya geſto contra Cæſarē cōſtitutus imperator fuit: Appiano auctore: hyemē in mari agēs: hoſtilibus nauibus a caſu obuius peregregie ſe geſſit: donec ſuperata eius claſſe ſeipſum iteremit: & cum hoſtes propius ſuperueniſſent: interrogarentq;: ubi eſſet imperator: ipſe reſpondit: īperator bene ſe habet. Caruiſſet uita: ætas noſtra non caruiſſet Catone: qui poſtq̄ uidit pfligatas eſſe Pōpeii partes: ſupeſſe reipu. noluit: ſed ipſe ſibi mortem in Vtica cōſciuit: unde Vticēſis eſt appellatus: nam Cato: ac Scipio, ut refert Plutarchus, poſt Pharſalicā pugnā: in Libyā profugerūt: & ingentibus ibi copiis coactis ex Iubæ q opē: atq; auxilia miniſtrabat contra eos Cęſa. expeditionē egit Scipionis exercitu ſuperato: Catonem ut uiuentē reciperet ſummo ſtudio cōtendit Vticā: quā qdē urbē cum ille pſidio teneret: minime plio interfuerat: poſtq̄ Cæ. Catonē ſibi mortem conſciuiſſe cognouit: acriter indoluit. tūq; inqt: Cato tibi pro morte inuideo: nā & tu mihi p ſalute inuidiſti. Vltimus eē d. p. ſi Pom. uincere uoluiſſet.

OMNIBON.

Exire p. m. ph. ne i Pharſalia bellū ciuile cōmitteret̄: qd̓ poſtea factū ē: nā ita fata uolebant: ut ibi ſanguis Ro. effunderet̄: qd̓ euitari tunc potuit: ſi Cæſ. Pompeius uiciſſet. Deſerit aduerſo poſ. poſt complorationem libertatis Romanæ proſequit̄ narrare qd nā inſtituerit Cæſar: ubi. n. uidit omnia ſibi aduerſa: ex his locis ſtatuit diſcedere: & in Theſſaliā recepit exercitū. Sedē: Epirū. Tentauere ſuo: hic dicit cōſiliū habitū fuiſſe in exercitu Pōpeii: qd nā potiſſimum agēdū eēt: nonnulli fuerūt: q cēſerēt Romā redeundū eē: ſed huic ſententiæ aduerſus fuit Pōpeius: neq; n. induci poterat: ut uellet bello infeſtari Italiam: hanc quoq; rationem fuiſſe dicebat: ut ab initio belli urbē deſereret: ne Cæſar illuc exercitū ducēs: mœnia urbis bello inuaderet: ergo qd̓ ab initio fecerat: in eo ſe perſtiturū aſſeuerat. Comites: ſenatores: qui cum Pompeio erant. Diuertere. i. a propoſito ſuo remouere.

Nunq̄ me Cæ. non imitabor inqt Pōpeius Cæſarem: qui contra leges Romanas Rubiconem trāſiuit armatus.

Dimiſſo milite. i. exercitu ſicut leges uolunt. Heſperiam potui: ſi pati poſſem: ut bello infeſtaret̄ Italia: & Roma piculū belli ſubiret poterā ab initio belli Romæ cum ſenatus maneret i medio foro: bellū pficere: ſed quoniā longe mihi alia mēs eſt: ab hoc pPoſito non deterrebor: priuſq̄ bellum pfecero. Motu ſurgente. i. incipiente tumultu belli. Medio foro: ut fecerat Sylla: Marius: Cinna: & cæteri: q urbē inuaſere. Dū bella re. ſed hæc mihi mēs ērit in extremas orbis terrarū partes potius exercitū ducere uelim: q̄ bellum in Italia fiat. Relegē. i. repellā. unde relegati dicunt̄: q ſunt a patria pulſi. Scythici frigoris. i. ſeptentrionis: in q̄ parte eſt Scythia: hoc eſt uſq; ad Hiperboreos montes tranſibo: uel e diuerſo ibo trans torridam zonam: nam utraq; inhabitabilis eſt.

Relegatus

SVLPITIVS ℭ Ardentes plagas: deſerta Africæ: Aethiopiam: Indiam: quæ Solis æſtu infeſtantur. Victor tibi Roma quietem Eripiam: certe non: nec me uictore uexabere. Ac potius: dúmodo ſis caps dãno ꝗ te Cæ. poſſideat. Candauia: mõs Epiri: q Illiricũ a Macedonia ſeparat. Cõtigit: tetigit. Bello quã fata parat: in qua fata conſtiterãt Candauia ubi certaret. Theſſaliã q̃ parte: Topographia: Theſſalia inquit ab oriente brumali Oſſam: ab occidente æſtiuo Pelion: a meridie Othrym: ab occidente Pindũ: a ſeptẽtrione Olympũ hẽt. Sed in hoc errat poeta: quod iter Oſſam: & Olympũ, Pelion q ad oriẽtẽ hybernũ ẽ, interponit & Oſſa ad æſtiuum: ut Ptolemæus: & lib. vii. Herodotus docẽt: & ipſe mox dicet Olympũ Oſſæ cõiũctũ: Peliõ ergo p Oſſa: & Oſſã p Pelio poſuit. Eſt aũt Pelii altitudo: ut Pli. tradit. M. cc. l paſſuũ. Coercet: terminat: & ſtrigit.

Ardenteſq́ plagas: uictor tibi Roma quietẽ
Eripiam: qui ne premerent te prælia: fugi.
Ac potius nequid bello patiaris in iſto:
Te Cæſar putet eſſe ſuam. ſic fatus in ortus
Phœbeos conuertit iter: terraſq́ ſecutus
Deuia: qua uaſtos aperit Candauia ſaltus
Contigit Emathiam: bello quã fata parabãt.
Theſſaliã qua parte diem brumalibus horis
Attollit Titan rupes Oſſæa coercet: (æſtas:
Cum per ſumma poli Phœbum trahit altior
Pelion opponit radiis naſcentibus umbras:
At medios ignes cęli: rabidiq́ Leonis (thrys.
Solſtitiale caput nemoroſus ſubmouet O
Excipit aduerſos zephyros: & Iapiga Pidus:
Et maturato præcidit ueſpere lucem:
Nec metuens imi Borean habitator Olympi
Lucentem totis ignorat noctibus arcton:
Hos inter montes: media qui ualle premunt(r)
Perpetuis quondam latuere paludibus agri:

Attollit di. erigit lucẽ ſuã. Cũ p ab oriẽte æſtiuo Pelion eſt. Opponit umbras: iaciunt. n. in occidẽtẽ recta ab oriente linea. Othrys: mons. Submouet me. ig. cæl. repellit meridianũ Solẽ & Othrym eſſe altiſſimũ idicat. Caput ſol. Leo. æſtũ Leonis & ſolſtitii: qd̓ eſt yi. calẽdas Iulii apud Colu. ſole uero exiſtẽte in Cãcro: & nõ pprie i Leone. Pĩdus: mõs q ad occidẽtẽ uerſus a tergo Zephyros excipit. Iapiga: uẽtũ, quẽ Fauorinus Caurũ exiſtimat. Eũ appuli uocãt Iapiga. Pręcidit lucẽ: ſubtrahit lucẽ: & iumbrat Theſſaliã: quã p̃ eius altitudĩe ſol occidẽs ſpectare nõ poteſt. Veſpere ma. fine diei accelerato: nã prius noctẽ inducit: q̃ Sol occiderit.

Hitator: q icolit radices Olympi: q̃ ab iteriori parte Borea uexari nõ poſſunt: Septẽtriões & urſam maiorẽ nõ cernit. Perpetuis quõ. Theſſalię planities, ingr, olĩ fuit palus ab Hercule deſiccata. Retinẽt: retinebant.

Tẽpe: locus iter Oſſã & Olympũ. y. milliũ paſſuũ lõgitudine: & ferme ſex latitudine: ultra uiſũ hoĩs attollẽtibus ſe dextra, leuaq́ leniter cõuexis iugis. Intus ſua luce uiridãte allabit Peneus: uiridis calculos amœnus circa ripas gramine: canorus auium concentu: accipit amnẽ Orcon: nec recipit olei modo ſupnatãtẽ: Ouidi. Eſt nemus Hæmonię prupta qd̓ undiq́ claudit Silua: uocãt Tẽpe: per q̃ Peneus ab imo: Effuſus Pindo &c.

ℭ Victor tibi Roma: antea cum timere hoſtes diſceſſi ab urbe ne te bella q̃rerẽt: nunc uero cũ nõ timeã: ſed uin
OMNI cere cœpi: te bellis iplicabo. q. d. non faciam. Fugi: cum inferior eſſem Cæſare: nunc uero cum ſim ſuperior: te
BON. in bellum deducam. Sic fatus in ortus: nunc deſcribit: qua iter fecerit Pompeius: nã orientem uerſus exercitum duxit: & per Cãdauiã tandẽ uenit in Theſſaliã. Deuia. i. auia ut tutior iret. Candauiã: Candauia (ut inquit Strabo) mons eſt: qui Illiricũ: Macedoniáq́ diſterminat: circa uiam Candauiæ lacus: ac paludes ad Lychniduntem extant: ubi copioſa piſciũ habentur ſalſamẽtaria: ſunt fluuii Ionium irrũpentes ſinum. & in Auſtrum uergentes Inachus: Achelous: & nonnulli alii. Saltus: nã ſaltuoſa: ac nemoroſa regio eſt. Theſſaliam: hic ita deſcribit Theſſaliam: ut dicat Deos uoluiſſe hanc regionem naturaliter inhabitabilem eſſe ſortaſſe: ne bellum ciuile in ea gereret. Attollit Ti. oſtendit a Sole nunq̃ illuſtrari ullo anni tempore: ſed undiq́ montibus ita circundatã eſſe: ut nec diẽ qdẽ integrũ uidere poſſit. Sũma poli. i. eum altius ad ſeptentrionẽ quodãmodo uergẽs naſcitur Sol.

At medios ignes. ſ. a meridie Othrys mons oppoſitus eſt radiis Solis. Rapidi Leonis. i. feruentis. nam. xy. die Iunii ſurgit Leo: & circa meridiem Sol ingredit leonem: ergo tunc feruentiſſimus ẽ Sol. Solſtitiale caput: nã ſolſtitiũ dicit: q Sol ſtare uidet: nec aſcendere, nec declinare per aliquot dies. Zephyrus: uẽtus occidentalis. Iapiga: Iapix eſt uentus: qui Appuliam perflat: quem Caurũ eſſe Gellius propemodũ putat: unde Iapigia dicta eſt Appulia. Strabo autem ait: Iapiges uniuerſos cognomẽ e quodã Iapige duxiſſe: quẽ Dedalus e Cretẽſi muliere ſuſcepiſſe dicit: ducẽq́ Cretenſibus extitiſſe: Iapides uero gens Illyricis: Galliſq́ commixta: auctore Stra. ab Aug. Cæſ. ſũmo cũ labore debilitati ſunt. Aduerſus: quia ab occidente pflat: ideo oppoſitus eſt Pindo: & (ut inqt Gellius) aduerſus Eurũ ſpirare uidetur. Et maturato præcidit: q a montes oppoſiti ſunt: ideo ibi citius Sol occidit: nam montes obſtant: ne poſſit ſplendore ſuo illuſtrare Theſſaliam. Præcidit: occupat. Maturato ueſpere. ſ. citius occidente Sole. Nec metuens: nunc a ſeptentrione oſtendit claudi: ut etiam aerem accipere nequeat: in Theſſalia qui habitat nunq̃ uidet maiorem urſam: quæ circa polum uertitur. Imi Olympi. i. in radice eius montis Theſſaliæ. Nec metuens. ſ. Boreã. unum ſeqtur ex reliquo: ſi nunq̃ uidet ſeptentrionẽ: ergo non timet Boream.

Arcton. i. urſam maiorem: quæ circa polum uergit. Ignorat noctibus: quia nunq̃ apparet. Hos inter mõtes: Theſſalia inter medios montes incluſa ſterilis fuit: nec quicq̃ erat præter lacum: flumina montibus circundata tenebantur: ut curſum nullum haberent: ſed tantum in unũ confluentia creſcebant: poſtq̃ uero Hercules euerſo monte lacum aperuit: relictus locus medius fertilis: & amœnitate plenus: unde etiam Tempe græco uocabulo appellatus eſt. Strabo autem lib. nono dicit: Cum litius altiora campis haberet loca: montibus iettæ factis abrupta ſunt: quæ tunc uocantur Tempe: & Olympo abſciſſo ab Oſſa: hac Peneus fluxit in mare: & oram illam ſiccatam reddidit: poſtea flumina deſcribit: q̃ inde deſcenderunt. Agri latuere: ager medius: q nunc rerũ oĩum feraciſſimus eſt: quõdã iugibus occupabat paludibus: anteq̃ inacceſſibilis exſiccaret unda. Premitur: clauditur.

ℭ Petuia:

¶ Peruia:patens:nam tunc illac flumina non egrediebantur. Nec dant aditus pelagi: nec finebant in pelagus labi. Implentibus:in implenda Theſſalia occupatis. Curſus erat creſcere:loco curſus creſcebant. Poſtquam di.poſtquam Oſſam ab Olympo Hercules ſeparauit: & ſi Herodotus lib.vii.dicit a Neptuno: ſiue terręmotu id factum. Nereus:mare. Ruinam:impetum. Melius:præſtitiſſet enim ut habitabilis facta non eſſet. Eminet apparuit tunc. Pharſalos: locus ubi ędificatum eſt oppidum Pharſalos: quod duplex eſt: uetus, & nouum:iuxta quod eſt Thetidis fanum:& hanc oram Achillis ſubiectam fuiſſe ſuſpicanturtur ait Stra. Phylace: oppidũ ꝑpe Thebas Phtiothicas: ex quo fuit Proteſilaus:qui primus bello Troiano peruenit in littus:primuſq; cęſus eſt.Oui. Sors quoq; neſcio quem fato deſignat iniquo:Qui primus Danaum troada tãget humum. Pinu:naui. Rheteia:Troiana. Aequorei:Nati ex nympha æquoris Thetide. Teleos: oppidum. Dorion: oppidum Magneſiæ. Statius libro quarto: Gethico quos flebile uati Dorion: hic fretus doctas anteire canẽdo: Aonias multos Thamiras damnatus in annos: Ore ſimul citharaq; quis obuia numina temnat:Continuit præceps: quis non certamina Phœbi Noſcet:& illuſtres Satyro pẽdente Celenas. Trachin:huius nominis oppida eſſe diximus in Phocide: & in Bœotia. Puto autem hic eſſe legẽdũ Arracem:quod eſſe apud Lariſſã Stra.docet. Meliboea:urbs littoralis Magneſiæ: ꝓpinqua Theſſaliæ: patria Philoctetæ: abſq; quo ſagittas herculeas afferente:Troia capi non poterat. SVLPITIVS Phylace quod

Flumina dum cãpi retinent:nec peruia Tẽpe
Dant aditus pelago: ſtagnũq; iplentibus unũ
Creſcere curſus erat: poſtq̃ diſceſſit Olympo
Herculea grauis Oſſa manu:ſubitæq; ruinã
Sẽſit aquæ Nereus: melius mãſura ſub undis
Emathis æquorei regnũ Pharſalos Achillis
Eminet:& prima rheteia littora pinu:
Quæ tetigit Phylace:Teleoſq;:& Doriõ ira
Flebile pieridum: Trachin:pretioq; nefandæ
Lãpados Herculeis fortis Meliboea ſagittis:
Atq; olĩ Lariſſa potẽs:ubi nobile quõdã (bas
Nũc ſup Argos arãt:ueteres ubi fabula The-

Pretio nefandæ lampados: ob pretium incendii ſacri.Hercules enim ea lege ſagittas, Pharetramq; Philoctetæ conceſſit:ut eius rogũ incẽderet:oſſaq; cõderet:& in cælũ raptũ uulgaret:iurareq; id coegit. Nefandæ:q̃a nõ licebat de rogo quicquam effari. Lampados: ignis:& rogi. Lariſſa: Achillis patria. Potens: Aeaco: Peleo:Achille. Nobile Argos: Stra.libro nono ait: Argos ipſum pelaſgicum pleriq; urbem Theſſalicam opinantur ſuperiori tempore Lariſſæ propinquam:quæ hac ætate nullibi eſt. Alii non urbem ſane: ſed Theſſalorum campum hoc uocabulo nuncupatum: quod quidem nomen Abas ex Argo hæc ad loca migrans impoſuit. Vbi fabula:fabuloſum eſt:quod de Thebanis terrigenis dicitur & muro ab Amphione ſtructo: poeta uero confundit nomina. Nam hic indicat Thebas Phtiothicas:& loquitur de Echioniis.Echion uero unus fuit ex terrigenis natis ex dentibus draconis a Cadmo cæſi.

¶ Peruia Tempe: nominatiui caſus,eſt hoc loco: ſed apud Græcos uariatur. Tempe loca amœna dicuntur: de quibus uide Plinium. Peruia ſcilicet:nunc. Curſus erat:uidelicet inflari & creſcere: quia decurrere non poterant, neceſſario inflabantur. Poſtquam diſceſſit:eo Hercules uenit:& diligenter circunſpiciens locum cognouit:ſi aquam deriuari poſſet:agrum in medio rectum cuiuſlibet generis frugum feraciſſimum fore:& ſucciſo mõte Olympo ab Oſſa:aditum aquæ dedit. Grauis:magnus. Manu.i.uiribus. Nereus:mare. Emathis: ora Theſſalica ab Emathio rege dicta. Manſura ſub undis:quia ſi undis oppreſſa manſiſſet:nunquã ibi bella ciuilia geſta fuiſſent: in quibus totius terrarum orbis cruor fuſus eſt. Achillis æquorei: qui fuit filius Thetidis Deæ maris:unde mare regnum Achillis appellatur. Et prima:oſtẽdit quæ deinde ciuitates ibi conditæ fuerint:poſt q̃ ſtagnum exhauſtum fuit. Pharſalos:oppidum Theſſaliæ: cui imperauit Achilles. Rheteia: ideſt Troiana littora: a Rheteo promontorio. Phylace:ideſt Proteſilaus: nam Phylace oppidum eſt Theſſaliæ:ubi regnauit Proteſilaus: qui primus fuit auſus in terram Troianam deſcendere: & fata impleuit. nam reſponſum erat: quod qui primus in terram Troianam deſcenderet, primus occideretur: & occiſus eſt ab Hectore. Teleos: eſt ciuitas Theſſaliæ: Teum(ut refert Strabo)eſt poſt Antronem urbem Proteſilai. Quidã legũt Preleos. Dorion: quidam montem: quidam campum eſſe ſcribũt. Dorion:oppidum eſt Magneſiæ. Plinius libr.iiii.capitulo nono:cuius hoc tempore pars nulla monſtratur:ut refert Strabo:aliqui tamen Olurin nunc: ſeu Oluram in Meſſenia ualle iacentem Dorion uocant:illic prope Oechalia Euryti eſt: quæ nunc Andania dicitur: urbs Arcadiæ tenuis:cuius nominis eſt altera in Theſſalia:altera etiam in Euboea. Ex hac proficiſcentem Thracem Thamirin ad Dorion a muſis muſica fuiſſe ſpoliatum commemorat Homerus:Achelos & Teleon:tũ Dorion aſt ibi muſæ Threicio inciderant Thamiri:reſonoq; canore Priuauere uirum: Oechalia tum forte profectum Regis ab Euryti regno, Oechaliaq; creari. De hoc itidem Lucanus intelligit: alii etiam. Flebile pieridum: quia Pierides auſæ ſunt prouocare muſas cantu:& conuerſæ ſunt in picas:unde etiam adhuc naturam tenent loquacitatis. Trachin: Trachin parua urbs Thraciæ iuxta Læbadiam(Strabo)non procul a Theſſalia. Herculeis:in qua habitauit Philoctetes: qui ſagittas Herculis: & arcum accepit:q; flammas rogo Herculis ſubiecerat. Hercules cum uiciſſet Aetoliam: captus eſt amore Ioles:oblitus Deianiræ uxoris filiæ Oenei Regis: quam ſingulari certamine cum Acheloo dimicans uictor ſibi matrimonio coniunxerat. Deianira cum ſe derelictam uideret:in memoriam rediit tunica: quam a Neſſo ſanguine lerneæ hydræ inſperſam acceperat: Neſſuſq; uires amoris illã habere dixerat: credidit illa: miſitq; hanc ueſtem ad uirum: quam cum induiſſet: ſtatim ueneuum ad interiora penetrauit: & uiſcera Herculis raptim conſumebat: donec ille diutius doloris impatiens rogum ſibi extruxit: & cum ſuperimpoſitus eſſet: præcepit Philoctetæ: ut flammas ſubiiceret: in cuius beneficii præmium ſagittas: & arcum ſuum illi tradidit. Lampados: ideſt faci: quã Philoctetes Herculi ſuppoſuit. Meliboea: urbs finitima Theſſaliæ:patria Philoctetæ. Vergili.Hic illa ducis Meliboei: parua Philoctetæ. Lariſſa: ciuitas Theſſaliæ

OMN BON. Herculis mors Meliboea ubi

potentiſſima fuit:in qua regnauit Achilles. Virgi. Et lariſſæus Achilles. Nunc arant:ætate inquit noſtra Luca. arant Argos:nam Argos urbs fuit Theſſaliæ:Argos pelaſgicum dicta. Pli. Veteres ubi fa. de fabula Cadmi ſuperius diximus:q̃uo condens Thebas:oẽs ſocii interfecti ſunt a ſerpente:ſed ex terrigenis quinq; ſuperfuerunt:inter quos fuit unus Echion:hunc ſocium ſibi aſſumpſit ad cõdendas Thebas:quas ideo poeta uocauit echionias. Stra. aũt refert Phœnices Cadmi comites Bœotiam tenuiſſe:& Cadmum arcem Cadmeã muro uallaſſe:regnũ poſteris & nepotibus ſuis reliquiſſe:qui porro arci Cadmeæ Thebas muro cõiunxerunt:regnumq; conſeruarũt:

Mõſtrat echionias:ubi quõdã Pẽtheos exul:
Colla:caputq; ferens ſupremo tradidit igni
Q ueſta qđ hoc ſolũ nato rapuiſſet Agaue.
Ergo abrupta palus multos diſceſſit in ãnes:
Purus in occaſus parui ſed gurgitis Aeas
Ionio fluit inde mari:nec fortior undis
Labitur auectæ pater Iſidis:& tuus Oeneu
Pene gener craſſis oblimat echinadas undis:
Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat:ferit amne citato
Maliacas Sperchios aquas:& flumine puro

pluriumq; Bœotiorũ imperium adepti. Solinus uero dicit Amphionem condidiſſe Thebas:non q̃ lyra ſaxa duxerit:ſed q̃a affatus ſuauitate hoies rupiũ incolas & incultus moribus ad obſequii ciuilis pellexit diſciplinã.
SVLPI ℭ Vbi quondam: Agaue Cadmi filia:Echionis uxor:
TIVS materq; Penthei fuit:quem Bacchi numen ſpernentẽ: ſorore adiuta dilaniauit:cum eum per furorem aprũ eſſe exiſtimarent. Pentheos:Penthei. Queſta: cũ.n. in bonam mentem rediſſet:doluit, q̃ plus de filio nõ rapuiſſet:ut rogis poſſet imponere. Igni ſupremo:pyrę.
Palus:Lerna:quæ Theſſaliam mergebat. Diſceſſit: diuiſa eſt:& exhauſta. Aeas:fluuius: qui occidentem uerſus in Ionium fluit. Pater Iſidis:Inachus: qui fuit Argiuorũ rex:& p̃r Ius:uerſus fuit in fluuium:qui eſt in Peloponneſo:a quo, qui in Theſſaliam uenerunt, hunc & Inachum appellarunt. Auectæ:trãſportatæ a Ioue in Aegyptum. Oeneu: p̃r Deianiræ Acheloo deſponſatæ:inde traditæ Herculi:ſed orto inter eos certamine ui
Echina ctori Herculi ceſſit:qui Acheloo in palæſtra cornu cantauerat. Echinadas:Echinades inſulæ ſunt in ſinu corin
des quæ thiaco ex oppoſito ad Elidem:& in hoſtiis Acheloi. Statius in ſecundo Thebaidos: Turbidus obiectas Achelo-
Sperchi us echinadas exit. Oblimat:limo inficit. Calydona:urbem Calydoniæ patriam Meleagri: quã Euenus fluui-
os ubi us, iuxta quem cæſus eſt Neſſus centaurus, dicitur ſeparare. Sperchios: Theſſaliæ fluuios:cui Achilles uouerat comas:ſi rediſſet e Troia. Maliacas:Maliacus ſinus iuxta Pagaſæum eſt & Opuntium.
OMNI ℭ Vbi:in qua orbe Thebarũ Agaue filii ſui Penthei auulſum caput rogo ſuperimpoſuit:dolens q̃ tantummõ ca
BON. put filii abſtuliſſet. Nota eſt fabula q̃uo Pentheus interdixerat ab agro thebano Bacchõ:qui in patriã cũ rediret
Penthei populos oẽs ſibi ſupplicare cogebat:& ſacrificia eius plena erant libidine:in quibus epulis ac uino traditi oẽs ſpi-
fabula ritu Bacchi dicebant afflari:Pentheus, cui hmõi ſacrificia diſplicebant, interdixit Bacchũ a regno ſuo:ſed mater eius Agaue & Authonoe cũ cæteris mulieribus ſequebat̃ Bacchum. Pentheus miſit primo famulos: ut Bacchũ ab agro regni ſui abſterrerent:ſed cũ ad eũ iuiſſent:capti illecebris:eũ cũ cæteris ſequebant̃. Pentheus uero cũ ſatellitibus coactus eſt uenire:ut Bacchum abigeret:ubi cũ in cõſpectu ueniſſet:m̃r Agaue cũ ſorore Authonoe in furoré ſunt conuerſæ:m̃r exiſtimauit filiũ in aprũ:aut uitulũ conuerſum:mulieresq; non prius deſtiteruñt: q̃ thyrſis:& haſtis mediũ illũ diſcerpere:mater Agaue quaſi uictoriæ p̃mium caput eius:qđ apri eſſe credebat:manibus geſtans:per mediam orbẽ ouans ibat:q̃ cũ ad ſe rediiſſet:ſtructo rogo caput filii cõbuſſit:& uehementer doluit q̃ reliquũ corpus habere non poſſet:ut integra filii membra ſepulturæ mandaret:hæc aũt facta fuiſſe dicit Stra. apud Scolũ uicũ Aſopæ ſub Citherone. Exul:a ſeipſa alienata. uel exul reſpicit ad illud:qđ Pentheus Bacchõ:& oẽs qui illũ ſequebant̃:ab agro ſuo iterdixerat:ergo quaſi exulerat interdicto Penthei. Pentheos: gtũs græcus eſt a πενθος loctus. Hoc ſo.ſ.caput. Ergo abrupta:quia ſemel data uia eſt ſtagno. Diſceſſit in am.i. in multos flu. deriuata eſt. Inde:ex hac Theſſalia. Parui gur. quia flu. eſt nõ ualde latus Aeas Aeantis. Fluit ad occaſum in pelagus adriaticum Apolloniam uerſus:ita a Strabone refert̃. Fortior.ſ. Aeante. Pater.i. Inachus p̃r Ius: q̃ Iſis mox eſt appellata:nam poſt q̃ uenit in Aegyptũ genibus flexis in ripa Nili uiſa eſt ſupplicare Ioui:ſtatimq; in priſtinam formam rediit:nã bos diu fuerat. Auectæ.ſ.a Iunone:poſt q̃ eã dono accepit a Ioue. Gener.ſ. Achelous:Oeneus Rex Deianirã filiã habuit:& procis expoſuit:hoc pacto:ut qui ſingulari certamine uictor eſſet: ille Deianiram acciperet in uxorem. Achelous cęteros oẽs ſuperauit:deinde ſuperuenit Hercules:qui cum eo certare cœpit. Achelous ſe modo in leonem:mõ in ſerpentem:tandem ſe conuertit in Taurũ: haud facili labore illũ ſubigere potuit:tandem manu eius cornu cepit Hercules:& non prius dimiſit:q̃ a capite euelleret: Achelous pudore compulſus ſe merſit in undas:neq; amplius uiſus eſt. Echinadas:Echinades inſulæ ſunt maris Maliaci oppoſitæ Acheloi hoſtio. De quibus lege Strabonem. Oblimat:impinguat limo. Et Meleagream:aliud quoque amnis natus eſt ex hoc ſtagno.ſ. Euenus:hic flu. præterlabitur Calydona:ubi regnauit Meleager:unde Meleagream Calydona appellauit. Sanguine Neſſi maculatus:accepta Deianira:cum Thebas rediret Hercules:uenit ad Euenum flu. qui forte magnis undis inflatus erat:de ſe non dubitabat:quin facile tranſiret:ſed neſciebat quo pacto traduceret Deianiram:ſtatim ſe ibi obtulit Neſſus centaurus:qui ſua opera promiſit amnem Deianiram traducere:hanc credidit ei:Hercules iam amnem tranſierat:cum illam in ripa uiolare uoluit:illa clamorem ſuſtulit: tunc Hercules ſagittis trãſfixit Neſſum:quas lernææ hydræ ueneno inſperſerat:moriens ergo cognouit: quo pacto ſe ulciſceretur:educta interiori ueſte:tradidit eam Deianiræ:dicens hæc mea ueſtis uires habet amoris: dato operam:ut hæc induat Hercules:quia ſtatim ad amorem tuum conuertetur. Sperchios: Theſſaliæ ex Pelio effuſus in pelagus Maliacum. Maliacas:ideſt Malæi ſinus in Laconia:nam Malæum laconicum æquor eſt: in quod Sperchius deſcendit. At ſupra Maliam:auctore Strab. propter aduerſos uentorum flatus non tuta fuit nauigatio:inde natum uulgo prouerbium:cum Malæam deflexeris:domeſticos obliuiſcere.

ℭ Amphriſos:

¶ Amphriſos: fluuius Theſſaliæ limpidis aq̄s: apud quē Apollo Admeti regis pauit armēta. Anauros: dictus: ꝙ ex ſe: neq; auram: neq; nebulam emittat. Per ſe: alueo & noīe ſuo. Nam cum alia ingrediunt̄: nomē amittūt: & non p ſe deferunt̄ in mare. Donauit aq̄s: influit: & ingredit̄ Peneū: qui orit̄ iuxta Gōphos: interq; Oſſam & Olympū nemoroſa cōualle defluens q̄ngētis ſtadiis dimidio eius ſpatio nauigabilis. Apidanos: uelox Theſſaliȩ fluuius. Enipheus: lentꝰ eſt: ſed miſtus Apidano fit uelociſſimus. Aſopos: hic fuit Aegeȩ pr̄: mergiturq; in Apidanū: & cōcitat̄ ab eo. Phœnixq;: fluui. Theſſaliȩ. alii legūt Peniſq;. In nom. un. i Peneū. Defendit: tuet̄. Tiraresus: q & Orchos dr̄. de quo Pli. Peneus accepit amnē Orchos nec recipit: ſed olei mō ſupnatātē: ut dictū eſt ab Homero: breui ſpatio portat̄: abdicat penales aq̄s: dirisq; genitas argēteis ſuis miſceri recuſat. Pro ſiccis aruis: p alueo. Manare: egredi. Memorem: Orchō. Capitis: originis ſuæ. Vilis: Penei, quē uilē p ſe dicit. Timorē: reuerētiā: & cultū. Paruerūt: remanſere patētia. Emiſſis: eductis. Bœbicio: Bœbicii illic arare cœperunt: & alii populi: Bœbe oña eſt ex urbibus adiacentibus Demedriadi: ubi eſt & Bœbeis locus uicinus Pheris: ut lib. ix. Stra. docet: Bœbicia autem Bithynia eſt. Diſceſſit: diuiſus eſt. Lelegum: Leleges populi ſont in Attica: qui Pygmenidi cognominātur: hi quidem in Theſſaliam habitatum ſe contulerunt. Deſcēdit: immiſſum eſt. Aeolidȩ: qui ex Aetolia in Theſſaliam iuerūt. Dolopes: qui Homeri teſtimonio ad extrema Phythiæ locantur ad Pindum montem: & ſub Peleo, Achille, & Pyrrho militauerunt. Magnetes: Stra. ſic ait: Eos uero Magnetes: qui a poeta in ultimo Theſſalicorum cathalogo numerantur: exiſtimauerim Macedonibus pieriis uicinos: qui intra Tēpe a Peneo: atq; Oſſa uſq; ad Peliō trans Peneū loca habēt mari tenus. Eqꝭs: ſunt enī optimi equoꝝ: quibus abūdāt domitores. Miniæ: ppli i Theſſalia: q cū Iaſone nauigarūt. SVLPITIVS

Irrigat Amphriſos famulātis paſcua Phœbi:
Quiq; nec humētes nebulas: nec rore madē-
Aera: nec tenues uētos ſuſpirat Anauros: (tē
Et qſquis pelago per ſe iam cognitus amnis
Peneo donauit aquas: & gurgite rapto
Apidanos: nunq̄ celer: niſi miſtꝰ Enipheus.
Accipit Aſopos curſus: Phœnixq;: Melaſq;.
Solus in alterius nomen cum uenerit undæ:
Defendit Titareſus aquas: lapſuſq; superne
Gurgite Penei pro ſiccis utitur aruis.
Hūc fama ē ſtygiis manare paludibus amnē:
Et capitis memorem: fluuii contagia uilis
Nolle pati: ſuperumq; ſibi ſeruare timorem.
Vt primum emiſſis paruerūt amnibus arua:
Pinguis bœbicio diſceſſit uomere ſulcus:
Mox lelegū dextra pſſum deſcēdit aratrum.
Aeolidæ: Dolopeſq; ſolum fregere coloni:
Et Magnetes eq̄s Miniȩ gens cognita remis:

Leleges qui

¶ Amphriſos: inter cæteros amnes miſcetur etiā Amphriſus: qui flu. eſt Theſſaliæ: iuxta cuius ripas regis Admeti Phœbus pauit armenta: captus amore filiæ: ut hac uia poſſet libidinem ſuam explere. Paſcua. ſ. regis Admeti Theſſaliæ. Quiq; nec humentes: ex hoc ſtagno etiam Anauros fluuius nomen accepit: ꝙ nullam nebulam exhalat: cum ubicunq; ſint amnes: illic uenti regnare ſoleant: hic ſolus erat ſine aura: ideo Anauros dicitur a. ſine: & αὔρα. aura. Rore madentem: quia ignes ætherei rapiunt humorem: & ſuperueniente Sole humor cadens rorem efficit. Suſpirat: ſurſum ſpirat. Et quiſquis pelago: quia non ſuo nomine in mare deſcendunt: ſed noīe Penei. Enipheus: flu. ab Erythra pter Pharſalō currēs i Apidanū elabit̄: Apidanus uero i Peneū. Aſopos: ſeruauit declinationē græcā Aſopus pcurrēs pelagus iter Termophilas ingredit̄: ut inqt Stra. Accepit. ſ. ab hoc ſtagno. Solus in alter. ſed unus flu. eū: q q̄uis miſceat̄ Peneo: tamē ſuū retinet nomen. ſ. Titareſus: quē alio noīe Orchon appellāt: ut refert Plin. q̄uis in eū decurrat Titareſus: tamē nō miſcet̄: ſed deſuper labit̄: non aliter q̄ oleū dedignaturus miſceri Peneo: ne ſuū nomē amittat: nā Penei pluċētes aq̄ ſunt: Titareſi uero craſſæ. Verba Plinii ſunt appoſita: Peneus accipit amnē Orchon: nec recipit: ſed olei modo ſupnatantē (ut dictū eſt ab Homero) breui ſpatio portatū abdicat penales aq̄s dirisq; genitas argēteis ſuis miſceri minime pmittit. Lucanus tā q̄ poeta cōtra hiſtoriā ſentiēs dicit Titareſum: & nobiliorē flu. eē: & dedignari cōmiſceri Peneo. Deſcendit aq̄s. i. aquarum ſuaꝝ nomē. Lapſuſq; ſupne: nō alte labit̄ deſup Peneū: q̄ ſi p ſiccā terrā deflueret. Hūc. ſ. Orchon: quē Titareſum alio noīe Lucanus: & Stra. appellāt. Fama eſt. ſ. de ſtygia palude ortū: & dedignat̄ aq̄s uilioris fluminis miſceri: q̄do ēt terrori Diis ſemp ſit. Fluuii uilis. i. Penei. Superū tim. Vir. Dii cuius iurare timēt: & fallere numē. Vt primū emiſſis: ea hauſta grandi lacu Theſſalia fertilis facta ē: & ſubſequēter populi eā colere cœperūt: emiſſis de Theſſalia amnibus. Pinguis: propter aquā diuturnā. Bœbicio uomere: Seruius in q̄ntū Aeneidos: cū exponit Bœbicia ueniens Amyci de gente ferebat: dicit Bœbiciam Bithyniam eſſe. Saluſtius: Igitur introrſum prima Aſiæ Bithynia eſt: multis antea nominibus appellata: ipſa enim eſt & maior Phrygia. Strabo lib. duodecimo dicit: Bœbices quantum exiſtimat Thraces fuiſſe: & Miſiam incoluiſſe: & tertiodecimo refert habitaſſe circa Cyzicum: ubi Phryges. & circa Abydum: ubi Thraces habitauerunt. Solinus autē dicit Bithyniam ante Bœbiciam dictā eſſe. Deſcendit: in Theſſaliā: ut eam coleret. Lelegum. hi quoq; populi Theſſalicos agros coluere. Leleges (ut inquit Solinus) idem fuerūt: qui Bœotii ſunt. Strabo autem de his multa dicens refert Ariſtotelem in Politia Locros Lelegas uocare: a quibus Bœotiā occupatā fuiſſe memorat: Aeoles (ut idem ait) una cū Bœotiis e Theſſalia commigrarunt: & communiter cū his Aetoliam tenuerunt. Dolopes: populi: qui (auctore Strabone) ſub Phœnice militauere: Pindi Theſſaliæ mōtis accolæ ſūt. Magnetes: populi: qui domitores equorū ſunt: Magnetas Macedonibus pieriis uicinos eſſe refert Strabo: intra Tempe a Peneo atq; Oſſa uſq; ad Pelion trans Peneum loca habent mari tenus. Pieria autem (ut refert Solinus) a tergo Theſſaliæ ad Macedoniam protenditur: quæ deuicta ſub Macedonum uenit iugum. Gens cognita remis: ideſt clara arte nauigandi. Miniæ: plurimum nauigatione ualent: & hi primum cum Iaſone in Colchon nauigauerunt: ut aureum uellus raperent. OMNIBON.

Orchō qui

SVLPITIVS ¶ Nubes:q̄ erat in Iunonis formā:quā Ixion auſus fuerat ſtupri interpellare. Fœta:grauida. Peletroniis:Peletroniū oppidū in Theſſalia. Semiferos:q erāt dimidia parte hoīes:& reliqua īferiore equi. Ixiōidas:Ixionis ex nube filios:quos noīatim recēſet. Monyche:cētauri nomē. Pholoes:mōtis. Oetheo uertice:cacumine Oethę montis. Inuerteret:inuertere potuiſſet. Phole:Pholus hoſpes Herculis fuit:cū in Nemeæū Leonē ſe contulit. Vector:Neſſum dicit,q Herculi Deianyrā:quā is trās Euenū fluuiū uehēdā tradiderat:cum poſt trāſitū in alterā ripā auferre tētaſſet:eius ſagittis occubuit. Lernęas:tinctas ueneno hydræ:q̄ fuerat i Lerna palude. Chirō:cētaurus Achillis magiſter:q Saturni & Phillyris filius iuſtiſſimus oīum cū tractaret ſagittas Herculis: unaq ex eis lapſa pedē uulneraſſet: poſt nonū diē in ſignū Sagittariū uerſus eſt. Oui. Nona dies aderat:cū tu iuſtiſſime Chirō Biſſeptē ſtellis corpore cinctus eras. Gelido ſidere:q a hyeme Sol ipſum ingredit. Impetis:ualde petis & īuadis:& hoc ideo:quia iuxta & cōtra Scorpiū ſitus eſt. Maiorē:q̄ tu ſis. Scorpius.n.obtinet ſpatiū duoꝝ ſignoꝝ:ſuiſq chelis facit ſignū Libræ. Hæmonio:theſſalico ab Hæmo mōte. Semina Martis:pricipia ꝑliorū:nā īqt Pli. Equo uehi Bellorophontē primū adiueniſſe frenos: & ſtrata equorū Peletroniū: pugnare ex equo Theſſalos: q cētauri ſunt appellati: habitātes iuxta Peliō mōtē. Primus:equus primū natus ē in Theſſalia cū Neptunus cū Pallade certās de nomine iponēdo Athenis tridēte ſaxū Theſſalū pcuſſit: cōuenerāt autem inter eos:ut a præſtantia rei: quæ naſceretur ex ictu ipſorum uictoriam cōſequerētur. Illa percuſſa terra cum olea apparuiſſet:uictrix euaſit. Omen:augurium:& ſignum. Feralibus:mortiferis.

Illic ſemiferos ixionidas centauros:
Fœta peletroniis nubes effudit in antris.
Aſpera te Pholoes frangētē Monyche ſaxa:
Teq ſub œtheo torquentem uertice uulſas
Rœte ferox:q̄s uix Boreas inuerteret:ornos:
Hoſpes & Alcidæ magni Phole: teq p amnē
Improbe lernæas uector paſſure ſagittas:
Teq ſenex Chirō:gelido qui ſidere fulgens:
Impetis hæmonio maiorem Scorpion arcu.
Hac tellure feri micuerunt ſemina Martis.
Primus ab æquorea percuſſis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen

OMNIBON. ¶ Illic ſemiferos:nihil aliud agit in hac deſcriptiōe Theſſaliæ Lucanus:niſi ut oſtendat:q inde nati ſunt ſæuiſſimi populi:ut non mirum uideatur:ſi hāc terrā ſæuis gentibus habitatā uoluerunt eſſe: in qua bellū ciuile gereretur:in Theſſalia nati ſunt cētauri ſemiferi. Diodorus Siculus refert centauros ī prælio nymphis nutritos equas poſtmodum ſubagitaſſe:exq eis hippocentauros natos creditum: q primi equitare auſi ſint: eoq natam fabulam:ueluti equi eſſent,hominiſq natura. Ixionidas:nam Ixion captus amore Iunonis auſus eſt eam interpellare de ſtupro:Iuno indicauit Ioui:Iuppiter præcepit:ut imaginem ſuā ex nube Ixioni obiiceret: ille complexus eſt nubem:credens eſſe Iunonem:& ex ea nube nati ſunt centauri:unde nubigenæ dicti ſunt. Semiferos:ideſt dimidia parte equos:nam ferus ſignificat equum animal. Virg. In latus inq feri curuam cōpagibus aluum. Nubes fœta: ideſt grauida. In antris peletroniis:Peletronii ſunt populi Theſſaliæ in montibus habitātes:& Peletronium,ut

Peletronii qui inquit Stra. locus eſt monti Pelio ſubiectus. Aſpera te:hic nominat ex centauris nonnullos. Monyche:centaurus. μονξ μονυχος dicitur habens ſolidum unguem: a μονος ſolus: & ονυξ unguis. Hunc etiam iaculatorem arborum fuiſſe dicit. Iuue. Quantas iaculetur Monychus ornos. Saxa Pholoes:montis Arcadię:ut Pli. Rœtes nomē centauri. Oetheo uertice:ideſt in ſummitate montis Oethei. legit alibi ætnęo. Sub:pro in:tātas.n.uires habebat:ut radices euelleret ornorū:quas flatus Boreæ euellere non poterat. Phole:unus ex centauris:qui(teſte Diodoro ſiculo)Herculē domi cū ſuſcepiſſet:& centauros peremiſſet:ei cōtigit:ut cognatos ſepeliret:cū a quodā euulſa ſagitta in eum cecidiſſet:& uulnere curari non poſſet:obiit:Pholum Hercules ſepeliit ſub monte:quæ res ei glorioſior omni columna accidit: nam monti nomē dedit: at ſecundum Virg. in bello Lapitharū occubuit: Lero domuit Rœtumq: Pholumq. Teq:ſcilicet o Neſſe:qui tranſigendus eras ſagittis lernæis: cum Deianyrā tranſuehendam uiolare uolebas. Teq ſenex Chiron:hic diſſentit ab aliis Lucanus:nam alii dicunt Chironem: non ex nube:& Ixione natum:ſed ex Saturno & Phillyra:ut Plinius in.vii. & Virg. in Georgicis docet:ſed poetæ a ſimili mutant fabulam. Gelido ſidere:ideſt gelido tempore hyemis: nam oritur Chiron menſe Nouembris. Impetis:ideſt inuadis. Hæmonio:ideſt Theſſalico arcu:nam Chiron aſſumptus in cælum factus eſt ſignū zodiaci:qđ appellatur Sagittarius:qui inuadit Scorpionem:dum uertitur ſignifer circulus. Maiorem:ſcilicet aliis ſignis:non ſine ratione dixit:quia ipſe duorum ſignorum occupat locum:& magnitudo locati deprehenditur a quantitate loci:nam locus & locatum ſunt correlatiua: q cæteris ſignis ſit maior Virgi. docet: Ipſe tibi iam brachia contrahit ardens Scorpius: & cæli iuſta plus parte reliquit. Hac tellure feri: alia gens quoq ſæuiſſima nata eſt: quia primum fuere Theſſali: qui equis pugnare cœperunt:qđ nunquam antea fuerat. Virg. Ge. Primus Erichthonius currus: & quattuor auſus iungere equos. Primus ab æquorea cuſpide:ſcilicet Neptuni. Sequitur Lucanus eorum opinionem: qui dicunt in Theſſalia Neptunum tantum:non aſtante tunc Minerua: tridente locum percuſſiſſe:a quo equus emiſſus eſt. cumq de Athenis alias cum Minerua contenderet:ictu tridentis Neptuni: non equum: ſed aerem & aquas:alii hauſtus profiluiſſe ferunt:hodieq fontem in ea arce Neptuni appellari. Seruius autem dicit notum eſſe:quomodo inter Palladem & Neptunum ortum eſt certamen: uter eorum nomen imponeret Athenis:tandem inter ſe conuenerunt: ut uter eorum munus humano generi utilius dediſſet: hic nomen urbi imponeret:Neptunus igitur tridente terram percuſſit: & ſtatim equus natus eſt: Palladis percuſſione in terram facta exorta eſt oliua: laudabile quidem fuit munus Neptuni:nam ad multas res eſt utilis equus. At uero laudabilius fuit Palladis:quia olea pacem ſignificat:& fructū offert hominibus utilē: unde de ſuo nomine urbem Athenarū appellauit:αθηνη Palladem ſignificat. Theſſalicus ſonipes:quia hic equus primo in Theſſalia habitauit:appoſitiue omen letiferis bellis.

¶ Exiluit.

Exiſuit: primus chalybē: frenoſq; momordit:
Spumauitq; nouis Lapithę dōitoris habenis.
Prima fretū ſcindens Pagaſęo littore pinus:
Terrenū ignotas hominem ꝓiecit in undas.
Primus Theſſalicæ rector telluris Ionos
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ:
Fudit: & argentum flammis: aurumq; moneta
Fregit: & immenſis coxit fornacibus æra.
Illic quod populos ſcelerata impegit in arma
Diuitias numerare datū ē. hic maxima ſerpēs
Deſcendit Python: cyrrhęaq; fluxit in antra:
Vnde & theſſalicæ ueniūt ad Pythia laurus.
Impius hinc prolem ſuperis immiſit Aloeus:
Inſeruit celſis prope ſecum Pelion aſtris:
Sid eribuſq; uias incurrens abſtulit Oſſa.
Hac ubi damnata fatis tellure locarunt
Caſtra duces: cunctos belli præſaga futuri
Mens agitat: ſummiq; graue diſcriminis horā
Aduentare palā eſt. propius iam fata moueri
Degeneres trepidāt animi: peioraq; uerſant:

SVLPITIVS Lapithæ unde

¶ Exiluit: ortus eſt. Chalybē frenoſq;: endiadis: ideſt frenos ferreos: & chalybeos: & hoc ꝓpter cētauros: q a Lapithis primū in equis aſpecti: extimati ſunt ſemiferi. Lapithæ: gētis: q a Peleo genus traxit: ſolitaq; ē cū cētauris pugnare. Prima fretū: Plinius lib. vii. docet longa naue Theſſalū Iaſonem primū nauigaſſe. Pagaſęo: ſinus Pagaſęus in Theſſalia eſt. Emporiū. n. Phere habēt Pagaſas: ut ait Strabo. Terrenū: q in terra terminum uerſari debebat. In unda: in maria. Ionos: rex Theſſaliæ & Apollinis filius: primus argētū & aurū ſignauit auaritiæ: & omnium malorū originē. Stra. uero li. viii. tradit: Phædonē nummum menſuras: & pondera primū adinueniſſe. Percuſſit in formā: ſignauit in monetā. Fregit: diuiſit auri maſſam. Aera: metalla æris. Quod: quæ res Impegit: ipulit: & ideo Lycurgus, ut ait Iuſtinus, auri argentiq; uſum: uelut omniū ſcelerum materiam ſuis legibus ſuſtulit. Python: ſerpēs: quā Apollo puer adhuc interfecit: eius corio tripos delphicus ſtratus eſt. Fluxit: repſit Delphos. Ad Pythia: ad feſta Apollinis dei Pythonis uictoria: quæ cū celebraſ: tēplum nō delphica: ſed theſſalica lauro ornaſ. Aloeus: Titanis filius: qui Ipſimediā uxorē habuit: cū qua coiuit Neptunus: ea quo peperit Zethum: & Ephyaltē: qui Aloidæ ſunt dicti. hi cum ſingulis menſibus nouem digitis creſcerent: in nouem ulnas erecti ſunt. Inſurrexerūtq; in Deos: & montibus prope compoſitis: cælum aggreſſi ſunt. Impius: crudelis in ſuperos. Pelion: mons. Inſeruit: q̄ſi immiſcuit: quia uicinus erat. Incurrens: occurrēs: & retinēs cælum ne uerteref. alii legunt incumbens. Hac tellure: Theſſalica. Dānata fatis: deputata: & omnia ſcelera uolūtate Deorū. Mēs pręſaga belli: quiſq; enim futurā cędē ꝓdiuinabat. Palā eſt: manifeſtū eſt ex omniū opiniōe. Degeneres: imbelles: timiditates. Verſanſ peiora: cogitant miſeros fore.

OMNIBON.

Heſperiæ gentis:uidelicet:ut Ro.nemo referatur in patriam. Hinc ardor ſolus:in hoc uno tantum mens eius intenta erat. Quid corpore Magni:quid de Põpeio magno:quid de Cæ.rapiat:nam ſperabat utrunq; cæſum iri. O decus Hæmonidum:hæc petitio habet partes ſuas,non oẽs tamen.petitio autem cõſtat ex his partibus:ut honeſta ſit : ut poſſibilis:habens actionis modum:& ſit renumeratio.ut Virg. Aeole namq; tibi Diuum pater:atq; hominum rex:illic poſcit oẽs partes ſed nonnulla hic deficiunt. Potes:oſtendit poſſibilitatem. Potes maiora:ergo ẽt minora:quia ſi potes naturam:& rerum curſum mutare in toto orbe:ergo potes fata pandere. Ventura deuertere curſu.i.potes Deoꝝ fata:& ſeriem cauſaꝝ peruertere:ne cauſæ ſuo ordine procedent. Non ultima turbæ:oſtendit honeſtatem:qa hoc petit non infimus homo:nam quanto nobilior eſt perſona:quæ petit:tanto ẽt petitio honeſtior. Vel dñs reꝝ:dum incerti ſunt exitus timeo:ſed poſtq̃ nouero quid futurum ſit:deſinam timere:ſiue illud bonum:ſiue malum. Dominus:ſi pater meus uicerit. Hæres:ſi uictus fuerit. Hoc iuris:hanc ptãtem. Ne ſubiti.i.uelis nobis hanc poteſtatem eſſe:ut intelligam futurum caſum:ſed iam deſinet eſſe caſus. Aut numina torq;:nunc moduꝫ petitionis oſtendit:nam qui minora uult impetrare maiora petit.ſic Vir.Incute uim uentis : ſubmerſaſq; obrue puppes. Numina torq;.i.coge Deos ſuperos tibi futura prædicere:ſi non uis ſuperos:ſaltem coge inferos. Manibus:ſubaudi a.i.ab umbris inferis. Ipſamq; uocatam:ideſt euoca mortem ipſam:ut uera dicat tibi eorum:q̃ peto. Quos petat:an patrem meum:an Cæ Non humilis labor eſt : quaſi loco renumerationis ſi hoc mihi ꝓſtiteris:rem efficies tuo nomine dignam:ut dicaris tanti belli exitum prædixiſſe. Humilis labor : ideſt non ſpectat ad humilem perſonam labor hic prædicendi fata tanti belli. Vel tibi:q̃uis princip: ueneficarum. Quo.i. ad quem finem:in quam partem. Præponderet.i.inclinet. Alea fati.i.fortuna:& incertus rerum euẽtus. Impia lætatur:reſpõdet Erichtho:o Sexte inquit fata minora,ſi uis,mutare poſſumus:maiora autem nulla arte mutari poſſunt:quæ autem maiora fata ſunt ex intima philoſophorum ſcientia trahit : ita enim diſputant philoſophi . Si nihil ſine cauſa fit : fato omnia fiunt:ergo conuincitur nihil fieri ſine cauſa:ſed nihil ſine cauſa fieri: nec Epicuro : nec ulli philoſopho placet : nam id credere eſſet abſurdum: ſed multum intereſt inter cauſas fortuito uel forte egreſſas:& inter cauſas inter ſe connexas efficientiam naturalem:uerbi cauſa:quod ita permittitur: uerum eſt:deſcendat in Academiam Carneades:non ſine cauſis:ſed ex cauſis fortuito egreſſis:non a naturæ neceſſitate manantibus:dicit aũt genera cauſaꝝ diſtingui:aliæ inquit perpetuæ ſunt,& principales:aliæ uero adiuuãtes,& proximæ:quare cum dĩ omnia fato fieri cauſis antecedentibus:hoc uult intelligi:non perfectis: & principalibus cauſis antecedentibus:ſed adiuuantibus:quibus præmiſſis:facile eſt intelligere fata maiora & minora: fata maiora ſunt:quoꝝ cauſæ ſunt principales:& perfectum:ſiue æternæ: & a naturæ neceſſitate manantes. At uero fata minora ſunt:quoꝝ cauſæ ſunt adiuuãtes:& ꝓximę.uel fortuito ante egreſſæ:& id eſt:qđ ait Lucanus.

Theſſalis:& contra:ſi fata minora moueres:
Pronũ erat o iuuenis:quos uelles inqt:i act⁹
Inuitos præbere Deos:conceditur arti
Vnam cum radiis preſſerunt ſidera mortem
Inſeruiſſe moras:& quamuis fecerit omnis
Stella ſenẽ:medios herbis abrũpimuſ annos:
At ſimul a prima deſcendit origine mundi:
Cauſarum ſeries:atq; omnia fata laborant:
Si quicq̃ mutare uelis:unoq; ſub ictu (mur
Stat genus humanũ: tunc theſſala turba fate
Plus fortuna poteſt.ſed ſi prænoſcere caſus
Contentus:faciliſq; aditus;multiq; patebunt
Ad uerum:tellus nobis:ætherq;:chaoſq;:
Aequoraq;:& cãpi:rhodopeiaq; ſaxa loqñt.
Sed pronũ cum tanta nouæ ſit copia mortis:
Emathiis unum campis attollere corpus.
Vt modo defuncti:tepidiq; cadaueris ora
Plena uoce ſonẽt:nec membris Sole peruſtis
Auribus incertum feralis ſtrideat umbra.
Dixerat:& noctis geminatis arte tenebris:
Mœſtum tecta caput:ſquallẽti nube perrat:
Corpora cæſorum tumulis ꝓiecta negatis:
Continuo fugere lupi:fugere reuulſis
Vnguibus ipaſtæ uolucres:dũ Theſſala uatẽ
Eligit:& gelidas leto ſcrutata medullas.

SVLPITIVS Fata q̃ ¶ Et contra:& ex aduerſo locuta eſt. Si fata minora:locus eſt ex intima phia ſumptus:dicunt.n.ueritatem ſempiternã ex æternitate fluentem mutari non poſſe:præſertim ſi ad oẽ genus humanum:reiq; ſommaꝫ attineat: ſinguloꝶ uero poſſe fata mutari & ꝓduci.In quam ſniam & Vir.in.x.loqcur:cum ait:Poſſe Turno mortem diſferri:ſed totum bellum mutari non poſſe.Itaq; pollicetur Erichtho:ſe uel uitam uni facile truncaturã: uel mortuom in lucem reuocaturam. Moueres:mouere uelles:uel mente agitares. Minora fa.quæ ad ſingulos attinerent. Præbere Deos in.cogere nomina. In actus:in officia:& actiões. Arti:ueneficæ. Inſeruiſſe moras:protrahere. Sidera:potentia ſtellaꝝ. Preſſerunt:conſtituerunt mortẽ alicui. Fecerit ſen.tribuerit ſenectutẽ. inferimus illi mortem in iuuentute. Herbis:ueneficiis herbarum. Cauſaꝝ ſe.ordo & ueritas fluens ab æternitate. Omnia fa.Ia.oĩa obſtant:& periclitantur.

Ictu:pericolo:& caſu. Plus:q̃ ars noſtra. Et multi aditus:moltiplex erit uia ad ueritatem inueniendam.

Tellus:uarios diuinandi modos indicare uſ:per tellurem geomantiam:per æthera pyromantiam:quę fit ex igne:per chaos necromantiam:per æquora hydromãtiam:campos aũt & ſaxa ad exuberationem addidit:& per metonymiam animantia:quæ his oĩbus continentur:intelligit. Pronum:facile. Tanta co.cum habeamus tot uiroꝝ cadauera. Attollere:erigere:ſuſcitare.

Vt ora mõ def.ut recenter mortuus poſſit bene uerba explicare:non læſis organis uocis : ſed ſi deſiccatus corruptuſue eſſet:non uocem intelligibilem:ſed ſtridorem emitteret. Membris : ob membra. Strideat in. ſtridorem emittat:qui non bene audiatur. Geminatis arte:duplicatis per excãtationes. Squallẽti:ex carmine. Tecta:circũdata. Cæſoꝝ:poſtq̃ erat a ducib⁹ in Theſſalia uentũ. Proiecta:ſtrata: iſepulta. Tumulis negatis:abitũ ſẽ abſolutus. Impaſtæ:famelicæ. Vatem:cadauer uaticinaturũ. Scrutata:quæ inquiſiuit.

OMNIBON. ¶ Si moueri.i.mutari peteres. Fata minora.i. quæ ptinent ad ſingulas quaſq; perſonas. Conceditur arti Vnam cum radiis:etiam ſi ſtellæ inquit aliqoẽ cogũt mori:poſſumus carminibus differre mortem:& econtra:& hæc ſunt fata minora. Vnam mortem:pro unius mortem:at uero unius imperii cladem carminibus euertere non poſſum:nam non ea uertere poſſumus:q̃ ſunt a perfectis cauſis:& a naturæ neceſſitate manantibus:ſed unius mortem euertere poſſumus a cauſis adiuuantibus. In ſe.mi.differre. Radiis:conſtellatione.

Et quamuis fecerit omnis:econuerſo:q̃uis ſub ſtellis natus ſit aliquis:quæ longiorem uitam protendant:poſſum tñ carminibus uitam iterrumpere:ẽt ſi ſob ſtella Saturni natus eſſet:quæ protenditur tribus Saturnis.i.uſq; ad nonageſimum annum. At ſimul:ſed non poſſumus ſeriem illam cauſaꝝ æternam mutare:cum cauſa ex cauſa pendeat:ea eſt oĩ æternitate ueritas ſempiterna. Vno ſub icto Stat genus humanũ:uidelicet qñ non ad unum cauſæ ſpectant:ſed ad oẽs:ſicuti fatum : de quo nũc petebat Sextus:quod ad uniuerſum terraꝝ orbem pertinebat. Plus for.poteſt.ſ.q̃ carmina noſtra. Sed ſi prænoſcere caſus:quia dixerat poſſe illam ea melius mutare:quæ admirationi futura eſſent.Reſpondet quædam mutare poſſe:quædam non:ſed qñ ſatis habes prænoſcere futuꝝ:ſiue illud proſperum fuerit:ſiue aduerſum:hoc tibi facile facere poſſumus. Prænoſcere contentus:quid futuꝝ ſit:& non mutare:quia omnia cogantur ad id:qđ petimus obſequi. Tellus:uidelicet geomantia. Aether:aeromantia. Chaos:confuſio reꝝ.i. necromantia. Aequora:hydromantia. Campi : adhuc ad geomantiã ſpectat.

Geomãtia Geomantia eſt diuinatio:quę ſignis quibuſdam ex terra deſignatis deprehenditur:a γαια idest terra:μαντεια diuinatio.

Hydromantia Hydromantia:quæ fit per aquæ colorem:ſiue illa fuerit alba:ſiue nigra:ſiue ſanguinolenta:ab ὕδωρ aqua.

Aeromãtia Aeromantia:quæ fit per ætherem:ut per fulgura: uentos:& cætera huiuſmodi.

Necromantia Rhodopeiaq; ſaxa:uidelicet per necromantiã:quæ fit per cadauera : quæ inferis excitantur:nam νεκρος mortuus τον νεκρον cadauer ſignificat. Pronum eſt : ideſt facile. Attollere : ſuſcitare unum corpus eorum:qui recenter cæſi ſunt. Nouæ mortis:recenter occiſorum. Sonent : loquantur. Plena: integra. Ne membris Sole peruſtis:nam ſi diu terræ cadauer iacuiſſet: & aridios factum eſſet : per arterias uox clara exire non poſſet. Dixerat:accincta eſt ad rem exequendam:& multa nube circũdata uagari cœpit per corpora cæſorum:ut idoneum unum exciperet,& deligeret. Squallenti:nigra:& tetra. Negatis tumulis:quia inſepulta iacebant. Lupi:qui illuc uenerant:ut cæſorum corpora dilaniarent. Impaſtæ uolucres : quæ iam unguibus cadauera lacerauerant: ſtatim relictis cadaueribus abierunt. Vatem : ideſt eligit mortuum : futurum uatem:dum ab inferis excitat eius animam. Et gelidas leto : cum diu ſcrutata eſſet:tandem inuenit mortuum quendam:qui pulmonem integrum:& illæſum habebat:per quem uox clarior emittitur.

¶ Fibras:

Pulmonis rigidi ſtantes ſine uulnere fibras
Inuenit:& uocem defuncto in corpore q̄rit.
Fata peremptorū pēdēt iam multa uirorum:
Quem ſupis reuocaſſe uelit:ſi tollere totas
Tentaſſet campis acies:& reddere bello:
Ceſſiſſent leges Erebi:monſtroq; potenti
Extractus ſtygio populus pugnaſſet auerno:
Electum tandem traiecto gutture corpus
Ducit:& inſerto laqueis feralibus unco
Per ſcopulos miſerum trahit̄: p ſaxa cadauer
Victurum:mōtiſq; caui: quē triſtis Erichtho
Damnarat:ſacris alta ſub rupe locatur.
Haud pcul a Ditis cæcis depreſſa cauernis
In p̄ceps ſubſedit humus: quā pallida pronis
Vrget ſilua comis:& nullo uertice cælum
Suſcipiens: Phœbo non puia taxus opacat.
Marcētes intus tenebræ: pallenſq; ſub antris
Longa nocte ſitus: nunq̄ niſi carmine factū:
Lumen habet:non tænareis ſic faucibus aer
Sedit iners mœſtum mundi confine latentis:
Ac noſtri: quo non metuunt emittere manes
Tartarei reges.nam quāuis Theſſala uates
Vim faciat fatis:dubiū eſt:qđ traxerit illuc:
Aſpiciat ſtygias: an qđ deſcenderit umbras.
Diſcolor:& uario furialis cultus amictu
Induitur:uultuſq; aperitur crine remoto:
Et coma uipereis ſubſtrigitur horrida ſertis.

¶ Fibras:extremitates. Pulmonis:ex quo uox oritur. Vocem:organa uocis integra. Fata:uita. Pendent:in dubio ſunt: nam quiſq; in lucem poterat reuocari. Superis: ad ſuperos. Tollere:erigere: & ſuſcitare. Totas acies:omnes cæſos. Et reddere bello:& facere: ut rurſus præliarent. Ceſſiſſent: conceſſiſſent: non reſtitiſſent. SVLPITIVS

Extractus auerno ſtygio:reuocatus in uitam ab inferis. Monſtro:portento:miraculo:uel Erichthone:q̄ multum poterat. Traiecto:perforato. Ducit:trahit. Inſerto unco: ferreo uncino immiſſo. Feralibus: funereis.

Victurum:in uitam rediturum. Sub alta rupe:in ualle:& antro. Caui: cauati in antrum. Damnarat:cū dāno elegerat. In p̄ceps ſubſedit humus:fouea ingt eſt uicina īferna:quē inūbrat dēſa ſilua: Solis radios phibēs. Sta.i Thireſiæ ſacris lib.iiii.ſimilē fere locū deſcribit.ſic & Seneca ī Oedipo:Eſt pcul ab urbe locus ilicibus niger:Dyrceæ circa uallis irriguæ loca. Depſſa: pfunda. Comis pnis:ramis iclinatis. Nullo uertice: nullo arborū cacumine:quæ nō recte:ſed trāſuerſe creſcūt. Nō puia Ph.quā radii Solis ob dēſitatē nō penetrāt. Taxus:arbor uenenata: a q̄ toxica q̄ſi taxica dicta ſunt. Marcentes tene.obſcurus,craſſuſq; aer. Situs:ſq̄llor:& ſāugo ī ipſis arboribus. Nō tęnareis:nō adeo ē obſcura uallis Tęnarea: a q̄ eſt ad iferos aditus. Statius libr.The.ii.Hoc ut fama loco pallētes deuius umbras Trames agit: nigriq; Iouis uacoa atria dicat: Moribus Arcadii phibēt ſi uera coloni: Stridor ibi:& gemitus pœnarum: atroq; tumulto Feruet ager ſæpe Eumenidū:uoceſq;,manuſq;:In mediū ſonuere diē:letiq; triformis: Ianitor agricolas cāpis auditus abegit. Taxus quæ

Iners:obſcurus:imotus:craſſus. Tęnareis fau.antro Tęnari montis in Laconio. Cōfine mundi lat.terminus inferni:& eſt appoſitio. Quo:in quā uallē Tęnareā. Emittere: extra infernum mittere:cum uideant̄ intra cōfinia eſſe. Dubiū eſt: dubitari poteſt ingt an Erichtho aſpiciat umbrā: quia euocauerit, & extraxerit:an qa ipſa deſcēderit in infernū. Diſcolor: uarii coloris,& pallidus. Furialis cultus:habit⁹ furia dignus.

Vario:diuerſorum colorū. Operitur uultus:circūuelat faciem. Sertis uipereis:adhiboerat enim uiperas comis furiarum more:& illis capillos nodabat.

¶ Vocē de.i.unum corpus defunctū inuenit: qđ poſſet emittere uocē aīa eius ab iferis excita. Fata perē. animæ mortuorū oīum:q cæſi cāpis iacebant: dubitabāt quęnam ex ipſis Erichtho uellet ab inferis reſuſcitare. Pendent.i.dubitāt. Supis.i.ad ſupos. Si tollere totas.i.ſuſcitare:qa ſciebāt ſi uoluiſſet illa potuiſſe oēs ſuſcitare:ut iterū pugnarēt. Ceſſiſſent le.E.leges īferorū ſunt: ut qui ſemel ad inferos deſcenderit: nunq̄ inde reuertatur. Monſtroq; potētis mōſtrū appellas Erichtho:potius q̄ hominē. Electū tandē: deſcribit locū: in quem cadauer illud traxerit unco: & mire idoneū ſuæ arti locum delegit:ubi necromantiam exerceret. Feralibus:ueneficis. Vnco inſerto.ſ.iugulo. Miſerū:qa uicturū iterū. Dānarat:bene dixit:qa locus ille damnatus dicebat̄:ubi dira ſacra exercebantur. Haud procul a Ditis:topotheſia eſt.i.ficta loci deſcriptio:deſcribit.n.locum: quo magicas artes Erichtho exercere ſolebat:p̄ſertim cum per necromantiā excitet ab inferis umbras: ut ſuſcitato corpore futura prædiceret: dicit autem locū adeo pfundum fuiſſe:ut non longe eſſet a Diis manibus. Cæcis: obſcuris. Depreſſa:humilis. Pallida:opaca. OMNI BON.

Taxus:arbor eſt:q̄ in umbroſis naſcit̄ locis:ferens letales bacas: qbus uenenū ineſt.Sunt qui hinc toxica putāt appellata: de q̄ multa Pli. Taxus opaca.i.dēſa:& eſt numerus p numero,legit̄ melius opacat. Peruia Phœbo: qa adeo arbores dēſæ ſunt: ut radii Solis eo penetrare nō poſſint. Nullo uertice cælum:qa in antro adeo depſſę ſūt arbores:ut aerē ſuſpicere neq̄ant. Marcētes.i.ſq̄llidæ:& ſordidæ. Pallēſq; ſub antris:ī iteriori pte huius cauernæ ē ſitus. Situs:proprie dr̄ immūdicia:q̄ naſcit̄ ī locis humidis: & ſanguinis ſpeciē imitat̄. Nocte.i.tenebris. Situs quid

Nō tęnareis:dicit nō eē tā tenebroſū aerē ī faucibus Tęnari mōtis Laconiæ:q̄ dr̄ eſſe deſcēſus ad iferos:q̄ illic.

Aer iers:craſſus. Mūdi latētis:iferorū. Ac nři.i.ſuporū:dicit ibi eē cōfinia ſupi:& iferi aeris. Cōfine mœſtū .i.terminus triſtis. Quo nō metuāt:locus ille adeo tenebroſus eſt:ut nihilominus eo ueniāt umbræ iferorū: q̄ ī tartarū deſcēdere ſolēt. Eſt ergo is locus tartaro ſimilis. Tartarei re.ut Pluto:& Proſerpina:nā & Regē:& Reginā dixit. Nā quis Theſſala:q̄uis.n.cōtra uoluntatē Deorū inferorū aīas excitet: tn̄ icertū ē:uiuāt ne an mortui ſint:uel qa q̄uis ab iferis excitēt̄:tamē adhuc ad iferos deſcēdūt:uel qa adeo obſcurus locus ē:ut adhuc apud iferos eē uideant̄. Diſcolor & uario:deſcribit nūc habitū Erichthonis:quo ſe parauit:ut umbrā excitaret ab īferis. Furialis.i.ſimilis furiæ. Induit̄:ab Erichtho. Vultus apit̄:oſtēdit̄. Crine remoto:reiecto in tergum.

Vt pauidos iuuenis comites:ipſū́q; trementē
Conſpicit exanimi defixum lumina uultu:
Ponite ait trepida conceptos mente timores:
Iam noua:iam uera reddetur uita figura:
Vt quamuis pauidi:poſſint audire loquentē.
Si uero:ſtygioſq; lacus:ripamq; ſonantem
Ignibus oſtendam:ſi me præſente uideri
Eumenides poſſent:uilloſaq; colla colubris
Cerberus excutiens:& uincti terga gigantes.
Q uis timor ignaui metuētes cernerē manes?
Pectora tunc primū́ feruēti ſanguine ſupplet
Vulneribus laxata nouis:taboq; medullas
Abluit:& uirus large lunare miniſtrat.
Huc quicquid fœtu genuit natura ſiniſtro
Miſcetur:nō ſpuma canū: qbus unda timori ē:
Viſcera non lyncis:non duræ nodus hienæ:

SVLPITIVS ¶ Iuuenis:Sexti. Defixum lumina:habentem defixa lumina. Ponite:nolite metuere:nam hic reuocabitur in uitam. Vt quis pauidi:ut etiam timidiſſimi non metuant. Si uero:ſi omnia horrēda:quæ in inferno ſunt uobis oſtenderem:non eſſet uobis metuendum:quippe manes metuunt me præſente. Ignibus:Phlegethōtis:qui Tartarum circuit. Me præſente: metuunt enim præſentiam meam. Villoſa colla:uelut uillis ſerpentinis plena. Vincti in terga: habentes manus reuinctas in terga. Metuentes: me: & uos. Supplet: implet. Laxata: aperta. Feruenti: calido:& recenti. Taboq; medullas Abluit: purgat interiora ſanie. Virus lunare: ſpumam Lunæ:de qua ſupradiximus:poſſumus etiam de menſtruo intelligere:quod in Lunæ ſingulis menſibus mulieres emittunt:eſtq; miræ potentiæ. Huc:in pectus. Quicquid natura genuit:omne mōſtri genus:quod cōtra naturam:aut naturæ defectu: aut in eius inuidiā natum eſt. Spuma canum:non aconitum intelligit: ſed ſpumas rabidi canis:qui metuūt ſuam imaginem in aqua conſpicere:quo quidem metu etiam illi, quos momordere, afficiuntur. ait enim Plinius:Ita morſis letalis aquæ metus. Eſt autē Ouidii teſtimonii id genus morſus incurabile: Soluere nodoſam neſcit medicina podagram:nec formidatis auxiliatur aquis. Lyncis:
Lynx quod animal Lynx:ut Plinius tradit, clariſſime omnium quadrupedum cernit. Eius urina in calculi pretioſi duritiem trāſit:quod lyncuriū uocant. Nodus hienæ: hoc eſt iunctura:habet enim ſpinam continuam:unico tantū nodo. Plinius lib. viii. Hienā utranq; eſſe naturam ait:& alternis annis eſſe marem: alternis fœminā fieri: parere ſine mare uulgus credit: Ariſtoteles negat. Collum & iuba continuitate ſpinæ porrigitur:flectiq;, niſi circunactu totius corporis nequit:multa prꝫterea mira traduntur. Sed maxime ſermonē humanū inter paſtorꝫ ſtabula aſſimulare:nomenq; alicuius ediſcere:quem euocatū foras laceret. Item uomitionē hominis imitari ad ſollicitandus canes:quos inuadat. Ab uno animali ſepulchra erui inquiſitione corporū:fœminā raro capi:oculis mille eſſe uarietates, colorumq; mutationes:præterea umbræ eius contactu canes obmuteſcere:& quibuſdā magicis artibus:oē animal:qd̄ ter luſtrauerit in ueſtigio inhærere.
OMNI BONI. ¶ Vt pauidos iuuenis co. Erichtho cum ſe oſtendiſſet eo habitu:quo ſolet:cum cadauerum excitat umbras:uidit Sextum Pompeium cum comitibus terrore percuſſum:quem reprehēdens allocuta eſt. Iam noua:iam hic: quem mortuum iacere uidetis:excitabitur:& uiuere incipiet. Vera:uerſus hic eſt per penthimerim:nam ſic iungitur:noua ſimul, & uera uita. Vt quamuis pauidi:multo magis intrepidi. Si uero, ſtygioſque: arguit Sextum Pompeium, comiteſq; ſuos ignauiæ:dicens:Si ego poſſum cernere oculis meis Eumenidas:Plutonem: Proſerpinam. Cerberum tricipitem: & monſtra inferorum omnia: quis tantus pauor animos ueſtros occupat: ut timeatis umbram ab inferis excitatam uidere:ordo eſt:O ignaui metuentes cernere manes:quis timor? Ripāq; ſo. flu. .i. Phlegethōtem:nam flu. eſt inferorum ſic appellatus:ꝙ totus igneus ſit:φλεγειν ſignificat ardere. Eumenides: diras ſignificat: quas alio nomine furias appellant:κατα ευφημισμον: nam ευμενης beneuolum ſignificat:ꝙ ſint omnibus maleuolæ. Colla colu. ꝙ circa colla Cerberi ſerpentes ſint. Gigantes:dicit Titanas auſos bellum inferre Ioui: quos de cælo Iuppiter ad inferos fulminauit: & cathenis ferreis manus poſt terga reuinxit. Si me p. ui. ideo nec pauereti uidere Eumenidas: quia præſentia mea nihil uobis mali auderent inferre. Manes: umbras: non Deos inferos. Pectora tunc primū:dicit quid fecerit Erichtho: ut præpararet cadauer:quod eſſet aptum recipere animam. Sanguine fer. ſ. uictimæ. Vulneribus nouis: quia uulnera fecit: ut irrumpere poſſet ſanguis. Tabo: ſanguine. Lunare: ideſt ſpumam Lunæ: quia (ut antedictum) Luna de cælo detractam non prius redire dimittebat: ꝗ ſpumam eiiceret ſuper herbas: qua utebantur ueneficæ. Huc quicquid f. non tam facile poteſt excitari hæc umbra ab inferis: ſed neceſſe eſt; ut multis herbis:multiſq; animalibus id fiat: quæ uim habeant magicam. Miſcetur huc:ideſt in pectus huius cadaueris. Quicquid fœtu genuit natura ſiniſtro:ideſt quicquid monſtruoſum natum eſt. Quibus unda timori eſt: ideſt canum lymphaticorum: nam lymphatici canes dicuntur: qui uehementer aquam timent:lympha aqua dicitur:inde lymphaticus canis:cui occurſus lymphę terrorem inicit:ſicut ceritos furore Cereris entheatos dicimus. Lyncis:Lynces ſunt feræ maculis diſtinctę: quorum urinæ coeunt in duriciem pretioſi calculi:quod pręſentiſcētes egeſtum liquorem illico arenarū cumulis contegunt: & λυγκουριον dicitur: at hi quos ceruarios dicimus:cum poſt longa ieiunia ægre carnes mandere cœperint:ubi qd caſu reſpiciunt, obliuiſcuntur:& immemores præſentis copiæ:eunt quæſitum:quam reliquerūt ſatietatem. Lyncis uiſcera aptiſſima ſunt magicis. Nudus hienæ:animal hoc eſt aptiſſimum ueneficiis cæterorꝫ omnium.
Hiena Hiena eſt animal:cuius collum rigēti ſpina flecti non poteſt:niſi toto corpore moueatur:ſtabulum perſequitur paſtorum:& uocem humanam exprimere diſcit:ut hauſtu hominem noctu accitum deuoret: uomitus mentiens humanos:ut illectos canes deuoret:qui ſi umbram eius contigerint:latrare non poſſunt:in oculis multiplex uarietas:mutatioq; coloris:in pupullis oculorum naſcitur lapis hien:qui linguæ hominis ſubditus: futura prædicere facit:propterea conuenit magicis: oculos nōnunꝗ conniuet:gingiuā non habet:dentē unius oſſis tantummodo habet:hunc etiam dicunt coire cum leæna:& inde naſci monſtrū: qd̄ appellatur Corococte. Solinus.

¶ Ceruí

¶ Cerui paſti ſerpente:mox ceruorum eſt:ut ſerpentes naribus attrahant ætate confecti:nam illarum hauſtu iu SVLPI
ueneſcunt. Auctores ſunt Plinius:& Solinus. Tendente rudentes:implente uela: quibus tenſis funes etiam ten- TIVS
dantur. Echeneis:Plinius li.nono īqt:Eſt paruus admodum piſcis aſſuetus petris Echeneis appellatus: hoc cari Eche-
nis adhærente:naues tardius ire creduntur:inde nomine īpoſito:quá ob cauſam amatoriis quoq; ueneficiis inſa- neis
mis iudiciorum:ac litium more:quæ carmina una laude penſat: fluxus grauidarum utero ſiſtens: partuſq; conti-
nens ad puerperium: tamen in cibos nõ admittitur:eſt autem ſemipedalis:& limaci ſimilis: ut idem tradit.xxxii.

Deſuit:& cerui paſti ſerpente medulla:
Non puppem retinẽs Euro tendẽte rudentes
In mediis Echeneis aquis:oculiq; draconum:
Quæq; ſonant fœta tepefacta ſub alite ſaxa.
Non Arabũ uolucer ſerpẽs:innataq; rubris
Aequoribus cuſtos pretioſæ uipera conchæ:
Aut uiuẽtis adhuc libycæ mẽbrana ceraſtæ:
Aut cinis eoa poſiti phœnicis in ara.
Quo poſtq̃ uiles: & habentes nomina peſtes
Contulit infando ſaturatas carmine frondes:
Et quibus os dirũ naſcentibus inſpuit herbas
Addidit: & quicqd mundo dedit ipſa ueneni.
Tunc uox letæos cunctis pollentior herbis

dictuſq; ab εχον:quod ē tenere:& ναυς qđ nauẽ ſignifi
cat.Echinus autem eſt piſciculum ī formam echini ca
ſtaneacei:in quibus ſpinæ pro pedibus.Ingredi eſt iis ī
orbem uolui. Draconum:qui naſcunẽ in Aethiopia.
Saxa tepefacta:Pli.lib.nono inquit:Tribus primis,&
quinto aquilarum generi medificatur nido lapis æthi
tes: quem aliqui dixere gagytẽ: ad multa remedia uti-
lis:nihil igne deperdẽs. Eſt autem lapis iſte prægnans
intus: cum quatias alio uelut in utero ſonante: ſed uis
illa medica : non niſi in nido direptis. Saxa: gagytes.
Alite fœta: aquila quæ peperit. Serpens uolucer:ia
culus arabicus alatus:qui ſe e ſublimi demittens corpo
ra penetrat. Innataq; rubris: Ci.in.ii.de finibus hæc
habet: At alia: quæ in concha patula pina dicitur:is q
enat ecõcha: quiq; eam cuſtodit pynoteres uocatur:in
eamq; ſe recipit:includitur,ut uideatur monuiſſe,ut ca
ueret.Plin.ubi de cãcris ait: pynoteres uocat minimus
ex omni genere:ideo opportunas iniuriæ:huic ſolertia
inania oſtrearum teſtis ſe condere: & cum accreuerit
migrare in capaciores. Vipera: pynoteres. Pretioſæ : quia producit uniones. In rubris æquoribus : in mari
rubro:qđ eſt in Arabia.Non defuit etiam. Mẽbrana ceraſtæ : ideſt corium ſerpentis. Ceraſtis corpore eminere Ceraſtis
cornicula ſæpe quadrigẽtina:quorũ motu reliquo corpore occultato ſollicitẽt ad ſe aues. Phœnicis:auis: de qua
Ouidius: Vna eſt quæ reparat:ſeq; ipſa reſeminat ales: Aſſyrii phœnica uocant. Hic aromata congerens:in aram
quádá alarũ agitatione accẽdit:cum ipſa cõburit:& ex cinere uermiculus naſcit:qui poſtea redit in phœnicem:q
ſemp eſt unica.lege Plinũ.Lactantiũ:& Ouidium. Eoa:orientali. Quo:in quẽ locũ. Peſtes uiles: uenena : &
monſtra. Frõdes ſaturatas:arborũ ramos prius excantatos. Et herbas:quas cũ teneræ eſſent, & naſcerentur,
ſaliua reſpexerat. Os dirum:ipſa Erichtho dira. Dedit mundo:adinuenit:& fecit. Pollentior:potentior.
¶ Et cerui paſti ſe.me.cerui cũ ad decrepitá ætatẽ uenerint:ad cauernas:ubi delitiſcũt ſerpẽtes:& naribus attra- OMNI
ctos p cauernas hauriunt:& ita uenenũ illud p uenas diffuſum eos reiuueneſcere facit. Nõ pu.r.Echeneis(ut ſcri BON.
bit Pli.)ſemipedalis ē aſſuetus petris:quo carinis adhærente:naues tardius ire credunẽ:inde noie īpoſito : ná εχω
ſignificat teneo.ναυς nauis. Quam ob cám amatoriis quoq; ueneficiis infamis eſt.& alio loco pſequit:Ruãt uẽ
ti,licet:& ſæuiát procellæ:imperat furori:uireſq; tãtas cõpeſcit:& cogit ſtare nauigia qđ nõ uícula ulla:nõ ancoræ
irreuocabili põdere factæ:infrenat impetus:& domat mũdi rabiem nullo ſuo labore nõ retinendo : aut alio mõ
q̃ adhærendo:hũc piſcẽ latini Remoram appellát.Qui igiẽ Echinum legebát:duplici errore tenebanẽ: ná & pri
ma ſyllaba repugnabat:& Echini ſunt ex cãcrum genere pro pedibus habentes ſpinas diuerſi ab Echeneide.De q
bus Iuuenalis:Et ſemel aſpecti littus dicebat Echini. Rudentes:quia infinitas ẽt uelis p uẽtum,tñ uſq; adeo de
tinet nauem:ut moueri nõ poſſit. Saxa .i.nõ defuit æthites lapis frigidiſſimus:quẽ ab extremis orbis ptibus ales
Iouis alit:cuſtodẽ nidi:ſeruatoremq; futurũ:quo ualeat pullis dubios auertere caſus:ná hic lapis ſummæ frigidi
tatis eſt:ideo hunc īmiſcet ouis:ne quia ipſa aquila calidiſſima eſt dũ ea fouet, decoquat.& pulli naſci nõ poſſint.
Sonát:mire dixit: nam lapis iſte æthites:ſeu gagytes intus prægnans eſt:& cum quatias:alius uelut in utero ſo-
nat.Pli.x. Volucer ſerpens:ideſt alatus draco non defuit:& naſcitur in ea parte Arabiæ:quæ eſt ultra flu.manu
factum:quæ regio prope deſerta eſt infeſtantibus feris:ibi tamen Pandaci Enielchi habitant:& Opiophagi:ideo
dicti:quia ſerpẽtes comedũt. Aequoribus cuſtos:ideſt in India ſuperiori in rubro mari naſcitur indica teſtudo:
cuius cuſtos eſt uipera:& hæc teſtudo lapidem emittit chelonitem: gratum:purpureo,uarioq; colore nitentem:
quem ſi ſub lingua loto quis geſſerit ore: poſſe magis creditur hunc diuinare futura: chelonia item oculus eſt in
dicæ teſtudinis:uel potẽtiſſima magorum mendaciis.melle.n.colluto ore impoſitá linguæ futurorũ diuinationẽ
pſtare promittunt.Pli. Conchæ.i.cuſtos teſtudinis indicæ: quæ chelonitem lapidem emittit. Ceraſtæ:ſerpens
cornutus:απο του κερατος a cornu. Mẽbrana:reticulũ illud:qđ de uiuo ſerpẽte abduxerat. Phœnicis:phenix Cera-
una auis tantum eſt in Arabia naſcens:& cũ ad quingentos uenerit annos:ipſa ſibi rogum conſtruit ex lignis odo ſtæ qd
riferis:ut ex cinamomo:thure:xilobalſamo: & caſſia:radiiſq; ſolaribus oppoſitum ſe ſuperinicit :interea rogus
ille:quia in eum Sol perpendiculariter uerberat: Solis radius accenditur: & ipſa cum rogo comburitur:deinde
uermiculus quidam ex oſſibus:& medullis naſcitur:ex quo alius phœnix renouatur. Eoa ara:nam poſtquá phœ
nix paruulus adoleuit:principio funeri priori iuſta reddit & totum defert:niſi dum prope Panchaiam in Solis ur
bem:& in ara ibi depouit.Pli.Hanc aram Phœbi eoam dicit Luca. Viles & habentes nomina.i.nobiles:& igno
biles. Frondes.ſ.arborũ colligit:& ipſis immurmurabat. Inſpuimuit:ut herbæ naſcerenẽ uenenatæ:& idoneæ
ad ueneficia. Tunc uox:his omnibus in unum congeſtis:quia plurimũ ualerent ad cogendos manes:addidit uo
ces terribiles:quæ plus uirium haberent q̃ herbæ : quas ſupra memorauit. Pollentior : potentior.

SVLPITIVS ¶Excantare:ad excantandum. Confundit murmura:celeriter murmurat:ita ut uerba compreſſa nō intelligā- tur. Diſcordia:aliena ab hominum ſermone. Habet latratus canum:imitatur canes latrantes. Bubo:noctur- na auis maior oto:qui eſt maior noctua. Stryx t uolucris nocturna: quæ infantes noctu inuadit: ut Ouidius Faſtorum ſexto:& Plinius.xi.tradit. Exprimit:enunciat:expromit. Planctus:ſonitus fluctus in ſaxo repercuſ ſi. Vna uox:ipſa ſola tot uocis fecit diuerſitates. Penetrat in tartara:exauditur ab inferis excantatio eius. Eu- menides:furias:Deoſq; inferos inuocans orat:ut pro ſcelenbus ſuis remittant umbrā in corpus defuncti. Cha- os:confuſio:& profunditas tartari. Mūdos innume- ros:etiam ſi innumeri eſſent:ut ex Democriti aucto- ritate Anaxarchus Alexandro perſuadebat. Auidum: inſatiabilis enim eſt animarum Orcus. O rector ſty- giæ terræ:o Pluto:uel Iuppiter ſtygie. Quæ mors di- lata torquet:qui mori non potes:& ita eſt ubi mole- ſta. Styx:palus. Et quos:ſupple o Eliſii. Nulla Theſ- ſalis:nam omnes impiæ ſunt: & in Eliſios non niſi pii admittuntur. Perſephone peroſa cælum & matrem: Proſerpina odio habens ſuperos & Cererē:quæ ipſam raptam deſiderabat:cum ardētem Plutonem amaret. Virgi.Nec repetita ſequi curet Proſerpina matrem. Noſtræq; Hec.pars ultima:abyſſi profunda.inuocat Hecatē a centum poteſtatibus: quas habet t Hecaton enim centum ſonat:noſtræ dixit:quia illius tutela fru- untur in magicis. Per quam:qua media:& cuius mo- tu cum ſtygiis Deis motuo colloquor. Ianitor laxę ſe- dis:Cerbere cuſtos ampli inferni. Qui ſpargis uiſce- ra:qui abſorbes carnē tibi ipſi:& ad uerbi alluſit ethy- mon.Dictus eſt.n.q; carnē uoret. Creas eni caro eſt & βορον uorās. Sorores: Parcæ. Tracturæ: datu- ræ uitam huic:quem in lucem reuoco. Fila repetita: uitam redditam. Clotho enim colum habere:Lacheſis filare: Atropos uero fila rumpere dicitur. Senex laſſa- te:Charon animarum uector fatigate. Vndæ flagrā- tis:Phlegetontis fluuii ignei:qui circuit tartarum: q̄q̄ re uera pertinens ipſe ad ſtygem paludem uelificat. Vmbris:ob umbras:quas reuocaui.

Excantare Deos:confudít murmura primū
Diſſona:& humanæ multū diſcordia linguæ
Latratus habet illa canū:gemituſq; luporum:
Q̄d trepidus bubo: q̄d ſtryx nocturna q̄rūt
Q̄d ſtrident: ululātq; feræ: q̄d ſibilat anguis:
Exprimit: & planctus illiſæ cautibus undæ:
Siluarumq; ſonum:fractæq; tonitrua nubis.
Tot rerum uox una fuit:mox cætera cantu
Explicat hęmonio:penetratq; i tartara ligua.
Eumenides:ſtygiūq; nefas: pœnęq; nocentū:
Et chaos īnumeros auidū cōfūdere mundos:
Et rector terræ: quē longa in ſæcula torquet
Mors dilata Deum:ſtyx:& quos nulla meret̄
Theſſalis Eliſios:cælū:matrēq; peroſa (quā
Perſephone: nr̄æq; Hecates pars ultima:per
Manibus:& mihi ſunt tacitæ cōmercia līguę
Ianitor & ſedis laxæ:qui uiſcera ſæuo
Spargis noſtra cani:repetitaq; fila ſorores
Fracturæ: tuq; o flagrantis portitor undæ
Iam laſſate ſenex ad me redeuntibus umbris

OMNIBON. ¶Excantare:ad exorandū Deos. Diſcordia humanæ linguæ:nā non uidebat̄ humanā uocem emittere:ſed ſi- milem animalibus brutis. Trepidus bubo:ſtryx:aues ſunt:quæ tēpore ſolū noctis apparent:quæ ſuo cantu ſem- per malū omen ſignificant. Feræ:ſiue lupi:ſiue leones. Sibilat anguis.i.ſibilū emittit:qualem anguis. Silua- rūq; ſonum.i.fragorē arborū. Tonitrua nubis.i.imitatur . Vox una.i.unius Erichthus uox. Explicat: exprimit. Tartarus qd Tartara:tartarus eſt locus profundior inferorū:ubi gigātes uincti tenent̄ q bellū Ioui intulerūt:nul- lū relinqt ex Diis: quē deteſtabilis:& ſacrilega mulier non inuocaret. Stygiū nefas:nam nihil habent inferi ſæ- uius:nihilq; immanius Tiſiphone:Megæra:& Alecto. Chaos.i.o Erebe: nam chaos confuſio eſt elementorum omniū:apud inferos uero non diſcernuntur elemēta: ſed confuſa ſunt propter obſcuritatem. Innumeros mun. quia ex chao omnia nata ſunt ſecundum Heſiodum. Rector.o Pluto. Torquet:cruciat. Mors dilata.i.prohi- bita:ideſt quia imortales ſunt Dii:ideo cruciaris. Styx:per quā Dii iurare timēt. Theſſalis Eliſios:q̄a ſont ſacri- legæ & pollutæ Theſſalicæ omnes mulieres:ideo ad Eliſios cāpos nō deſcendunt. Perſephone.i.o Proſerpina: περσεφονη græcū eſt. Cælum,matrēq; peroſa:ſecundū fabulā dixit: q̄a Proſerpina apud Aetnā montē a Pluto- ne rapta:ad inferos deſcendit: ipſamq; matrimonio ſibi coniunxit Pluto: & eam Erebi reginā fecit. Mater Ceres cum eam diu q̄ræſiſſet:tandem indicante Arethoſa cognouit eā a Plutone raptam. Venit igitur ad Iouem quæ- rēs q̄d ubi facere iuberet:reſpōdit:ſi nihil apud inferos guſtaſſet reduceretur:ſi ipſa uellet. Mater ad Plutonē cū uenıſſet:eiq; mandata Iouis expoſuiſſet:primo q̄dē q̄æſiuit:nū redire uellet ad matrē:illa negauit:ex quo cogni- tū eſt:illā libenter apud inferos manere: deinde ſcire uoluit:nunquid aliquid guſtaſſet:cū non inueniret̄ aliq̄d gu- ſtaſſe: Aſcalaphus indicauit ipſam comediſſe ſeptē grana mali punici:ut redire non poſſet. Virg.Nec repetita ſe- q curet Proſerpina matrem. Cælum:quia noluiſti in cælū redire:unde Iuppiter præcepit:ut ſex menſibus in cæ- lo apud matrē eſſet:& totidem apud inferos cū Plutone:& hoc eſt:q; Luna uno quoq; menſe creſcit:& decreſcit uſq; ad annum.vi.mēſibus apud nos & tondem apud antipodas. Pars ultima:quia prima pars Proſerpinæ eſt Luna.Secunda eſt Diana. Vltima uero Proſerpina:ſiue Hecate eſt i inferno. Noſtræ Hecates.i.Proſerpinę Deæ infernæ. Noſtræ:ideſt q̄ præeſt noſtris incārationibus. Cōmercia linguæ.i.colloquia cum Diis inferis. Iani- tor.i. Cerbere:qui cuſtos dicitur portæ inferi. Sedis laxæ:lati regni inferorum. Sæuo cani:ideſt tibi ipſi. Viſce- ra:nam dicitur recumbere cadaueribus mortuoꝝ:& carnibus eorum ueſci: nā Cerberus dicitur quaſi κρεοβορος: ideſt carnem uorās. Sorores:ideſt Parcæ:uidelicet Lacheſis:Clotho: Atropos. Fila:ſcilicet reuiuiſcentis: ideo repetita dicit:quia iterum uicturus erat hic iuuenis: quem excantabat. Flagrātis undæ: ideſt ardentis Phle- gethontis. Portitor:Charon. Virg. Portitor ille Charon. Iam laſſate ſenex: ſignificat ſe umbras ſæpius ab in- feris excitaſſe: quia dicunt Charonta laſſatum eſſe referendo umbras: quas ipſa ad corpora reuocauit.

¶Ore

¶ Ore ſatis neſando: ſi ſum ſatis impiæ linguæ: & oris carne humana infecti: & ideo uobis grata. Carmina: ex cantationem. Ieiuna fibris: quin ante guſtauerim carnem humanam. Pectora plena: corpus grauidæ mulieris. Proſecta: exta alicuius infantis: itaq; ſunt quos Diis proſecentur. Si quis cum ueſtris: ſi infantem uictu; & morbo non correptum ſacrificaui. Veſtris lancibus: patinis dicatis uobis. Non in tartareo: facilitatem Dei oſ̃dit: quia recentem: & inſepultam: & ad ripas ſtygias uix appulſam aĩam petit: quam de cætero ſecuram fore p̱mittit. Modo ioce fugata: q̃ dudum mortua eſt: & iter habet ad inferos. Hiatu: faucibus, ingreſſu. Orci: inferni. SVLPITIVS

Exaudite preces: ſi uos ſatis ore neſando:
Pollutoq; uoco: ſi nunq̃ hæc carmina fibris
Humanis ieiuna cano: ſi pectora plena
Sæpe dedi: & laui calido proſecta cerebro:
Si q̃s: qui ueſtris caput: extaq; lãcibus infans
Impoſuit: uicturus erat: parete precanti.
Non in tartareo latitantem poſcimus antro:
Aſſuetamq; diu tenebris: modo luce fugata
Deſcendentem animã: primo pallentis hiatu
Hęret adhuc Orci: licet has exaudiat herbas
Ad manes uentura ſemel: ducis omina nato
Pompeiana canat noſtri mõ militis umbra:
Si bene de uobis ciuilia bella merentur.
Hæc ubi fata: caput: ſpumãtiaq; ora leuauit:
Aſpicit aſtantem proiecti corporis umbram:
Exanimes artus: inuiſaq; clauſtra timentem
Carceris antiqui: pauet ire in pectus apertũ:
Viſceraq;: & ruptas letali uulnere fibras.
Ah miſer extremũ: cui mortis munus inique
Eripitur non poſſe mori: miratur Erichtho
Hos fatis licuiſſe moras: irataq; morti
Verberat immotum uiuo ſerpente cadauer:
Perq; cauas terræ: quas egit carmine: rimas
Manibus illatrat: regniq; ſilentia rumpit.
Tiſiphone: uociſq; meæ ſecura Mægera

Licet has: licitũ eſt: ut illa: quæ nunq̃ amplius a me euocabitur: & ſemel iſtuc ueniet: moueatur ueneficiis meis. Canat nato ducis omina Pompeiana: uaticinetur filiolis Pompeii omne fatum patris. Omina: diuinationes: & fata. Si bene merent̃: conferunt in uos beneficium: nam ex bellis ciuilibus multas ſimul aĩas conſequimini. Leuauit: erexit. Spumantia: p̃celeiata multoꝶ carminum p̱nunciatione. Proiecti: iacentis.
Clauſtra: carcerem corporis. Clauſtrum. n. locus clauſus dẽ: & ipſius clauſuræ inſtrũm. Letali: mortifero. Clauſtrũ qd
Cui eripitur mu. ex. qui priuatur mortis beneficio.
Immotum: qđ non mouebat̃. Has fatis licuiſſe moras: qđ ſtatim non paruerint. Viuo ſerpente: quẽ habebat in manibus. Illatrat: clamat contra manes.
Quas egit: excantationibus. n. terram in rimas, per quas uocẽ imitteret, aperuerat. Rumpit ſi. uocẽ imiſit. Secura uo. me. quæ non pares: & negligis carmen.
¶ Si uos ſatis nunc honeſtam petitionem oſ̃dit: quia benemerita eſt de Diis oĩbus. Neſando: ſacrilego: execrabili. Si nunq̃ hæc car. ſi. & ſi nunq̃ carmina preces uobis facio: quia prius carnes humanas deuorauerim. ordo eſt: Parete precanti. Fibræ: ſunt uenæ iecoris. OMNIBON.
· Si pectora plena: ſi occidi & imolaui uobis grauidas mulieres. Si laui proſecta: ipſaꝶ mulieꝶ calido cruore. Proſecta dicuntur maiora inteſtina: quæ alio noĩe dicuntur exta: eo q̄ extent. i. emineant ſupra alia: & dicuntur a proſecando: quia prius ſecta aris reddunt̃. Virgi. Lancibus & pandis fumantia reddimus exta. Siqs qui ueſtris & ſi ego ſæpe imolaui uobis ĩfantes: & eorum capita obtuli: qui adhuc uicturi erant. Non in tartareo: nunc oſtendit poſſibilitatem: dicit. n. facile eſſe aĩam: quæ pauloante deſcenderit ad inferos: remitti poſſe. Tartarus locus inferoꝶ profundior: nam tartarus perturbatus: atq; confuſus dicitur: ταρατΤω ſignificat perturbo: eo q̄ in profundiori loco p̄turbata ſunt oĩa. Modo: paulo ante. ſ. poſcimus. Luce. i. uita. Primo hiatu. i. introitu. Has exau. quia cum nondum perueniret ad locum deſtinatum: et ſi reuocata fuerit: non prætieribit leges Erebi: poſtq̃ huc uenerit. Ad manes uentura: nondum. n. ad inferos peruenerat. Omina Pom. i. diuinet futura: & auſpicia: quæ Pompeio imminent. Proſecta quæ Tartarus
Noſtri mil. i. huius cadaueris: qui pauloante noſter miles erat: quaſi ſeipſam facit comitẽ Pom. Si be. de uobis: q. d. bene merentur: nam bellis ciuilibus multi occidentur: qui facient: ut multaꝶ umbraꝶ domini ſitis: & eſt loco remunerationis. Hæc ubi fata: hæc ubi dixit Erichtho: ſuſtulit oculos: & uidit animam huius infelicis cadaueris: quæ hærebat ſaxis: & timebat ingredi corpus ſuum: neq;. n. tentare uolebat repetere: q̄ antea ſibi moleſtũ tentauerat: uidelicet ut denuo moreretur. Spumantia: quia tanq̃ inſana: & rabie plena ore ſpumam euomebat.
Proiecti: mortui. Inuiſa clauſtra. ſ. corporis: nam noſtrum corpus nihil aliud eſt: q̃ animæ clauſtrũ. Vir. Clauſæ tenebris, & carcere cæco. Antiqui car. corporis: in quo diu habitauerat: hinc eſt: q̄ a Græcis corpus δεμαc dicitur: quaſi δεσμοc. i. uinculum aĩæ: & alio nomine σωμα: quaſi σημα. i. ſepulchrum animæ. In pectus apertum: nam illud aparuerat: ut ueneficii genera multa infunderet: quæ ſupra cõmemorauit. Ruptas. i. uulneratas. Ah miſer: quaſi Luca. infelicem umbram illius cõmiſeratur: quæ non põt id conſequi: qđ iam aſſecuta fuerat. uidelicet mortem: qm̃ corpus repetere cogitur. Extremum munus. ſ. mortis: quæ maloꝶ oĩum finis eſt. Miraf̃ Erichtho: q̃ carminibus uſa fuerat acrioribus: quibus facile manes cogeret: pati non poterat ſine admiratione hanc tarditatem: ut umbra non auderet: aut nollet ingredi corpus: ergo exarſit: & incanduit ira. Fatis. i. Parcis. hoc loco fata Parcas appellat: neq; eſt quiſquam poeta uſus tam late huius nominis ſignificatu. Moras: quæ moratæ fuerunt hanc animam in corpus ſuum remittere. Irata morti: qua non permitteret hanc animam corpus ingredi: cœpit uiuo ſerpente cædere cadauer. Rimas cauas. i. ſciſſuras terræ: quas ipſa carminibus ſuis aparuerat: ut quos uellet manes alloqueretur: & immurmurare cœpit indignatione concitata. Illatrat: non loquitur: quia uox eius potius latratus erat: q̃ humanus ſermo. Regniq; ſilentia rupit: quia uox eius ad inferos penetrans interrumpebat ſilentium: qđ apud inferos perpetuũ manet. Secura. i. negligens: ut Virgi. Securus amoꝶ Germanæ.

Non agitis ſæuis Erebi per inane flagellis
Infelicem aīam? iam uos ego nomine uero
Eliciam: ſtygiaſq; canes in luce ſuperna
Deſtituā: per buſta ſequar: p funera cuſtos:
Expellā tumulis: abigā uos omnibus urnis:
Teq; Deis: ad quos alio procedere uultu
Ficta ſoles Hecate pallenti tabida forma:
Oſtendam: faciemq; Erebi mutare uetabo:
Eloquar immenſo terræ ſub pondere: quæ te
Cōtineant Ennea dapes: quo fœdere mœſtū
Regem noctis ames: quę te contagia paſſam
Noluerit reuocare Ceres: tibi peſſime mundi
Arbiter immittam ruptis Titana cauernis:
Et ſubito feriere die. Paretis? an ille
Compellendus erit: quo nunq̄ terra uocato
Nō excuſſa tremit: q Gorgona cernit apertā:
Verberibuſq; ſuis trepidā caſtigat Erinnym:

SVLPITIVS ¶Non agitis: non perſequimini: ſimulat enim ſe non uidiſſe eam. Per inane Erebi: per uacuum infernum, & capaciſſimum: nam umbræ locum non occupant. Eliciam: in lucem educam. Vero nomine: non enim uos Eumenides appellabo: ſed quanq; proprio ſuo. Canes ſtygias: uos ipſas: quæ canes appellamini. Per buſta ſequar: perſequar: & fugabo. Funera: exequias. Cuſtos: uos obſeruās. Teq; Deis: Proſerpinæ minitatur: ſe oſtē turam iam eo: quo eſt apud inferos uultu. Alio: diuerſo ab eo: quem oſtendis mortalibus. Ficta: compoſita.

Ennea unde Tabida: macilenta: ſqualida: & eſt uocandi caſus. Ennea: Proſerpina dicta ab Enna oppido in Sicilia: ad quā rapta eſt: & ubi eſt eius templum celeberrimum. Quę dapes: Proſerpina rapta, cum Ceres eius mater a Ioue impetrauiſſet: ut ad ſuperos reuocaretur: ſi nihil guſtaſſet: indicata eſt ab Aſcalapho .vii. punici mali grana hauſiſſe: itaq; iuſſit Iuppiter: ut æquo temporis ſpatio nunc apud ſuperos: nunc apud inferos eſſet. Dapes: ſeptem punici mali grana. Quo: fœdere: indicabo ſtuprum tuum: & ut patrui turpi coitu delectaris. Regē noctis: Plutonem. Contagia: ſtuprum intelligit: quo mater ipſam uiſa eſt neglexiſſe: & non magni feciſſe reuocare. Peſſime arbiter: o Pluto: qui lucem odiſti: ego rupta terra: radios Solis in te immittam. Feriere: percutieris. Die: luce.

Demogorgon quid Ille: Demogorgon: qui eſt omnium Deorum pater: & iacet in imo tartaro: interpretaturq; terræ Deus: ſiue terribilis Deus. Compellandus: uocandus: & alloquendus. Quo nunquam terra uocato: ad cuius nomen inuocatum fit terræmotus. Apertam Gorgona: patentem Meduſam: quā alii impune uidere nō poſſunt. Erinnym: furiā. Tenet: poſſidet.

OMNIBON. ¶Agitis: agitatis. Per inane: per uacuum: nam inanē Erebum appellauit: ubi omnia ſine corpore ſunt: & omne quod ſine corpore eſt locum non occupat. Nomine uero: ideſt proprio: nam iratus non appellat proprio nomine ſuperiores: ſicut apud Virgilium in Geor. Mater Cyrene mater: & te crudelem nomine dicit. Vero: non dicam uos Eumenidas: ſed proprio nomine compellabo. Eliciam: extraham. Stygiaſq; canes: quia canes infernæ eſtis: uos deſtituam. Et genere muliebri canes dicuntur Furiæ. Luce ſuperna: quæ uobis inuiſa eſt: nam ſemper in tenebris inferorum habitare conſueuerunt: ideo non poſſunt hanc lucem ſuſtinere. Per buſta: nec dimittam uos in mortuorum ſepulchris habitare: quæ ſedes gratior eſt uobis. Expellam: proſequar uos quocunq;. Abigam: excludam ſepulchris. Teq; Deis: o Proſerpina oſtendam te pallidam: & deformem: qualis eſſe ſoles ad inferos: non cum redis ad ſuperos: ut domina cæli eſſe uidearis. Tabida: marceſcens: unum ſequitur ex reliquo: corpus, quod marceſcit, pallorem contrahit.

Ficta: non ueram ſed ſimulatam te ſoles oſtendere. Faciem Erebi: ſcilicet cogam te non commutari poſſe.

Eloquar immenſo: dicam etiam: qua cauſa apud inferos ſtare delecteris: & quibus dapibus illecta inde exire noluiſti. Aetnæa: ideſt apud Aetnam montem a Plutone rapta. legitur etiam Ennea dapes. Eloquar: effabor: declarabo. Dapes: nam cum legem Iuppiter impoſuiſſet: ut rediret ab inferis: ſi nihil guſtaſſet. Aſcalaphus indicauit eam ſeptem grana mali punici deguſtaſſe. Fœdera: ſcilicet coniugii: quia matrimonio confœderata erat. Vel fœdere: ideſt lege: nam ita conuenerunt Pluto coniux & mater Ceres: ut ſex menſibus apud inferos eſſet: & totidem in cælo. Noluerit reuocare: hoc irata fingit Erichtho: quod Cererem puduerit reuocare ad ſuperos filiam: quæ iam teterrimi Plutonis concubitum paſſa fuiſſet. Contagia: ideſt concubitum. Tibi peſſime mundi Arbiter: & tu o peſſime Pluto faciam dehiſcere terram: ut repente ad inferos deſcendat lux Solis: qua oppreſſus neſcies: quid agere debeas: ſicut Virg. Trepidentq; immiſſo lumine manes. Titana: Solem nepotem Titanis. Paretis: cum hæc dixiſſet: umbra morabatur adhuc ingredi corpus: tunc indignata uoce clamauit: Paretis an neceſſe eſt: uocem Deum illum: quo quidem uocato ſemper terra concutitur. Nunquam non: ideſt ſemper.

Quo uocato: Demogorgonē ſignificat: multi dicunt per hunc Demogorgonem intelligi animam mundanā: quæ uegetat omnia: quæ omnibus naturis præpoſita eſt: de cuius ſemine firmamētum: Solem, & Lunam, & ſtellas natas eſſe dicebant: & hoc ſecundum Seruium: ſed ſecundum Theocletem: philoſophi dicunt Demogorgonē eſſe rerum omnium: & Deorum principem genitorem terræ: Erebi: & Parcarum: a δαιμων ſapiens: quia intelligentiam maximam rerum omnium habeat. Gorgona: nam γοργω interpretatur ſtupor: unde Meduſa & ſorores interpretantur ſtupor: quas qui aſpexerint: fingitur in lapides fuiſſe conuerſos: q; præ nimia pulchritudine earum obſtupeſcebant: & quaſi ſaxa rigebāt: qui autem hic Demogorgon cernat Gorgona apertam: ſignificat eū manifeſtum ſtuporem diuinitatis eſſe: nam nullus eſt qui diuinitatem comprehendere poſſit: præter Deum: qui illam intelligit. Apertam: ſibi: aliis uero occultam. Gorgona: ideſt diuinitatem obſtupeſcendam. Verberibuſq; ſuis trepidam caſtigat Erinnym: ideſt ſuperbiam Dæmonum: nam poetæ his fabulis etiam ueritatem occultarunt: nam qui omnium Deorum eſt Deus: ſuperbiam Dæmonum caſtigat. Trepidam: q̄rum quidem pertinet ad Deum: nam ſuperbia non eſt trepida: immo audax: ſed reſpectu Dei: a quo punitur: eſt trepida: nam ſcitis quomodo e cælo ſuperbi angeli eiecti fuerunt: unde ipſe de ſe Apollo ita reſpondit: cum quereretur quis eſſet: coactus eſt reſpondere: Qui per terram: & fundum ambulant infatigabiles: domantur ſub flagello Iouis.

¶Inde ſpecta:

Indeſpecta:non uiſa:quia ſunt in penetralibus:imiſq tartari partibus. Cuius:Demogorgonis. Eſtis ſuperi: adeo.n eſt in inferno demerſus:ut uos cælom incolere uideamini. Peierat ſtygias undas:periurat Stygem palu dem:qđ aliis Deis non licet. Maro:Dii cuius iurare timent:& fallere numen. Aſtrictus:denſatus. Caluit:ſolu tus eſt:& cõmotus. Fouit uulner:aapparuit in uulneribus. Fibræ:uitalia:iecur:pulmo:& cor. Trepidãt:mo uentur:palpitant. Subrepens:ſubintrans. Deſuetis:q̃ uiuere iam ceſſarant. Palpitat:motitat ſe. Tenduñt: extenduñt:nam lenti:laxiq erant. Nec ſe tellure cadauer: cadauer inquit uno impetu repente ſurrexit. Tellu re:a terra. SVLPITIVS

Indeſpecta tenet uobis:qui t artara:cuius
Vos eſtis ſuperi:ſtygias qui peierat undas.
Protinus aſtrictus caluit cruor:atraq fouit
Vulnera:& i uenas:extreaq mẽbra cucurrit.
Percuſſæ gelido trepidant ſub pectore fibrę:
Et noua deſuetis ſubrepens uita medullis:
Miſcetur morti.tunc omnis palpitat artus:
Tenduntur nerui:nec ſe tellure cadauer
Paulatim p mẽbra leuat: terraq repulſum ẽ:
Erectumq ſemel:diſtento lumina rictu
Nudantur:nondum facies uiuentis in illo:
Iam morictis erat:remanet:pallorq rigorq:
Et ſtupet illatus mundo:ſed murmure nullo
Ora aſtricta ſonant:uox illi:linguaq tantum
Reſponſura datur.dic iquit Theſſala:magna
Quod iubeo:mercede mihi: nã uera locutũ
Immunem toto mundi præſtabimus æuo
Artibus hęmoniis:tali tua mẽbra ſepulchro:
Talibus exuram ſtygio cum carmine ſiluis:
Vt nullos cantata magos exaudiat umbra.
Sit tanti uixiſſe iterum:nec uerba:nec herbę
Audebunt longe ſomnũ tibi ſoluere Lethes:
A me morte data tripodas:uateſq Deorum
Sors obſcura tenet:certuſ diſcedat ab umbriſ
Quiſquis uera petit:duræq oracula mortis
Fortis adit:ne parce p̃cor:da nomina rebus:
Da loca:da uocem:qua mecũ fata loquãtur:

Repulſum:percuſſom:& terræ impetu ſub leuatum. Diſtento lu.ri.Nu.aperto ore oculi aperiun tur. Nondum fa.ui.non uidebatur uiuere: ſed mori.

Rigor:diſtractio corporis. Stupet:q in uitam redie rit. Sed murmure nullo:ſed non loquebatur ore iam ſtricto. Tantum reſponſura:ſolum ut reſpondeat:nõ ut loqui incipiat. Theſſala:Erichtho. Mercede:prę mio.Nam ea lege te dimittam:ut nullis carminibus:& ueneficiis in uitam ualeas reuocari. Immune: liberũ: & cui non noceant ueneficia. Toto æuo:toto tpe fu turo. Tali tua:ea diligentia te ſepeliã:& talibus lignis aduram. Tua membra:ſupple condã. Exaudiat ma gos:pareat excantationibus. Sit tanti:magno benefi cio:& felicitati tibi aſcribe:qđ per me fueris reuocatus in uitam. Verba:carmina. Somnũ longæ Lethes: mortem.nil enim aliud mors eſt: niſi longus ſomnus. Lethe aũt fluuius eſt in inferno:qui animis ipſum potã tibus obliuionẽ inducit: ponitur & pro ipſa obliuione. Mors quid

Tripodas, uateſq Deo.Sors ob.te.Dii & uates rñſum obſcuꝝ dant.Necromãtia uero aperte oĩa idicat. Tri podas:mẽſas Apollinis:metonymia. Fortis adit oracu la.qui magnanimus eſt: necromantiam aggreditur.

Dure:inflexibilis. Ne parce:ne abſtine. Da nomi na:dic nominatim. Da uocem:emitte claram uocem.

Loquantor mecum:futura aperiant.

Indeſpecta te.uo.q.t.i.qui omnia continet.ſ. altitu dinem:& profunditatem:& a nullo continetur. Tar tara.i.profunditatem:quam uos deſpicere: & intellige re non poteſtis Dæmones. Indeſpecta:non deſpecta a uobis:quæ nõ poteſtis aſpicere. Superi: uidelicet uos eſtis excluſi ab illa profunditate:& abiſſo diuinitatis. OMNIBON.

Stygias qui pe.un.i.qui nulli neceſſitati aſtringitur: nam Dii per ſtygiam paludẽ iurare timẽt:p̃ter Demo gorgonẽ. Protinus:continuo aĩa ingreſſa eſt corpus: poſtq̃ Erichtho indignabũda his uerbis uſa eſt ad eos manes. Aſtrictus.i.congelatus. Fouit:caleſecit. Ex trema.i.per extremas partes membroꝝ. Percuſſæ.ſ.a ſanguine. Trepidant.ſ.mouent.ſanguis infuſus in uenas palpitare cœpit. Et noua:& tandem uita totũ corpus occupauit. Miſceť morti.ſ.mortuo cadaueri coniungiť. Me dul.deſ.ſ.ab aĩa:quia iam medullæ:& oſſa dio ca ruerant aĩa. Nerui.ſ.contracti tendonť. Nec tel.ca.dicit aũt cadauer illud non ſenſim ſurrexiſſe:ſicuti qui ui uunt:ſed repente exiliuit:quemadmodum ſi pila terræ incutereť:& repellereť a terra. Simul:uno tpe. Lumina quia toruis oculis ſuſpiciebat:quaſi attonitus. Diſtento rictu.i.aperto:quia in diuerſas partes intendebat ocu los. Nondum fa.facies ſimilis erat inter morientem & uiuentem:ut non diſcerni poſſet:uiueret ne: an mortua eſſet. Rigorq:& durities illa q̃ ſolet eſſe in mortuo:adhuc remanebat. Mundo:in mundum. Aſtricta.i. clau ſa. Rñſura daťi concediť ut interrogatus rñdeat. Nã uera lo.& eſt remuneratio huius petitionis: q nunq̃ po ſtea umbra eius a uenefica aliqua muliere ab inferis reuocari poſſit. Immunem: libeꝝ ab artibus Theſſalis.

Exorã tua mem.uerbum ſæpe unum duas ſnĩas clauſit:ſed uni tantummõ conuenit:ut hoc loco:nam exuram claudit duas ſnĩas.ſ.tali tua membra ſepulchro:& talibus exuram ſiluis:ſed uni tñ conuenit:uidelicet talibus ſil uis.alteri uero ſubintelligendum eſt uerbum Concedam:ſic Maro:Diſce puer uirtutem ex me:uerumq laborẽ: Fortunam ex aliis.ſ.opta. Stygio car.inferna incantatione. Nec uerba:carmina. Nec herbę.ſ.ueneficaꝝ po terunt tuam quietẽ interrũpere. Soluere:interrũpere. Lethes.i.obliuionis:λιθι ſignãt obliuionem. Dñr poe tæ umbras haurire lethæã aquam:qua hauſta oĩom in uita maloꝝ:quæ perpeſſæ ſunt: obliuiſcunť. Tripodas: nolo inquit mihi rñſa des:qualia ſolet dare Apollo:q̃ ſemper obſcura ſunt:& incerta:ſed canas oĩa manifeſta:ut intelligi poſſint. Sors.i.reſpõſum obſcurũ. Vates.i.ſacerdotes aliorum Deorum: ut Amphiarai & Themidis.

Certus diſce.ab um.quicunq petit ſcire futura per Necromantiam:diſcedat hinc certus:& non ambiguus.

Fortis:quia non cuiuſlibet ẽt ſuſtinere manes:nam niſi magnanimus fuerit:terrore nonnunquam exanimauit. Dure:inexorande. Da:dic. Virgi.Da Tityre nobis. Fata loquantur:ipſæ Parcæ mihi futura prædicent.

Addidit & carmẽ:quo:qcqd cõſulit umbrã:
Scire dedit.mœſtũ fletu manante cadauer:
Triſtia non equidem Parcarũ ſtamina dixit:
Reſpexi:tacitæ reuocatus ab aggere ripæ:
Q d tñ e cũctis mihi noſcere cõtigit umbris:
Effera Romanos agitat diſcordia manes:
Impiaq; infernam ruperunt arma quietem:
Eliſias alii ſedes:ac tartara mœſta
Diuerſi liquere duces:quid fata pararent:
Hi fecere palam:triſtis felicibus umbris
Vultus erat:uidi Decios:natumq; patremq;
Luſtrales bellis animas: flentemq; Camillũ:
Et Curios:Syllam de te fortuna querentem:
Deplorat libycis perituram Scipio terris
Infauſtam ſobolẽ maior Carthaginis hoſtis:
Non ſeruituri mœret Cato fata nepotis.
Solum te conſul depulſis prime tyrannis
Brute pias inter gaudentẽ uidimus umbras.

SVLPITIVS ¶ Addidit & carmen:poſt hæc excantauit umbram:ut ſciret quicquid rogaretur. Dedit:præſtitit : conceſſit. Manante fletu:abundantibus lachrymis. Triſtia:quid Parcæ ordinent:quoniam ab Acherontis ripa ſit reuocatus:ſe uidiſſe negat:id tamen,quod ex umbris intelligere potuit,eloquitur. Ab aggere:a ripa Acherontis. Effera:immanis. Agitat:uexat:nam inter ſe certant. Arma impia:ciuilia bella. Quietem:pacem:& ſilentium manium. Tartara:in quibus ſceleſti puniuntur. Eſt enim munitiſſimus & profundiſſimus locus; triplicique

Tartarus qd muro munita arx:& adamantinis turribus. Fecere palam:manifeſtarunt. Triſtis felicibus:animis optimorum inerat in uultu triſtitia. Natum:qui bello Samnitico per M. Licinium pontificem Diis ſtygiis deuouit:ut uictoriam ſuis relinqueret:exemplo patris:qui eodẽ ſucceſſu bello latino per Valerium ſe deuouerat. Luſtrales:appoſitio : hoc eſt expiatorias : nam ſua deuotione Romanorum peccata expiauerunt:& exercitum incolumem præſtiterunt. Camillum:Furium Camillum: qui captam patriam a Gallis ſenonibus liberauit. Curios:Manius Curius Dentatus de Sãnitibus : Sabinis: & Lucanis triumphauit : & iterum de Sabinis : legatis Samnitium aurum offerentibus:cũ rapas torreret:malo hic inquit in fictilibus meis eſſe:& aurum habentibus imperare. Querentem:quod Pompeius neceſſarius ſuus eſſet a Cæſare ſuperandus:& in Aegypto periturus. Scipio: Aemilianus,cuius ꝓgenitus Scipio conſul Pompeii gener:Pompeianæq; factionis in Africa.
Cato:maior hoſtis Carthag. Cato cẽſorinus:qui Carthaginem delendam ſenatu eſſe ſuaſit:præcocem ficũ inde allatam oſtendens:ut Plinius tradit. Mœret fata nepotis:dolet mortem Catonis Vticenſis. Solum: ſolus inquit Iunius Brutus:qui Tarquinios expulit:& patriam liberauit:primuſq; conſul fuit lætus eſt : ꝙ uidet Brutum eius progenitum Cæſarem occiſurum : & patriam iterum a tyrannide liberaturum.

OMNIBON. ¶ Addidit & carmen:ideſt immurmurauit carmen: quo ſtatim ille præſciuit futura:ea præſertim:quæ iuuenis Sextus Pompeius ſcire uolebat:& ut ſciatis : hæc eſt fictio poetica:nam licet Lucanus uideatur deſcribere hiſtoriam:tamen poetico more hæc de Erichtho fingit:ſicut inferius multa de ſerpentibus Meduſæ:ſed ueritas ſic ſe habet:Sextus Pom. non modo non adiit Erichtho: ſed nec id facere poterat:nam Mitylenis:cum puer eſſet:adhuc una cum Cornelia matre poſitus fuit. Mœſtum : nunc dicit quid reſponderit cadauer. Triſtia non equidem:ideſt nondum ad eam partem perueni:ubi Parcæ habitãt: quibus præſcire futura potuerim:nam me reuocaſti antequam eas adirem. Aggere:ſcilicet fluminis Acherontis. Quod tamen e cunctis:ſed quod potui ex omnibus umbris cognoui bellum ciuile inſtare. Impiaq; inferna:quæ diſcordia eſt inter Romanos uiuos:eadem eſt inter manes eorum apud inferos. Eliſias alii ſedes ; nam pii relictis Eliſiis mœſti diſceſſerunt:at uero impii:relicto tartaro:læti cedebant : ut appareret meliorem partem Pompeii aduerſa fortuna affictum iri:at uero deteriorem:ſcilicet Cæſa. lætari:ex quo facile cognoſci poterat: uter eorum uictoriam eſſet habiturus. Alii:ex Romanis:uidelicet umbra piorum. Diuerſi:animæ impiorum.
Palam:ideſt manifeſtum fecere. Vidi Decios:qui pro repu. ſe deuouerunt:& uitam ſuam incolumitati patriæ poſtpoſuerunt:omnes hi mœſtitiam,& ſqualorem quendam præ ſe ferebant. Decios: ſcilicet patrem,qui pro repu. deuouit ſe bello latino:filium,qui in bello Gallico animas luſtrales:ideſt expiatorias:quod pro patria:& exercitibus Romanorum:quaſi piacula ſe deuouerint. Flentem Camillum:reipu. amantiſſimum:qui illam a Gallorum manibus liberauit. Curios:qui & ipſe pro patria contra Pyrrhum Epirotarum regem fortiter pugnauit. Syllam de te fortuna querentem: namq; Syllæ partes cum Pom. adoleſcens eſſet armatus defendit:qui conſtructo ualido exercitu uoluntariorum:ad Syllam uenit:ad quem deſerta prope urbe:nobilitas omnis ſe in caſtra conferebat:partem nobilitatis defendebat Sylla:partem uero plebis Marius:deinde ſucceſſerat in partem Syllæ Pom. in partem uero Marii Cæ. Fortuna:ꝙ cum antea ipſi fauere conſueuiſſes:nunc mutato uultu ſæuire inciperes. Deplorat liby. Scipio etiam deplorat filium ſuum periturum eſſe in terris libycis:quas ipſe aliquãdo Imperio Roma. ſubegerat:& de quibus triumphauerat:nam Scipio cum rege Iuba uictus eſt in Numidia. Scipio: ſcilicet Africanus. Infauſtam ſobolem:infelicem Scipionem ſocerum Pom. Maior : nam duo Scipiones fuerunt:ſcilicet maior & minor:uel potius ordo ſit:Cato maior hoſtis Cartha. q̃ fuerit Scipio:nam Cato aſſidua uociferatione ſuaſit excidendam eſſe Cartha. allatis in ſenatum ficubus:hiſtoria eſt nota apud Plin. ita uidetur Carthago deleta prius conſilio Catonis:q̃ armis Scipionis. Cato:ſcilicet Vticenſis:qui ne Cæ. ſeruiret:ſibi mortem conſciuit. Solum te conſul:cæterorum quidem umbræ omnes:quæ in campis Eliſiis erant:triſtitiam præ ſe ferebant:ſolus Brutus lætabatur:ex quo illud innuere uolebat:progeniem ſuam fata maiorum ſuorum imitaturam:ꝙ uidelicet patriam ſuam liberaret:ſicuti ille Brutus in libertatem patriam aſciuit;expulſis tyrannis:hic eſt

Brutus quis Brutus:a quo deſcendit Brutus ille:qui princeps coniurationis Cæſarem in curia Pompeiana. xxiii. uulneribus confodit:quo occiſo iterum in libertatem patria rediit:tametſi breui tempore frui licuerit. Depulſis tyrannis: nam exactis regibus Tarquiniis propter ſtuprum Lucretiæ:primus conſul fuit Brutus.

¶ Catilina:

¶ Catilina:L.Catilina ſeditioſus ciuis:& patriæ hoſtis:cum reliqs impiis lætus eſt. Minax:minis plenus. Cathenis:qbus uictus erat:& cruciabaſ in tartaro. Marii:pater:& filius. Cethegus:Cethegus fuit Catilinæ ſocius in coniuratione. Nudi:alluſit ad humeꝝ exertum:quo hæc familia in ꝑlio utebaſ:ut diximus lib.i. Druſos: Liuius Druſus trib.pl.ſocios:& italicos populos ſpe ciuitatis Romanæ ſollicitauit: legibuſq; agrariis:& frumentariis latis:cū ciuitatē ꝑſtare nō poſſet:italicis,& ſenatui factus inuiſus:uelut ſocialis belli auctor:icertū a quo domi occiſus eſt. Popularia nomina:q populo aſſentabanſ. Immodicos:nimios. Gracchos:C.& Tiberiū tri.pl. ſeditioſos. Manus:facinoroſoꝝ:& ipioꝝ. Cōſtrictę nobis chalybū: q ſūt i uiculis ferreis i tartaro. Plauſere:lætitiæ ſignū dedere. Turba nocēs: ipii ad Eliſios ire nolūt. Poſſeſſor:dis:orcus:Pluto. Apit ſedes:ſinit igredi:& parat ſe ad puniendū nocentes:quos & patentibus hoſtiis eſt admiſſurus. Aſperat: in cruciatū animarum. Et durum: parat etiā uictori Cæſari adamātina uincula. Placido manes: Pompeium cum tota familia in bellis ciuilibus perituꝝ oſtendit. Expectare placido ſinu: ſuſcepturos blande: & reuerenter. SVLPITIVS

Abruptis Catilina minax:fractiſq; cathenis
Exultat:Mariiq; truces:nudiq; Cethegi.
Vidi ego lætātes popularia nomina Druſos.
Legibus Imodicos: auſoſq; igētia Gracchos.
Aeternis chalybum nodis:& carcere ditis
Conſtrictæ plauſere manus: cāpoſq; piorum
Poſcit turba nocens: regni poſſeſſor inertis
Pallentes aperit ſedes:abruptaq; ſaxa
Aſperat:& duꝝ uinclis adamanta:paratq;
Pœnam uictori:refer hæc ſolatia tecum
O iuuenis: placido manes:patremq;:domūq;
Expectare ſinu:regniq; in parte ſerena
Pompeio ſeruare locum:nec gloria paruæ
Sollicitet uitæ:ueniet quæ miſceat omneis
Hora duces: ꝓperate mori:magnoq; ſuperbi
Quanuis e paruis animo deſcendite buſtis:
Et Romanorum manes calcate Deorum:
Quē tumulū Nili: quē Tybridis abluat ūda

In ſerena parte:in cāpis Eliſis. Nec gloria paruæ Sollicitet:noli exhilarare te breui uita. Veniet hora quę miſceat omneis:qua pereant & Pompeiani & Cæſariani. Properate mori:moriamini libēter. Magno:forti:& conſtanti. Deſcendite: ite ad inferos. Quāuis e paruis buſtis:quale fuit Pompei. Calcate manes Deorum: pedibus contundite animas occupatorū patriæ: qui in Deos feruntur eſſe conuerſi:nam uos eritis eorū ſuperi: quippe in tartaro cruciabuntur:hocq; dixit propter Cæ. Auguſtum:& Claudium. Quærit: a manibus. Quē:ex ducibus. Tumulum Nili: ſepulchrum apud Niliū:ubi Pom.ſepeliſ. Quē Tybridis: hoc ꝓp Cæſarem dicit:qui ſepultus eſt in campo Martio.

¶ Catilina:ſeditioſus ciuis. Exultat:qa uidet ſui ſimiles uicturos. Fractiſq; cathenis:quia cathenis ad inſeros circonligatus tenebatur. Mariiq; truces: ſcilicet exultant. hi enim ſeditioſiſſimi omnes fuere:qui coniurarunt omnes:ut in hiſtoriis leges:C.Marius bella ciuilia aduerſus Syllam geſſit:& multa millia Romanorum cecidit. Nudiq; Cethegi:qui ſocii Catilinæ fuerunt. Nudi:inſepulti:nam unco tracti ſunt ad ſcalas gemonias:& inde præcipitati: honore ſepulturæ priuati ſunt. Vidi ego.ſc.uidi alios ſeditionis auctores:inter quos uidi Druſos:hoc dicit ꝓpter Liuium Druſum tribunū plebis:qui & ſpe ſeditioſus fuit: cū trib.ple eſſet:uires ſibi acqreret:pernitioſa largitionis plebē concitauit: & ſocios italicos populos ſpe amicitię Romanæ ſollicitauit:hiſq; adiuuantibus per uim legibus agrariis:frumentariiſq; latis:iudiciariam quæ pertulit:ut æqua parte iudicia penes ſenatum:& equeſtrem ordinē eſſent. Immodicos:itemparos: in legibus ſuis:uidelicet in lege agraria. Gracchos.ſ.Tyberiū:& C.Gracchū leges agrarias ferentes: uterq; āt eadem legis cā occiſus eſt. Alter qdē.ſ.Tiberius a Scipione Naſica. Alter uero.ſ.Caius a Lucio Opimio: lætabantur autē: qa uidebant ſuos ſimiles futuros eſſe uictores. Nodis:cathenis chalybeis. Cāpoſq; pioꝝ: & ipii inuadūt pios:ut eos cāpis Eliſiis expellāt. Regni poſſ.c.Pluto aperit huiuſmodi umbras. Aperit: qm paulopoſt imenſā turbā ſuſcepturus eſſet eoꝝ:q bellis ciuilibus pituri ſunt. Regni inertis.i.tartari:ꝓpter aeris craſſitudinē. Abruptaq; ſaxa:reſpicit ad illud:qd Virg.dicit: Et te Catilina minaci Pendentē ſcopulo.deſcribens Catilinā ſcopulis pēdentē:ut pœnas daret perturbatæ ciuitatis. Abrupta:ꝑcipitia. Aſperat.i.aſperiora facit:ut noua ſupplicia prę paret uenturis. Adamanta: ꝑ cathenas adamantinas. Victori pœnam.i.ubi pœnis afficiat Cæſarem. Refer hæc ſolatia tecum: conuertit ſe ad Sextum Pompeium dicens: o Sexte hoꝝ maloꝝ hoc debet tibi eſſe ſolatium non mediocre q tuorum omnium:& tui ipſius umbræ ad campos Eliſios peruenient. Domum: ſcilicet ueſtrā. OMNI BON Graechorum exitus

Nec gloria paruæ:nec doleas: q poſt uos uiuat ipſe Cæſar: nam paulopoſt etiam uictores morientur. Miſceat: perturbet: confundat. Omnes duces: ſicut fuit poſtea. nam bella ciuilia geſta ſunt inter M.Antonium & Octauium ab una parte: & Caſſium & Brutum ab altera: deuictis Caſſio & Bruto: tunc Octauius & Antonius necnon Lepidus inter ſe partiti ſunt orbem:& per triennium trium uiri ſimul concordes fuere:paulopoſt diſcordia orta eſt inter illos: quia Octauiā Octauii ſororem: quam in matrimonium acceperat:Antonius repudiauit: Octauius uero bellum mouit aduerſus Antoni, & apud Leucada bello nauali Antonius uictus eſt cum claſſibus: proſecutus eum Octauius Alexandriam uſq;. Tandem eum ad mortem coegit. Paruis buſtis: illud reſpicit: quia Pompeius occiſus eſt a Septimio Ptolemæi iuſſu conſilio Photini,& Achillæ,& Theodori:cuius magna apud regem auctoritas erat: & cadauer eius in maris undas eiectum: tandem in littore a Codro ſepultus eſt inopi ſepulchro. Cn. Pompe.magni Pompeii filius maior in Hiſpania occiſus eſt: haud procul a Munda: ibi & ipſe pauperem ſepulturam conſecutus eſt. At uero Sextus Pompeius minor natu in Aſia apud milites occubuit. Et Romanorum manes: imperatorum Ro. reſpexit ad umbras Cæſaris:& Auguſti:qui poſt mortem in Deorum numero habiti ſunt. Calcate: inuidioſe: ideſt pedibus ſubiicite Ro.Deorum manes: quia uos in campis Eliſiis habitatis:ipſi uero ad inferos detrudentur:licet Ro.tantum Dii uocari meruerint.

Q uærit:& ducibus tãtũ de funere pugna ẽ.
Tu fatum ne quære tuum cognoſcere: Parcę
Me reticẽte dabunt: tibi certior omnia uates
Ipſe canet ſiculis genitor Pompeius in aruis.
Ille quoq; ĩcertus quo te uocet: unde repellat
Q uas iubeat uitare plagas: q̃ ſidera mundi.
Europam miſeri: Libyamq;: Aſiamq; timete:
Diſtribuit tumulos ueſtris fortuna triũphis.
O miſeranda domus: toto nil orbe uidebis
Tutius Emathia. ſi poſtquam fata peregit:
Stat uultu mœſtus tacito: mortemq; repoſcit.
Carminib' magicis opus ẽ: herbiſq; cadauer:
Vt cadat: & nequeũt animã ſibi reddere fata
Cõſumpto iam iure ſemel. tum robore multo
Extruit illa rogum: uadit defunctus ad ignes.
Accenſa iuuenẽ poſitũ ſtrue liquit Erichtho
Tandẽ paſſa mori: Sextoq; ad caſtra parẽtis
It comes: & cælo lucis ducente colorem:
Dum ferrent tutos intra tentoria greſſus:
Iuſſa tenere diẽ denſas nox præſtitit umbras.

SVLPITIVS ℭ Ducibus: manibus eoꝝ, q̃ui duces fuere. Tu: o Sexte. Parcæ dabunt: fata tibi inferent etiam ſi non dixero. Tibi certior: imago tui patris in ſomnis omnia tua incõmoda futura tibi uaticinabitur. Quo uocet te: in quẽ locũ conſulat fugias: ut ſis tutus. Plagas: regiones. Quæ ſidera: quã ormã ſuis ſub ſideribus poſitã. Europam miſeri: nulla orbis pars illęſos ſeruare uos poterit. Diſtribuet tumulos: diuidet ſepulchra pro uictoriis ueſtris. Pompeius. n. q uictor in Aſia fuit: ad Nilũ ſepelieť: Sextus in Aſia: Cn. filius in Hiſpania: Cato & Scipio in Africa.

Nil tutius Emathia: quoniam illic nullus ex Pompeii domo peribit, ſed alibi. Sextus. n. ipſe poſtquã uictus ab Auguſto in freto ſiculo fuit: in Aſiã fugiẽs Amynthæ regi nullo ſe fœdere tradidit: a quo Mileti eſt obtruncatus: cum ageret quadrageſimũ annũ: frater uero eius ad Carteiam in Hiſpania cecidit: ubi Cæſarem ad deſperationem redegerat. Repoſcit: nutu indicat ſe uelle mori. Vt cadat: ut moriatur. Reddere animã ſibi: ad ſe animam reuocare: niſi permittat Erichtho. Cõſumpto iam iure ſemel: quia ſemel e ſua ditione eã liberauerunt: & iuris alieni fecerunt. Extruit ro. lignorũ congeriem parat. Venit: iuit pedibus ſuis. legitur alibi Vadit. Strue: in pyra. Tãdem: ex defuncti deſiderio dixit. It comes: comitata eſt Sextũ. Et cælo lucis: & cum iam inſtaret dies ſuis carminibus noctem produxit tenebris geminatis ne conſpiceretur ab aliquo.

Tenere diem: retinere lucem. Præſtitit: effecit.

OMNIBON. ℭ Et ducibus tãtũ: non de uictoria inqt certať: ſed de tumulo: uterq; enĩ moriturus eſt. q. d. nõ meliorẽ multo fortunã habebit Cæ. q̃ Pom. Quẽ tumulum Ni. nam in ripa Nili ſepultus eſt Pom. in campo autẽ Martio: qui iuxta Tyberim eſt: ſepultus eſt Cæſar. Tu fatum: quod ad te pertinet o Sexte. Parcæ: Deæ quę apud inferos fata diſpenſant: dabunt tibi cognoſcere mortem tuam. Tibi certior: ficta ſunt hæc omnia: nã nunquam legimus Pompe. filio in ſomnis apparuiſſe.

Genitor canet: diuinabit: cuius umbra tibi apparebit: & hæc omnia tibi futura prædicet. Ille quoq; incertus: hoc dicit: quia poſtquã Agrippa Octauii Cæ. auſpicio bello nauili in Sicilia uicit Sextum Pompeiũ. Sextus primo uenit Mithylenas: ubi quondam cum Cornelia a patre ſuo contra Cæſarem bellum geſturo: adhuc puer repoſitus fuerat: poſt dies aliquot cogitauit: qd facturus eſſet: primo uoluit tentare ut ſe cum Ant. cõiungeret: iã. n. inter Octauiũ & Ant. ſimultates erant: ſed poſtq̃ audiuit, a Medis: contra quos exercitum duxerat: Parthiſq; fuſum: ſperauit ſe illi ſucceſſorẽ fore: ſi interiiſſet: ſin autẽ: cũ illo imperiũ diuiſurũ. Legatis ad Ant. miſſis ſimul ad Parthorũ Regẽ: & in Trhaciã: & Pontũ mittit clãculũ cũ regulis inituris fœdus: legatis deinde interceptis: & ad Ant. ductis: Lãpſacũ ꝑ proditionẽ cœpit: & Furniũ reſiſtẽtẽ fugauit. Nicea quoq; & Nicomedia capta pecunia potitus eſt. Tertius deinde ob Titii aduentũ: naues inſcendit: deſtitutus uero ab amicis: ad Bithyniæ mediterranea ſe cõuertit: quẽ Furnius, & Titius, & Amyncta inſecuti ſunt: & cũ ſe dedere uellet: Furnio non admittẽte: eo Amynctæ ſe cõmittere tentauit: q nec ipſe uidebať ſuſcepturus. Nocte igitur clanculũ tentorio egrediť ad mare ꝑgreſſurus: ſed Scaurus qdã tráſfuga eius iter ꝑdidit. Tũ uero Amynctas illũ mille & qngentis equitibus ſecutus eſt: ad quẽ oẽs q cũ Pom. erant: tranſfugerũt: deſtitutus igiť ab omnibus Amynctæ ſeipſum nullo fœdere tradidit: quẽ ille Mileti interemit: cũ & q̃drageſimũ annũ attingeret. Certior: qa primo tentauit reges Thraciæ: & Ponti: & in Bithyniã inclinauit: eo animo: ut ſe transferet in Armeniã. Quas pla. i. uniuerſum orbem terraꝝ.

Europam: ubi ſepultus eſt Sextus Põ. Libyã: ubi Cn. Põ. Magnus ſepultus ẽ. Aſiã: ubi uictus eſt Sextus Põpe. unde Mar. Põpeios iuuenes Aſia: atq; Europa: ſed ipſum Terra tegit Libyes: ſi tamẽ ulla tegit. Diſtribuit t. qa ubi uictores aliquãdo fuiſtis: ibi etiã ſepulti eritis: nã Magnus Põ. aliquãdo in regnũ collocauit regẽ Ptolemęũ: quẽ tamẽ cõſilio Photini & Achillę occidit. Sextus in Sicilia uictor fuit: inſulã aliquãdiu tenuit: & Sardiniã ſimul: & Corſicã: Cn. etiã Põ. aliquando uictor extitit in Hiſpania: ad eo ut de ſalute ſua Cæſar dubitauerit. Domus. ſ. Põpeii. Tutius Emathia: quia ibi nullus eorum periit: q̃uis ibi uicti fuerint. Sic poſtq̃ ſ. p. nunc dicit quomodo ſe habuerit cadauer: poſtq̃ reſpondit ad ea: quæ Erichtho interrogauerat. Peregit fata: ideſt reſponſa dedit.

Mortẽq; rep. ſ. ut permitteret umbram ſuã a corpore diſcedere. Carminibus ma. opus eſt: nec mori poterat niſi carminibus Erichthus: ut quæ ipſum excitauerat: eadem mori permitteret. Fata: ideſt Parcæ. Animam ſibi reddere: ideſt repetere, & ad ſe retrahere: niſi Erichtho uellet, quã ipſa Erichthoni conceſſerant. Conſumpto iã iure ſe. nam omnibus ſtatutum eſt ſemel mori: hic ſemel mortuus erat: ergo iterum mori non poterat: niſi Erichtho iuberet. Robore m. ideſt arboribus q̃rnis. Ac ſtrue: incenſa pyra. Sextoq; ad ca. dicit autem Erichtho comitatam fuiſſe Sextum Pompeium ad caſtra patris redeuntem. Et cælo lu. iuſſit Erichtho carminibus magicis: ne dies ſupuenires: priuſq̃ in caſtra patris rediret Sextus: ne ab hoſtibus captus ad Cæ. deferretur. Ducente co. non luceſcente die: & Aurora apparente. Dum ferrent. i. dum beneficio noctis tuti in caſtra redirent. Iuſſa: ſcilicet carminibus magicis. Tenere: retinere diem: ne ſuperuenires. Nox præſtitit umbras. i. ſemper nox fuit.

SEgnior Oceano.Cum prælii dies certo fato inſtaret:Sol mœſtus inquit poeta ortus eſt ſolito ſegnius: SVLPI
& uoluit eclypſim pati:ſeq; nubibus ſumbrauit:ne puris in Theſſalia radiis luceret. Luctificus: mœ TIVS
ſtus:luctuſq; nuncius. Segnior:tardior. Lex æterna:inſtitutum ei a natura impoſitum:ut certo tē
pore oriatur:certumq; curſum peragat. Vocabat Oceano:euocabat e mari:unde uidetur egredi.
Egit equos:impulit quadrigas. Contra æthera:contra motum mundi:qui eſt ab oriente in occidentem:cum ipſe uehatur curſu contrario:ab occidente in orientem.Ouidius:Rapido contrarius euhor orbi. Retorſit curſum:contra nixus eſt. Polo rapiente : cogente ipſum ad motum mundi ſequendum:cui repugnabat:ne oriretur:& futuram cladem ſpectaturus eſſet. Defectum:eclypſim. Labores raptæ lucis:uidetur enim Sol laborare cum nobis eius ſplendor per Lunæ interpoſitionem auſertur. Non pabula flammis:non ut aleret ſeipſum. Nam ignes cæleſtes humore nutriri primo libro ſuperco uerſu docuimus:Flāmiger an Titan ut alentes hauriat undas. At nox : ſomnum Pompeii commemorat: quod ei occurrit in illa ultima nocte felicitatis. Pars ultima:appoſitio eſt. Felicis:poſt hac enim infelix fuit.
Sollicitos:inquietos. Imagine: ſomno. Pompeiani: quod ipſemet extruxerat. Cornelius tacitus ſic habet: Cum Cn. quoque Pompeium incuſatum a ſenioribus ferunt:quod māſuram theatri ſedem poſuiſſet:nam antea ſubitariis gradibus:& ſcæna in tempus ſtructa fuerat:ſed cōſultum parſimoniæ:quod perpetua ſedes theatro locata ſit : potiuſquam immenſo ſumptu ſingulos per annos cōſurgeret:ac ſtrueretur. Effigiem plebis: imaginem populi Romani.



Io.Sulpitii argumentum in.vii. Lucani Librum.

Septimus ut Magni narrauit ſomnia:plorat
Fata ducis:mox turba omnis ſibi prælia poſcit.
Cenſet idem cupidus facundo Tullius ore.
Dux dat id inuitus:ſcribit tum dira poeta
Prodigia:inſtructas acies:facturaq; ducumq;
Verba ſuis animos:& prælia geſta:fugamq;.
Inuehitur poſt hæc in re ſæuiſſime Cæſar:
Damnans pharſali completos ſanguine campos.

M.ANNEI LVCANI BELLI CIVILIS LIBER SEPTIMVS.

SEgnior Oceano:q̄
lex ęterna uocabat:
Luctificus Titā nū
quam magis æthera contra
Egit equos: curſuq;
polo rapiēte r̄torſit:
Defectuſq; pati uo
luit:raptęq; labores
Lucis:& attraxit nubes non pabula flammis:
Sed ne theſſalico purus luceret in orbe.
At nox felicis Magni pars ultima uitæ
Sollicitos uana decepit imagine ſomnos.
Nam Pompeiani uiſus ſibi ſede theatri
Innumeram effigiē Romanę cernere plebis:

SEgnior Oceano q̄ lex æterna uocabat:Hic ſeptimus continet primo quidem ſomniū OMNI
Pompeii:in quo exiſtimabat ſe Romæ in BON.
theatro eſſe:q; ipſe magnificentiſſimum ædificauerat : & ibi plauſu maximo a populo Romano excipiebatur:deinde quomodo uictus tandem incolumitati ſuorum arma non negauit : magis q̄ conceſſit: poſt hæc deſcribitur pugna commiſſa inter utrunque exercitum:qua tandem uictus Pompeius aufugit:relictis caſtris:poſtremo inuectiones poeta ſequitur : primum contra Cæſarem:q; cæſorum corpora ſepultura prohibuerit. Alteram contra Emathiam : quæ belli ciuilis cladem tandem fecerit. Primum igitur dicit Solem inuitum reuexiſſe diem:quo tam tetrum:ac atrox bellum futurum erat inter Romanos: ubi uniuerſi orbis populi ad internitionem propemodum cæſi ſunt: deinde ſomnium Pompei deſcribit. Segnior Oceano: nunquam inquit Sol magis ſuitus diem reuexit:q̄ hoc tempore cum bellum ciuile ſecuturum eſſet. Quam lex æterna.i.lex:quæ ab æterno poſita eſt Soli. Luctificos equos.i.nunquam magis tardauit luctificum diē .i.qui luctus inducturus erat:pp cędes eorum:qui bello ciuili periere. Aethera cōtra : quia Luna:& cæteri planetæ motus habent:motui ſphæræ cæleſtis cōtrarios. cum enim firmamentum in occidentem feratur:Sol orientem uerſus uergitur. Contra æthera:cōtra ſphæram firmamenti cæleſtem. Retorſit:retro uertit. Polo rapiente.i.quamuis poli:circa quos uertitur firmamentum:raperent Solem : tamen retinebatur contra motum ipſius ſphæræ: & firmamēti. Defectus.i. eclypſim. Raptæq; labores Lucis.i.eclypſis: non q; ita naturaliter obſcuraretur:ſed ne uideret cędem in campis Philippicis futuram. Attraxit nubes.i.tenebras:non nubes,quibus ignem cæleſtē paſceret:ſed ut caput obtegeret:nā ideo nubes trahunt a corporibus cęleſtibus: q; ignea ſunt:& terræ:maris:& aquaꝝ uaporibus alunt:q ex aquis excitant:q; niſi uaporibus alerent:cōſumerentur:& aſtronomice loquit. Non pa.flā.ut recrearet ignes ſuos. At nox feli.at uero nocte in ſomniis Pom.exi

ſimauitq; ſe in theatro, qđ Romæ magnificentiſſimũ cõſtruxerat, magno plauſu totius po. Ro. excipi: & lætitia urbis reuocari: quaſi uictor in patriã rediiſſet. Nox: appoſitiue pars ultima. Felicis uitæ: quia poſt hanc noctẽ oĩa ſemper aduerſa fuerunt Pom. Innumeram effigiem: pro innumerabilis Ro. plebis imaginem. Sollicitos ſom. h. ſollicitudine plenos: non enim ſine ſollicitudine inſtantis belli quieſcebat Pom. Nam Pomp. nam uiſus eſt ſuſcipi a po. Ro. ea lætitia: qua quod antea cum Ro. eques eſſet triumphauit. Pompeiani theatri: ideſt ſui qđ de nomine conditoris Pompeianum appellabatur. Martialis: In Pompeiano dormis Leuine theatro.

Attolliq; ſuum lætis ad ſidera nomen
Vocibus: & plauſu cuneos certare ſonantes.
Q ualis erat populi facies: clamorq; fauẽtis:
Olim cum iuuenis: primiq; ætate triumphi:
Poſt domitas gẽtes: q̃s torrẽs ambit Iberus:
Et quæcunq; fugax Sertorius impulit arma:
Veſpere pacato: pura uenerabilis æq;
Q uã currus ornante toga plaudente ſenatu:
Sedit adhuc Roman⁹ eques. ſeu fine bonoꝝ
Anxia uenturis ad tempora læta refugit:
Siue per ambages ſolitas contraria uiſis
Vaticinata quies magni tulit oĩa planctus:
Seu uetito patrias ultra tibi cernere ſedes
Sic Romã fortuna dedit. ne rumpite ſomnos
Caſtroꝝ uigiles: nullas tuba uerberet aures:
Craſtina dira qes: & imagine mœſta diurna:
Vndiq; funeſtas acies feret: undiq; bellum.
Vnde pares ſomnos populi: noctẽq; beatã?
O felix: ſi te uel ſic tua Roma uideret.
Donaſſent utinam ſuperi: patriæq; tibiq;

SVLPITIVS ℂ Attoli: erigi clamore. Cuneos ſonãtes: multitudinẽ i theatro certati clamare: & plaudere. Facies po. apparentia: & lætitia illa: cum primũ triumphauit e Sicilia: Africaq; reuerſus: Perpẽna: Domitio: & Hiarba uictis. Iuuenis: quartũ. n. & uiceſimũ annum agebat. Iberus torrens: flu. in Hiſpania uelox: & uehemens. Ambit: circuit. Sertorius: Ro. exul: q cũ totã Hiſpaniam ſoſcitaſſet in bella: uictus eſt a Pom. ut diximus libro ſecundo. Veſpere: Hiſpania: & occidente: qui ſub ſtella Veſpere eſt. Aeq;: tam uenerabilis. Pura toga: candida ueſte: & non picta. Quam ornante currus: q̃ triomphali illa: quæ ſtellata palmata: ut fuit. Eques adhuc: ante enim q̃ ſenator eſſet: & ante legitimos annos ẽt Sylla improbante triumphauit. Seu: unde conflatum fuerit ſomnium perſcrutatur poeta: ſiue inquit ꝙ mens animaduertens finem bonorũ & calamitatem futuram conuertit ſe ad elapſam felicitatem. Siue id ſe obtulit ſomnium per cõtrariam ſignificationem: ut lætitia uerteretur in luctum. Siue cum non concederetur ei poſthac Ro. uidere uoluit fortuna: ut ſaltem per ſomnium intueretur. Anxia uenturi: mœſta futura calamitate. Fine: deeſt in. Ad tempora læta: ad priſtinã fortunam. Per ſolitas ambages: per circuitiones: & implicationes: nam ſomnium proprie eſt, auctore Macrobio, qđ uelat ambagibus: cęlat figuris. Sõniũ quid Viſis: ſomniis. Quamquam Viſus proprie eſt phantaſma: quæ inter uigiliam: & adulterinam quietem occurrit. Tulit oĩa: attulit auguria: & fuit prænuntius. Vltra: poſt hac.

Sic: per ſomnium. Dedit: conceſſit: obtulit. Ne rũ. per cõmiſerationem apoſtrophe utitᷣ: inquiens nolite excitare Pom. quia nox ſequens erit ei inquieta: dirisq; imaginibus agitabitur. Nullas tu. hypallage. Craſtina qes: nox ſequens. Dira: inquieta. Diurna ima. his q̃ uidebit in die: uidelicet exercitum ꝓfligatum. Feret: offeret: repſentabit. Funeſtas: funeribus affectas. Vnde: pp qđ. Pares ſom. ſomnia populum: & duc noctem felicem. Vel ſic i ẽt per ſomniũ aut uictũ fugatũ. Donaſſent uti. utinã per diẽ tibi eſſe licuiſſet in urbe Ro. ot populus ſciret te pitoꝝ, amiſſurũq; pariter libertatẽ: ut mutuã iter uos caritatis officia: ut lætitiã: & luctum oſtenderetis.

OMNI BON. ℂ Attoliq; ſuum: quia ſic conſueuerat pó. Ro. cum principes ſuos uideret bene de repu. meritos manuum plauſibus: & uocibus: & laudibus nomen eorum efferre. Cuneos ſo. i. multitudinem clamantem. Qualis erat: qualis tunc fuit: cum ſublimis curru triumphans: cum totius orbis clamore equis albis ueheretur per urbem ad Capitolium: deuicto Mithridate: aut Sertorio. Facies. i. uultus: & habitus populi. Iberus: Hiſpanię flu. a quo Iberia dicta eſt Hiſpania. Et quæcunq; fugax: nam Sertorius hoſtis po. Ro. iudicatus: uniuerſam Hiſpaniam cõtra Ro. concitauit. Aduerſus eum primo miſſus eſt Metellus: deinde Pom. a quo tandem debellatus eſt: nec de Sertorio triumphum egit: quia ciuis Ro. erat: nec de ciue Ro. nulli triumphare licebat: ſed de Hiſpanis: qui eum ſecuti erãt triumphauit. Veſpere pacato: ideſt occidente: in quo eſt Hiſpania. Aeq;: ideſt tam uenerabilis. Romanus eques: quia ante ætatem Africa tota ſubacta triumphauit: nondum enim ad eam ętatem peruenerat: qua ſummũ imperium gerere poſſet: nam uigeſimoquinto anno triumphum egit: cum antea nemo poſſet: niſi poſt trigeſimũ annum per leges triumphare. Adhuc Romanus eques: ideſt nondum ſenatorium ordinem ingreſſus. Seu fine bonorum: cauſas exquirit: quare hoc ſomnium uidit Pomp. cum ſequenti die in tantam calamitatem inciderit: ut profligatus relictis caſtris fugere coactus ſit. dicit triplici ratione hoc potuiſſe fieri. Seu quod ſomnium illud ſollicitum fuerit malis tempora feliciora repetebat. Siue bonorum: quia iam felix Pomp. fortuna ad finem peruenerat. Refugit: ideſt redit ad felicitatem præteritam. Siue per: ſeu ſomnium contraria oſtendit: his quæ futura ſunt. Per ambages ſolitas: quia per ambages ire conſueuit. Contraria uiſis: quia lætum ſomnium uidit: ideo triſtia ſecuta ſunt omnia. Seu uetito: apoſtrophat ad ipſum Pompeium: ſeu fata uoluerunt ut uel hoc modo Romam uideres: quam tibi poſtea uidendam negarunt. Sic: per ſomnium. Nec Romam: nunc conuerſus ad milites Pompeii rogat: ut ſilentium teneant: Pompeium quieſcere ſinant: ut in hac lætitia ſomnii diutius permaneat. Et imagine mœſta diurna: quia diuerſa erit imago diei: ab hac imagine noctis: nam plena cædis: & luctus erit. Vnde pares ſomni: quaſi conqueritur: ꝙ nunquam poſtea huiuſmodi quietem habiturus ſit Pompe. ergo dum licet illum quieſcere permittite. O felix: ſcilicet eſſes o Pompe. ſi ita te uideret Ro. quemadmodum per ſomnum uidebatur. Vel: pro ſaltem. Sic: quemadmodum in ſomniis exiſtimabas.

ℂ Fructum:

¶ Fructum:affectus:uenerationes:& lachrymas. Fati:calamitatis. Vterq;:populus:& tu. Velut moriturus: tanq̃ rediturus Ro.uictor. Semper ſibi conſcia:quæ ſemper continet firmum deſiderium tui non putauit te alibi perit[u]rum. Rati:firmi. Hærere fixum eſſe:& euenire poſſe. Hoc ſcelus:ut te, tuoq; tumulo priuaretur. SVLPITIVS

Quoq;:ẽt. Sic dilecti:tam amati:& culti. Miſto luctu:confuſis lachrymis. Iniuſſus:nõ iuſſus a parentibus: ſed ſponte. Vulgus fœmineum:matronæ. Ceu Bru.fu.Iunium Brutum,qui reges eiecit, uniuerſæ matronæ deplorauere:& per annum luxere. Tela:Cæ.uiolentia. Funera:mortem. Sed dum:non mõ priuatum: & pro feſtis diebus:ſed ẽt feſtis:& qñ Cæ.trũphabit. O miſeri:miſeros eos dicit:qui metu doloris ſignificationẽ cogebantur diſſimulare:& non publice ipſum deplorauerunt. Gemitus edere dolorem hypallage eſt. Vicerat aſtra iubar:lucifero inquit orto:ſtellæ aliæ obſcurabantur. Cum miſto: cum turba ſuperioribus elata uictoriis circunſtetit Pom.& petiit: ut ſignum pugnæ pponeretur. Erat aũt ſignum pugnæ ueſtis purpurea ſiue cruenta:ut ait Appianus. Sed huc ex hiſtoria aliqd afferamus:cum Pom.de diuidẽdis bonis:& honoribus Cæ.& eius exercitus:deq; tabellis ferendis, inimicitiiſq; perſequendis inter ſe certarent:& conſultarent. Cæ. parata re frumentaria:confirmatiſq; militibus tentandum exiſtimauit:quid nam Pom.propoſiti, aut uoluntatis ad dimicandum haberet:ex caſtris eduxit exercitum, aciemq; inſtruxit:paulоq; a caſtris Pom.longius: ut progrederetur ille e caſtris ſuis. Pom.caſtris in colle habitis ad infimas radices mõtis aciem inſtruebat:ſemper ut uidebaẽ expectans:ſi iniquis locis Cæ.ſe ſubiiceret:Cæ.nulla rõne ad pugnã elici poſſe Pom.exiſtimãs caſtra ex eo loco mouere:& paſſim frumentari conſtituit. Signoq; pfectionis iã dato:tabernaculiſq; incenſis aĩaduerſum eſt lõgius a uallo eſſe aciẽ Pom. pgreſſam: ut non in quo loco poſſe dimicari uideret. Tunc Cæ. ad ſuos:cũ iam eſſet agmẽ in portis:differendum eſt inquit iter in præſentia nobis:& de prælio cogitandum.

Trahentibus orbem:mũdũ in perniciẽ impellẽtibus.

Nõ uiſura totum diẽ:peritura ante noctẽ. Tẽtoria: prætorium caſtrorũ. Accenſa tumulto:inflãmata cõcurſu. Admouet:propinquas fecit:& accelerat. Dira ſubit rabies:quiſq; iraſcitur:& prælium cupit.

Vnum Magne diem:quo fati certus uterq;
Extremum tanti fructum caperetis amoris:
Tu uelut Auſonia uadis moriturus in urbe:
Illa rati ſemper de te ſibi conſcia uoti:
Hoc ſcelus haud unq̃ fatis hærere putauit:
Sic ſe dilecti tumulum quoq; pdere Magni.
Te miſto fleſſet luctu:iuueniſq;:ſenexq;:
Iniuſſuſq; puer:laceraſſet crine ſoluto
Pectora fœmineũ ceu Bruti funere uulgus.
Nunc quoq; tela licet paueant uictoris iniq;
Nunciet ipſe licet Cæſar:tua funera flebunt.
Sed dum thura ferũt:dũ laurea ſerta tonãti:
O miſeri:quorum gemitus edere dolorem:
Qui te non pleno pariter planxere theatro.
Vicerat aſtra iubar cũ miſto murmurẽ turba:
Caſtrorum fremuit:fatiſq; trahẽtibus orbem
Signa petit pugnæ: miſeri ps maxima uulgi
Non totum uiſura diem tentoria circum
Ipſa ducis q̃ritur: magnoq; accenſa tumultu
Mortis uicinæ properantes admouet horas.
Dira ſubit rabies:ſua quiſq;:ac publica fata

¶ Quo fa.cet.u.i.ut certes uoluntatis Deorum:q̃ uidelicet Pom.periturus eſſet: & urbis Ro.libertas. Tanti amo.quantus inter utrunq; fuit:nam Pom.reipu.amantiſſimus fuit:& Ro.bene de ſe meritum magna caritate Pom.amplectebatur. Tu uelut:nunc dicit in magna incertitudine utrunq; uerſum eſſe:q̃ etiam maiorem moleſtiam fecit:acrior enim dolor:qui fuerit inexpectatus, atq; improuiſus eſſe ſolet:nam Pom.diſceſſit ab urbe:nõ quaſi non rediturus:immo hac ſpe:ut uictor rediret:& Ro.eum dimiſit:non quaſi non amplius ſuum futurum: immo illum magno deſiderio expectabat. Vadis:diſcedis. Illa:Ro. Conſcia uoti: quia nouerat illa quantũ abs te amaretur:& illud uotum tamẽ erat:ut in patriam uictor redires. Rati:quia cuperes in patria mori. Hoc ſcelus:ut in aliis orbis terrarum partibus uitam tuam finires. Hærere:immotum eſſe. Te miſto fleſſet:ſi in patria inquit uitam ſuam finiſſet Pom.pueri & mulieres illum luxiſſent totum annum: ſicuti fleuiſſe ferunt Brutum. Iniuſſuſque puer:quia pueri non intelligunt cauſam doloris:tamen cum uidiſſent alios flere:& ipſi fleuiſſent. Fœmineum uulgus:multitudo mulierum. Funere Bruti:quia(ſicut Liuius ſcribit) matronæ totum annum luxere Brutum:qui pulſis regibus libertatem populo Romano prius uindicauit. Nunc quoque tela: quia cum etiam procul a patria occubueris:flebunt tua funera. Tela pauent:ideſt quamuis bella mineiur Cæſar:tamen prohiberi non poſſunt:quin te lugeant. Nunciet ipſe:quid dixi licet paueant:ſed flebunt te etiam:dum ſacrificia Diis exhibebunt pro uictoria Cæſaris. Laurea ſerta: ideſt ferent Ioui lauream coronam pro Cæſare: qui coronatus lauro triumphabat. Edere dolo.ideſt comedere.dolor etiam dicitur tunc cum in pectore comprimitur.ut Virgilius:Premit altum corde dolorem. Miſeri:fuerunt:ſcilicet Ro.qui non auſi ſunt tuam mortem o Pom.metu Cæ.deplorare. Vicerat aſtra iubar:nunc declarat quomodo ſe habuerint milites Pom.poſtquam illuxit:dicit enim frequenter ad prætorium populum conueniſſe petentes:ut ſignum pugnæ Pom.proponeret:& iam omnes ita concitati erant ad pugnam:ut contineri non poſſent:ſed negocium Ci. demandatur:qui uerba pro uniuerſo exercitu apud Pom.haberet. Deſcribit autem tempus:quo frequentes milites ad prætorium Pom.conuenerunt:ſimulatque illuxit. Iubar:Solis ſplendor:eo q̃ in iubarum modum ſpargitur. Pars: quia pauci admodum erant qui non in pugnam conſentirent. Fatis trahentibus:quia fata nolebant exitium inferre orbi terrarum. Trahentibus orbem:ſcilicet in perniciem. Totum diem:eodem die multi cæſi fuerunt a Cæ. OMNI BON.

Circa tentoria:ideſt prætorium:nam prætorium proprie dicitur imperatoris tabernaculum. Properantes admo.ut mors appropinquaret:ipſi ruebant in mortem:& prouocabãt:ac ſtimulabant. Dira rabies:ideſt pugnã di ſæuus furor. Publica fata:ideſt mortem:quia pereuntibus Ro.ciuibus etiam reſpu.peribat. Prætoriũ quid

SVLPITIVS ❡Præcipitare:urgere ſine ullo ſui: & publico reſpectu. Segnis:arguebant Pom.ꝙ piger:ꝙ timidus eſſet: & ꝙ gauderet bella protrahere:ut diutius in regno perſeueraret. Nam toti orbi: & etiam regibus imperabat: unde, ut Appianus ſcribit,eum regem & Agamemnona appellabant. Indulgens regno:incumbens imperio. Iuris:poteſtatis. Timent pacem:ne imperiũ,& ius in gentes eſſet depoſiturus. Reges:ut Deiotarus:Ariarathes:& Taxiles. Bella trahi:prælium differri.nam cum ſuperiores numero eſſent:certam ſibi uictoriam pollicebãtur. Hoc placet:cum admiratione conqueritur:ꝙ Dii eos,quos euertere ſtatuerunt,in errorem,& ſuæ culpam calamitatis inducunt. Vertere:aphereſis. Crimen:culpam. Irruimus:ultro imus. Pharſaliæ locus ille perniciouſus:& cõflictus. Eſt uotũ in Põ.caſtris:uehementer optatur. Cunctorũ uoces:omnus Ci.ꝓ omnibus Põ.eſt allocutus. Maximus auctor eloquii: Fabi.ſic ait Dono quodã ꝓuidẽtiæ genitus:ti quo totas uires ſuas eloquẽtia expiret.idẽ: Apud poſteros uero id eſt conſecutus:ut Ci.iã non hominis nomen:ſed eloquentiæ habeatᷓ.
Sub iure:poteſtate conſulari. Togaq;:pacifico conſilio:& iuſtitia. Sæuus:in patriã impius. Pacificas ſecures: conſulatũ.Non.n.ui ſed conſiliis Catilinæ coniurationẽ deleuit:& ipſum eiecit. Pertulit uo.locutus eſt. Iratus bel.ferẽs iniquo animo bella. Roſtra: uñ cõcionaretᷓ ad populũ: aut ſenatui conſuleret. Forũ: ubi cauſas ageret. Miles:q militabat ſub Põ. Facundia:eloq̃ntia ſua firmauit.& perſuaſibilẽ facit cauſam infirmã:nõ enim erãt ſatis ualidæ rationes ad ineundũ certamẽ. Hoc ꝓ tot:ſuadẽs prælιũ Cice. facilemq; uictoriã pollicens:primũ a felicitate argumẽtatᷓ. Adhortaturq; Magnũ:ne fortunã ſuã priſtinã deſerat: inde elicit argumẽta ab auctoritate populorũ:& regũ:& indignitate rei:& pigritiæ fugiẽda:a Deorũ procliui benignitate:a ui:& contemptu fugiẽdo.Cõcluditq; ꝑ ſimplicem cõplexionẽ. Tot meritis:q̃ in te cõtulit. Velis uti ſe.ut utaris ipſa. Proceres:pricipes. Tui:tibi fauẽtes. Affuſi:ſubmiſſi: & genuflexi. Soceꝝ u.ut Cæ.uicatᷓ. Rogamus:ſyllepſis ẽ directa:& deeſt nobiſcũ.

Præcipitare cupit.ſegnis:pauiduſq; uocatur:
Ac nimiũ patiens ſoceri Pompeius:& orbis
Indulgens regno:qui tot ſimul undiq; gentes
Iuris habere ſui uellet:pacemq; timeret.
Nec non & reges:populiq; queruntur eoi
Bella trahi:patriaq; procul tellure teneri.
Hoc placet o ſuperi:cũ uobis uertere cuncta
Propoſitũ: noſtris erroribus addere crimen.
Cladib' irruimus:nocituraq; poſcimus arma:
In Pompeianis uotum eſt Pharſalia caſtris.
Cũctorum uoces Romani maximus auctor
Tullius eloquii:cuius ſub iure:togaq;
Pacificas ſæuus tremuit Catilina ſecures:
Pertulit:iratus bellis:cum roſtra:forumq;
Optaret:paſſus tam longa ſilentia miles.
Addidit inualidæ robur facundia cauſæ.
Hoc pro tot meritis ſolũ te Magne precatur:
Vti ſe fortuna uelis:proceresq; tuorum
Caſtrorum:regesq; tui cum ſupplice mundo
Affuſi:uinci ſocerum patiare rogamus.

OMNIBON. ❡Præcipitare.i. temere euertere. Segnis, pauiduſq; uocatur:& Pom.qui cõſulto bellũ trahebat:modo ignauus:modo belli iperitus:modo timidus dicebatᷓ:ꝙ nõ auderet ipſe ſe cũ pluribus aduerſus Cæ.cũ paucis pugnare. Patiens:aliquando remiſſioni animi tribuebãt:& aliquando ipſum regni cupidũ appellabant. Indulgens regno.i.nimiũ intentus: ꝙ quaſi rex totius orbis diutius eſſe uellet. Sui iuris.i.poteſtatis:pulchrum Pom.uidetᷓ uniuerſum orbẽ ſub imperio ſuo retinere::& id eſt:qđ cũ perficere poſſit bellũ:repugnat. Vndiq;:nam ex pluribus regionibus orbis:populi,ac nationes ad Pomp.uenerant. Pacemq; timeret.i.qui nollet pacem habere:ne priuatus efficeretᷓ. Nec non & re. Tigrãnes rex Armeniæ: Ariobarzanes.Deiotarus. Hoc pla.conqueritᷓ de Diis:ꝙ ipſi ſua fata conuertant in culpã hominum. Crimen .i.culpam:nam error eſt culpa:ſed erramus nos tunc:cũ uolumus id qđ fata uetãt.igitᷓ error eſt:ꝙ in fata noſtra ruimus:tunc cum nos cogitis in pernitiem noſtram ruere:ſed huic errori o Dii culpam addere uultis: ut id noſtri erroris cauſa factum eſſe dicatur. Cladibus irruimus: quia non ipſi noſtra mala concupiſcimus: ideo nobis attribuitur:ꝙ fata uetant. Pharſalia uotum eſt: ideſt exercitum ſuum: quaſi uotum concupiſcere. Pompeianis:ibi.n.pars magna moritura erat Ro.Pharſalia.n.fatalis erat ciuibus Ro. Cunctorum uoces.i.totius exercitus ſententiam. Tullius eloquii:nam ipſe Rom.linguæ princeps ſine dubio perhibebatur: de quo Mar. Hoc tibi Roma caput:cum loquereris erat. Cuius ſub iure.i poteſtate:& conſulatu. Togaq;: quia non armis: ſed cõſilio:& uirtute Catilinam ſubegit cum coniuratis. Sæuus:i impius contra patriam. Iratus bellis:neq;.n.forẽſi:& cauſidico bella placebant. Roſtra:ut poſſet ad populum conciones habere. Forum: ubi cauſas ageret:ſicuti conſueuerat. Longa ſilentia:nam qui modo in ſenatu:modo in foro: modo in concione dicere conſueuerat:& eloquentia ſua magnam laudem conſequi poſſet:indignabatur:ꝙ tam diu miles Pom.factus ſilentium tenuiſſet. Inualidæ cauſæ: bene quia poſcere bellum ciuile turpe uidebatur. Addidit robur cauſæ.i.hanc cauſam minus potentem & honeſtam eloquentia ſua fecit: ut uim maiorem haberet. Hoc pro tot meri.hẽt hæc oratio ſuaſionem:ergo in deliberatiuo genere eſt conſtituta: non utitur procemio:quia ſatis auditorum animi parati erant ad audiendum:ſed probat tantũmodo: ꝙ intendit:uidelicet pugnam eſſe ſuſcipiendam. primo quidem probat a facili: cum dicit fortunam ipſam rogare:ut ſeipſa uelit uti Pom. Eſt autem argumentum ſumptũ ab attributo perſonæ:uidelicet a cauſa: in quo conſideratur: quid euenit: quid euenerit: & quid euenturum ſit: quid eueniet Pom. nam quia ſemper uicit: igitur nunc quoq; uincet: fortuna ergo principium ſuum ſequetur.
Fortuna pre.hoc ꝓ me.quia bene merita eſt de te fortuna: & feliciter tecũ egit. Vti ſe:quia ſemper tibi fauit: ideo uelis uti ſe:ipſa te poſtulat. Proceresq; tuorum:eſt argumentum ab auctoritate:in quo probat laudabile eſſe:ut hãc pugnam ſuſcipiat:quam oẽs reges:oẽs nationes:deniq; uniuerſus orbis terrarum probat:ergo ſi omnes conſentiunt:non debes tu ſolus reſiſtere. Proceres:ſenatus:populuſq;. Affuſi.i.proſtrati pedibus tuis.

❡Humani:

¶Humano:a rei indignitate locus. Merito eſt indignum:non iniuria cenſetur iniquum. Vincere lente:non accelerare uictoriam. Gentibus ſubactis: te tranſcurrente. Argumento a maiori ad minus: hoc eſt cum tranſcurrendo: perſequendoq́ Mithridatem multas uiceris nationes: ut Iberos: Albanoſq́: & adiacentes Boſphoro ad Tanaim uſq́. Ingrate:qui tot uictorias a Diis accepiſti:nūc deſperas. Feruor:magnanimitas. Cauſam: quæ iuſta eſt. Credere:committere Deorum poteſtati. Signa:aquilas. Proſilient:incurrent in hoſtes. Pudeat uiciſſe coactum:cogeris uincere cum tuo dedecore. Si duce te:argumentatio neceſſaria.ſi ſenatus inquit creauit te ducem:& bella gerunť pro publica libertate:habeat uis ſenatus cōſerendi prælīū arbitrio ſuo:uel te inuito. Iuſſo:a ſenatu. Nobis:in publicū uſum. Cōcurrere:pliari. Quid mundi:illū uiuere finis:quē oēs cupiūt mori. Vibrāt:quatiūt in Cæ. Vix ſigna: maxima eſt omniū pugnandi auiditas. Propera:ad uictoriā. Ne te tua:ne te cōtempto milites prælīū ineant. SVLPITIVS
Scire ſenatus:ſimplex complexio eſt:cuius altera delecta concluditur eſſe pugnandū:nam ꝙ ſenatus militet ſub Pom.non fatebimur.Si fatemur:erit dilēma:& nō cōplexio. Rector:Pom. Eſſe dolos: uidelicet:ꝙ pugna tā acriter poſceretur. Si placet hoc:clam imprudentiæ accuſat exercitum:culpam in Deos trāsferens: excuſanſq́ ſe, & oſtendens potuiſſe ſine ſanguine: & ſola fame hoſtem ſuperari:qui quidem in eam deſperationem iam uenerat:ut mori pugnando optaret: Cæſa.uero metu maloꝝ non magnanimitate eſſe ducem ait.Sceluſq́ eſſe cōmittere fortunæ certam uictoriam: inde conqueritur pluribus:optatq́ mori:eo ꝙ tāta cæde peracta:is qui uictor erit:efficietur infamis: qui uictus calamitatibus affligetur. Tempus:hoc negociū in quo uerſamur. Milite:ut militis:non ut ducis officium agat. Nil morabor:pebo uobis: nec ſpediā fata.

Humano generi tam longo tempore bellum
Cæſar erit? merito Pompeium uincere lente
Gentibus īdignū eſt a trāſcurrente ſubactis.
Quo tibi feruor abit? aut quo fiducia fati?
De ſuperis ingrate times? cauſamq́ ſenatus:
Credere diis dubitas? ipſæ tua ſigna reuellēt:
Proſilientq́ acies. pudeat uiciſſe coactum.
Si duce te iuſſo:ſi nobis bella geruntur:
Sit iuris quocunq́ uelint cōcurrere campo.
Quid mūdi gladios a ſāguīe Cæſaris arces?
Vibrant tela manus: uix ſigna morantia qſq̄
Expectat:propera: ne te tua claſſica linquāt.
Scire ſenatus auet: miles te Magne ſequať:
An comes.ingemuit rector:ſenſitq́ Deorum
Eſſe dolos:& fata ſuæ contraria menti.
Si placet hoc inquit cūctis:ſi milite Magno:
Nō duce tēpus eget:nihil ultra fata morabor.

¶Humano generi:arguit a uindicatione: quia æquū eſt ut patriæ expugnatores uindicentur:nunquid inquit aliquando ſupplicium ſumetur de Cæſ.qui ſolus eſt perturbator totius pacis. OMNIBON. Merito:arguit ab attributo perſonæ:in quo fatis attribuit nomen:natura diſpoſitionem ſiue effectum:habitum præſidum:conſilia:fata:caſus:& orationes.In cauſa cōſideratur quid euenit ut uiciſti ſemper:ergo nunc eueniet:ut uincas.nam ſi orbem terrarum uiciſti tranſcurrendo:quanto facilius nunc uincere poteris:cum omnes te ſequantur:ideo autem tranſcurrendo:quia dum Mithridatem inſequeretur:uicit Iberos: Albanos: & gentes omnes: quæ adiacent Boſphoro uſque ad Tanaim. Tranſcurrente: dignum eſt enim cum tranſcurrendo ſubegeris orbem terrarum:nunc uelis bellum protrahere. Lente: nam gentes iraſcuntur ſi uis uincere tarde. Quo tibi feruor:nunc arguit a fortitudine:quia ſi fortis eſſes:ſicuti antea conſueueras: magnanimus eſſes:& iam diu uiciſſes. Fiducia fati.i.fortunæ. Times:cum ſemper Dii tibi fauerint.nunc uero times.
Ipſæ tu.ſi.nunc a neceſſario: neceſſe eſt enim:ut ſignum pugnæ militibus proponas:nam niſi hoc feceris ipſi ſua ſponte:ſumptis armis in aciem uenient:& contra Cæ.pugnabunt. Reuellent:reſignent. Proſilientq́: ſcilicet de caſtris:ideſt explicabuntur aduerſus hoſtem. Pudeat uiciſſe coactum: ut dicant te coactum a militibus tuis obtinuiſſe. Si duce te iuſſo:quod ſi pugnare prohibes:ſenatus ipſe auctoritate ſua militibus arma concederet: id enim eſt; quod ſenatus ſcire cupit:comes ne tibi ſit:an miles. Iuſſo:a ſenatu:non enim dux eſſes: niſi ſenatus iuſſiſſet:ergo quod iuſſit ſenatus:id etiam in eius poteſtate eſſe debet. Nobis:ideſt libertati noſtræ. Bella geruntur: ut libertatem noſtram uindicemus: non autem tuo imperio: ſed auſpicio noſtro bella geris.
Iuris:poteſtatis noſtræ:hoc uidelicet. Concurrere campo: ideſt manum cum hoſte conſerere in quocunque campo. Quid arces:quid arcere tentas:nunquid te exiſtimas tantum poteſtatis habere:ut tenere poſſis totius orbis terrarum animos:ne ſuam ulciſcantur iniuriam. Vibrant tela manus:paratæ ſunt:ut tela in hoſtes reipubli.torqueant. Vix ſigna:& nemo eſt:qui expectare poſſit moram pugnæ:niſi tu ſignum propoſueris: propterea quia neceſſarium eſt hoc:quia poſt hac te inuito:contra hoſtes procedent:& pugnam inibunt. Scire:hoc eſt qd' ſcire cupit ſenatus: nunquid ſit tuus miles: an comes: comes eſt potius: non enim tibi ſubditus eſt:ſed ſponte ſua tibi imperium tradidit: & ſalutem reipublicæ demandauit. Ingemuit: ſub hanc Ciceronis orationem dicit non tenuiſſe gemitum:quaſi ſentiret fatum imminens:qd' ſuo conſilio reſiſteret:nam ipſe conſilium tuum ſequebatur: cum exercitum ſine cauſa nollet imponere bellis. Si placet hoc: beneuolentiam a perſona aduerſariorum ſumit: quos in odium adducit: quia confidenter eos facere oſtendit: ꝙ uelint temere cum hoſtibus pugnam conſerere: cum nulla neceſſitas cogat. Si milite magno: ſi uultis me tanquam militem: & non tanquam ducem ueſtrum: eſto: ſed tamen tempus requirit: ut ducem habeatis. Nil ultra: ſcilicet conceſſio color: quæ fit quoties aliquid ita concedimus: quod concedendo magnopere negamus. Virgilius: Nunc ingratis offerre te irriſe periclis. Non duce: ſi tempus huiuſmodi eſt: ut multos duces habeatis Pompeio præſtantiores:& tali ductore uobis minime ſit opus. Inuoluat populos: dicit hanc pugnam: ſi ſuſcepta fuerit: futuram exitium orbis terrarum:ergo quod concedit:magnopere negat.

SVLPITIVS

❡Inuoluat:euertat humanum genus. Nouiſſima:ultima. Magnæ parti:quæ peribit. Accepiſſe:non conſtituiſſe:ſed ab ꝑliis conſtitutum accipere. Potuit ſtare tibi nullo uulnere:potuiſti abſq; ſanguine uincere. Stare: conſtare. Captiuum:captum. Subactum:ſubiugatum Cæ.exercitus traditione pax ſequebaſ. Quis fu.o cę. eos ab imprudentia,immanitateq; arguit:nam in bello ciuili refugienda eſt cruenta uictoria:dandaq; opera: ut ſine cęde uincaſ. Abſtulimus ter.rõnes:quibus uictoria certa uidebaſ:aperit. Abſtulimus ter.fugauimus eos. Excluſimus:expulimus:nam uictus eſt. Toto:qm̃ plurima noſtra claſſe teneſ. Ieiuna:eſuriẽtia:& famelica.

OMNIBON. ℭ Quæ preſſo tremat: nã alii tremẽtibus manibus hoſtẽ feriebãt. Alii aũt audacter, & uehemẽtius pugnam gerebãt: nã cũ ciuis in ciuẽ: aut frater in fratrẽ: filius in patrẽ figeret telũ: pietate pectora cõcuſſa tremorẽ mãibus inducebãt: nõ. n. tãtũ nefas animi ſuſtinebãt. Preſſo. ſ. in corpora ſuorũ. Lãguida tela: ꝓpe e manibus cadẽda. Cõtẽta: directa tela. Iubẽti. i. ipſi Cæ. cũ iuberet: & hortaret milites i hoſtẽ cõſpiciebat: qs nã impe rio ſuo peret: & qs etiã torperet. Quis uultũ c. p. M. q cũ ciuis ciuẽ occidiſſet: deinde pœnitentia ductus: toto uultu pallore pfuſus: oſtẽdebat pœniteſ. Obit: circuit. Vulnera multorũ: nũc dicit oppoſitione manuũ Cæ. ipſum cõpreſſiſſe ſanguinẽ multorũ: ut uiuerẽt tantiſp quo ad hoſtes uincerẽt: nã ſi totus cruor effunderet: ultra ducere non poſſent. Quacunq; uagat: Cæ. nunc Marti: nunc Bellonæ cõparat: non aliter Cæ. ſuos ad bellũ incitabat: q̃ Mars: ſiue Bellona icitare ſolet Palladẽ ægiferã: hãc etiã Deã belli uoluere poetæ. Sanguineũ flagellũ. i. cruentũ: utpote belli inſtrumẽtũ. Biſtonas: populos Thraciæ: qui bellicoſi ſunt: & ẽ accuſatiuus græcus Biſtõ: Biſtonos. Sæuo uerbere. i. flagello. Currus. i. equos currui iunctos. nã nõ currus ſed eq turbabant: uiſa Gorgone: cuius caput in ægide geſtabat a Pallade: nã ægide clypeo utebat Pallas & Iuppiter: ideo ægis louis ſiue Palladis dicitur: q pelle Amaltheæ capræ tectus erat. nam αἶξ αἰγός capram ſignificat: nã ſicut in fabulis legit: ut im tanti terroris habebat caput Meduſæ: ut ſiqs illud aperte uideret: ſtatim in ſaxũ cõuertebat: nunc dicit: quẽadmodũ Bellona ægide territos pugnãtes excitat ad pugnã: ſic Cæ. ſiqs ex ſuis cogitaſſet ſe in fugã uertere: in pugnã cõuertebat. Aegide palladia. i. Clypeo Palladis in quo caput Meduſæ. Nox ĩgens ſcelerũ: dicit ibi pmixtos fuiſſe uiros: ut nõ facile diſcernerent: utri Pom. eſſent: utri Cæ. Nox. i. cęcitas: & ignorãtia ſcelerũ. Inſtar gemitus: qa gemitus ita effundebãt: ut uoces imitarent. Põdere lapſi pectoris: imitatus eſt Homerũ hoc loco. q deſcribit cadẽtẽ uulnere: ut ipſo cadẽte arma ſup eũ reſonẽt. Cõfractiq; enſi. en. enſibꝰ enſes colliſi reſonabãt. Ipſe manu: & ſi forte Cæ. uidiſſet e manibus ſuorũ cecidiſſe gladios, ſubminiſtrabat eis: ne interea a pugna deſiſterent. Aduerſoſq; iubet: licet multa fingant a poeta: tamẽ ſequit hiſtoriã: nã tãgit id: qd re uera fuit: uidelicet comantiũ iuuenũ uultus: pilis per galeas uulnerari iuſſit Cæ. ſed iuuenes: q erãt formę ſtudioſi: ſtatim in fugã cõuerſi ſunt. Cõtundere: cõſtringere: diſſipare. Impellit terga ſuorũ: ſi quẽ uidiſſet fugientẽ cõprehenſum: uertebat in pugnã. Verbere cõuerſæ: ſi quẽ ſegnius pugnãtẽ uidiſſet cuſpidẽ manu capiens: extremitate haſtæ, eũ pulſabat: ut ad pugnã excitaret. Ceſſantes: ſegnius pugnãtes. In plebem uetat ire manum: nec uolebat plebeios Romanos ferro inuadi: ſed ſenatores: atq; patricios: ibi enim uictoriã cõſiſtere uidebat. Mõſtratq; ſenatũ: ſcilicet: ut trucidẽt ſenatores: immo Cæ. (auctore Appiano) acies diſcurrere: & a Romanorũ cæde omnes tẽperare iuſſit: ſolũ ad ſociorũ manus afferre: uictos deinde ꝓpius admoniti: intrepidos manere admonet. Sit cruor imperii: ſcit ipſe quorũ cruore effuſo imperium ſit cõſecuturus: uidelicet nobilitate cæſa. Vnde: idest a quo cruore. Libertas ultima mundi: & ſic in qua acie ſenatores conſtituti ſont: uidelicet in media: quibus cæſis libertas peribit. Libertas: idest ſenatores: in quibus ſpes omnis libertatis poſita erat. Permixta: ſcilicet impellente Cæ.

Secundo ordine: equeſtri: nam prius ordo ſenatorius eſt: ſecundus uero equeſtris: tertius plebeius. Credunt Lepidos: nam ibi Lepidi: Coruini: Metelli: Torquati cæſi fuere. Metellos: qui de gente Metellorum erant.

Biſtonę qui

ℭ Torquata:

SVLPITIVS

¶Torquata: Torquati ab eo T. Mallio primũ denominati ſunt: qui torquẽ Gallo prouocanti ademit. Regũ: principũ. Summos hominum: reges. Te: o Pom. Illic: inter hos inquit erat Brutus caſſidem plebeiam indu/tus: ne noſceretur: & poſſet Cæ. inuadere tutius: ſed id facere non potuit. Hic autem cũ iam fracti eſſent Põpeiani: Pompeiuſq; fugeret ꝑ paludẽ noctu euaſit: Lariſſamq; ſe recepit: ut ſcribit Plutarchus. Eiuſq; ſalute Cæ. læta/tus: cũ ad ſe uenire iuſſiſſet: & ueniã ei dedit: & honoribus eſt ꝓſecutus: ab eoq; intellexit: quo Pom. fugere cõſti/tuiſſet. Illic: inter Põpeianos. Decus imperii: ideo decus: & ſpẽ ipſum appellat: quando hic M. Brutus una com Caſſio paucos poſt annos Cæ. interemit. Tanti gñis: ortus. n. erat a Iunio Bruto: qui Tarquiniũ regẽ eiecit: & interemit. Ne rue: ad Cæ. occidendũ. Theſſalia pe ritu. tua: in qua pugnabis itẽꝝ contra Auguſtũ: & mo/riens: noli tibi nũc mortẽ accelerare. Ante: q̃ tp̃s po/ſtulet. Philippos: Philippi: oppi & cãpi i Thracia. ſunt tñ qui uoluerunt in Theſſalia eſſe pp uicinitatẽ. Fata les: in quibus es periturus. Admoueris: ꝓpinquos fe/ceris. Intentus iu. conans occidere. Iſtic: in Pharſalia.

Corninoſq; ſimul: Torquataq; nomina regũ:
Sæpe duces: ſũmoſq; hoĩum te Magne remo
Illic plebeia contectus caſſide uultus: (to.
Ignotuſq; hoſti: quod ferrũ Brute tenebas?
O decus imperii: ſpes o ſuprema ſenatus:
Extremum tanti generis per ſæcula nomen:
Ne rue per medios nimiũ temerarius hoſtes:
Nec tibi fatales admoueris ante Philippos:
Theſſalia periture tua: nil proficis iſtic.
Cæſaris intẽtus iugulo: nondum attigit arcẽ
Iuris: & humanũ culmẽ: quo cũcta premũt:
Egreſſus meruit fatis tam nobile letum:
Viuat: & ut Bruti ꝓcumbat uictima: regnet.
Hic pñiæ perit oẽ decus: iacet aggere magno
Patricium campis non miſta plebe cadauer.
Mors tñ eminuit clarorum in ſtrage uirorũ
Pugnacis Domiti: quem clades fata per oẽs
Ducebant. nuſquam Magni fortuna ſine illo
Succubuit: uictus toties a Cæſare ſalua
Libertate perit: tunc mille in uulnera lætus
Labitur: ac uenia gaudet caruiſſe ſecunda.
Viderat in craſſo uoluẽtem ſanguine mẽbra

Nõdũ attigit arcẽ: nõdum perpetuus dictator eſt fa/ctus: nondum reꝝ potitus eſt euerſo iure Cæ. Nondũ egreſſus: qui nondũ ſuperauit. Culmẽ. i. ſummã pote/ſtatẽ Ro. imperii: q̧ toti orbi dominat̃. Tam no. letũ: honeſta mano Bruti oune in Theſſalia occobuiſſet: ſed quia in ſenatu ab eo occiſus turpiter periit. Victima: hoſtia pro publica ſalute a Bruto mactata. Oẽ decus: oẽs nobiles. Patricium cada. ſynecdoche. Plebe nõ miſta: ſeparati. n. erant a plebeis patricii: qui circa Pom pe. pugnabant. Mors tñ emi. excellentior tñ inter cæ ſos fuit Domitius. Eminuit: conſpicua fuit. Domi/ti: apocope pro Domitii: qui fuerat ad Corfiniũ a Cæ. dimiſſus: & ad Maſſiliam ſuperatus. Pugnacis: fortis. Oẽs clades: oia mortis gña: oẽſq; pugnas. Nuſquã Ma. for. nullibi uicti ſunt ſine Domitio Pom. Salua libe. liber adhuc: & ante q̃ libertas publica periiſſet. Se cunda uenia: prima. n. Corfinii conſecutus ab eo audi/uerat: Viue licet nolis: & noſtro munere dixit Cerne di em. Gaudet: q̧ moreret̃: ne uita iteꝝ donaret̃. Sol uentẽ mẽbra: Domitiũ pereuntẽ: & extẽdentẽ mẽbra.
¶Noia tor. re. i. principum Ro. non q̧ reges fuerunt: nã Torquatus fuit: q occiſo Gallo torquem: quo ſpolia uit hoſtem: collo ſuo impoſuit: & a torque eſt appellatus Torquatos: & gens ois familiæ Torqoata. Duces. ſ. cedunt. Remoto. i. non uulnerato Pom. qui perſpecta militum ſuoꝝ conuerſione: mente collapſus ab exercitu ſeceſſerat: & in tabernaculum delatus aliquandiu ſine uoce perſtitit. Illic ple. nam cum uideret iam Brutus ad Cæ. inclinatam eſſe uictoriam: cogitabat de occidendo Cæ. in acie: ſed res non ceſſit. Quod ferꝝ. q. d. laudabi le. O de. impe. hoc dicit quia Brutus non degenerauit a maioribus ſuis: qui exactis regibus: in libertatem patri/am uindicarunt. Extremum tanti generis: quia ultimus fuit de gñe Brutoꝝ: qui Romę conſulatum gereret: & principatum teneret. Nec tibi fa. nec uelis in campis Philippicis ante tp̃s mori: hoc dicit quia poſt occiſum Cę. cum Anto. ſuſcepiſſet ultionem occiſi Cæ. & Cæſ. Octaoius coniunctus eſſet & Anto. Brutus: & Caſſius cõpara tis exercitibus pro rep. & libertate Ro. aduerſus eum pugnarunt in campis Philippicis: ubi tandẽ uictis partibus reip. Brutus occubuit. Fatales Philip. i. fata: quæ te in campis Philippicis manent. Nil ꝓ. i. cogitando mortem Cæ. ſed res non ſuccedet. Nondum at. ar Iu. Cæ. nondum uenit ad ſummam ꝑtãtem dictaturæ. Humanũ col. i. humanum honorem: & ciuicam conditionem. Quo. ſ. imperio cuncta ꝑmuntur. Nobile le. oam mors nobi lis aut ignobilis dr̃: ꝑ qualitate occidentis: nã turpe eſt ab ignauo occidi: ſicut decoꝝ eſt a uiro forti. Et ot Bru. ꝓ. u. nam ipſe princeps coniurationis fuit: qua Cæ. poſtea in ſenatu. xxiii. uulneribus confoſſus eſt. Hic: ubi cæſi ſunt ſenatores. Domiti: pro Domitii. ut urbem Patauii ꝓ Patauii: finæreſis eſt. Quem cla. fa. & q̃uis bellicoſus eſſet: & magnanimus Domitius: tñ ſemper aduerſa fortuna uſus fuit: quia captus a Cæ. uita donatus fuit. For tuna ſuc. nunq̃ Pom. aduerſa fortuna oppreſſus eſt: quin comitem habuerit Domitium. Victus to. nam uictus fuit Corfinii: & Maſſiliæ: & a Cæ. uita donatus. Salua li. hoc illi inſtar felicitatis fuit: ut liber potius moreretur: q̃ ſeruus oiueret. Tunc mil. uul. inter innumerabiles cæſos labitur. Secunda uenia: quia captus a Cæ. donatus eſt uita: deinde ad Pom. ſe recipiens in bello non ſecundam ueniam expectans pro libertate Ro. mori uoluit. Ce/cidere hoc in prælio ab utraq; parte (ut Appianus inquit) Italoꝝ quidem (non. n. ſocioꝝ copiæ ob multitudinẽ, contemptumq; annumerantur) e Cæ. primum exercitu turmaꝝ ductores ad numeꝝ triginta: armati ducenti: ut alii ſcripſere mille ac ducenti. E Pom. uero partibus Senatores decem: quorum e numero fuit L. Domitius olim Cæ. in Gallia ſucceſſor deſtinatus: de quo nunc loquitur Lucanus. Eqoeſtris uero ordinis ad quadraginta ex il/luſtrioribus. Ex reliquo autem exercitu: qui rem in maius extollunt: quinq; ſupra uiginti millia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius Pollio: qui ſub Cæ. militauit: in ea pugna ſex millia ex Pom. ſolum interiiſſe ſcribit.

OMNIBON.

SVLPITIVS

Increpitans:inclamans. Succeſſor:qui fueras deſignatus:ut mihi in Gallia ſuccederes. Spiritus pulſans pectora:anima pulmonem commouens illi ſat fuit in uerba enunciãda. Reſoluit:loquens apparuit. Non te funeſta:antequã uictor ſis:& dum euentus belli eſt dubius:& tu es Pompeio inferior tranquillo animo e uita decedo præſertim quia liber. Non potitum:qui non es conſecutus. Funeſta mercede:præmio funereo.nam non dum uicistit adhuc uiuit Pompeius. Sed dubium:quia es incertus:an uincas:pereo libenter ſub duce Pompeio. Subdactum:uictum. Datorum pœnas:paſſurum. Denſæ tenebræ:morientium oculis tenebræ oboriuntur, ut libro tertio:Mortiſq; illas putat eſſe tenebras. Vir. In æternam clauduntur lumina noctem. Impediſſe pudet:in totius humani generis calamitate complorimorum mortem deflere pudet:& uulnerum diuerſitates explicare nõ uacat. Cecidere hoc in prælio ab utraq; parte italorum quidem:non enim ſociorum copiæ ob multitudinem contemptũq; numerabantur: e Cæ. primum exercitu turmarum ductores triginta: Satmati ducenti:ut alii ſcripſere:mille & ducẽti.ex Pom.partibus ſenatores decem:inter quos Domitius fuit equeſtris ordinis: ad quadraginta ex illuſtrioribus;ex reliquo autem exercitu:qui rem in maius extolũt quinq; ſupra uiginti millia cecidiſſe aiunt. Cæterum Aſinius Pollio qui ſub Cæſ. ea in pugna militauit:ſex millia ex Pom.exercitu periiſſe ſolũ ſcribit:ut refert Appianus: Cæ. uero non amplius ducentos in eo ſe prælio deſiderasse:& centuriones circiter.xxx.Ex Pom.exercitu millia undecim cecidiſſe : in deditionem ueniſſe amplius millia quattuor & uiginti. Viſcera:te corpus. Vitalia: epar:cerebrum:cor. Ore quis aduerſo quis enſe ori immiſſo perierit. Corruat ictu:ſtatim ut percuſſus eſt cadat. Steterit dum membra cadunt:non ceciderit : dũ truncatur manus:aut brachium. Tranſmittat tela pectore: qui a tergo uulneratus pectus ferro penetratum habuerit. Campis: in terram. Quis cruor:pudet etiam dicere:qui accepto uulnere ueluti per fiſtulam cruorem emiſerit:& hoſtis arma irrigauerit. Vt poſſit:ſine crudelitatis infamia. Longe mittat :abiiciat longius ne fratris truncus agnoſcatur. Probet ſpectantibus: oſtendat ſe non patrem:cuius ora iam lacerauerat : ſed quempiam alium iugulare.

Cæſar:& increpitans iã Magni deſeris arma
Succeſſor Domiti:ſine te iam bella gerũtur.
Dixerat:aſt illi ſuffecit pectora pulſans
Spiritus in uocẽ:morientiaq; ora reſoluit.
Non te funeſta ſcelerum mercede potitum:
Sed dubium fati Cæſar:generoq; minorem
Aſpiciens: ſtygias Magno duce liber ad umbras:
Et ſecurus eo:te ſæuo Marte ſubactũ:
Pompeioq; graues pœnas: nobiſq; daturum
Cum morior ſperare licet.non plura locutũ
Vita fugit:dẽſæq; oculos preſſere tenebræ.
Impẽdiſſe pudet lachrymas in funere mũdi
Mortibus inumeris:ac ſingula fata ſequentẽ
Quærere letiferũ per cuius uiſcera uulnus
Exierit:qui fuſa ſolo uitalia calcet:
Ore quis aduerſo demiſſo faucibus enſe
Expulerit moriens animã:qs corruat ictu:
Quis ſteterit dũ mẽbra cadũt:qs pectore tela
Trãſmittat:uel quos cãpis affixerit haſta:
Quis cruor emiſſus perruperit aera uenis:
Inq; hoſtis cadat arma ſui:qs pectora fratris
Cędat:& ut notum poſſit ſpoliare cadauer:
Abſciſſum longe mittat caput:ora parentis
Quis laceret:nimiaq; pbet ſpectãtibus ira:

OMNI BON.

Increpitans:uerbis inſultans. Domiti:uocatiui caſus eſt a media correpta. Deſeris arma:ſcilicet moriendo. Aſt illi ſuffecit moriar,inquit, & ob ſolatium mecum porto:quod ante moriar q̃ te uideam obtinuiſſe uictoriam.& inde ſperare licet te pœnas magno daturum eſſe ſceleris huius:& impietatis. Dubium fati:incerto exitu belli. Cum:pro quamuis moriar. Nõ plura locutum:hæc fatus erat:cum ſtatim ſpiritus:& uita e corpore exceſſit. Virg.In æternam clauduntur lumina noctem. Preſſere:ideſt clauſere. Impendiſſe pudet lachrymas:quia ſpecialiter cœperat deſcribere mortem huius Domitii:nunc dicit pudere ſe,cum clades ad uniuerſum prope terrarum orbem pertineant, ſingulorum cædem deplorare. Singula fata:ſingulorum mortes. Quærere.i.inquirere diuerſorum:& qua quiſq; morte occiſus fuerit:uidelicet q alius tranſfixus fuerit ferro:alius infuſa ſui ipſius inteſtina pedibus calcauerit :alius autem terrã ore momorderit:& multa ac uaria genera leti:quæ in hac clade uidere licuit. Vulnus:ideſt telum: ſicut Virg. Illum ardens infeſto uulnere Pyrrhus Inſequitur. Ore quis aduerſo:quod ex aduerſo oris gladius fauces tranſfixerit : & moriens animam cum ſanguine emiſerit. Demiſſo faucibus enſe : ideſt tranſfixo per fauces. Quis corruat ictu:ſcilicet uno ictu accepto lapſus. Quis ſteterit : pudet ſcribere : quis truncus abſciſſus adhuc ſtet. Pectore tela : ideſt in pectore tranſfixus ſit. Vel quos campis : nonnulli etiam telis tranſfixerant : ut terræ figerentur. Quis cruor emiſſus : & pudet dicere cuius ſanguis per uenas : tanquam per fiſtulas exierit. Fiſtula proprie dicitur canalis plumbeus:per quem unda longe ingreſſa fertur. Pectora fratris:pudet ſcribere:quod frater abſcindat caput fratris,& abiiciat: ut inde poſſit corpus fratris ſpoliare armis. pietas enim non ſuſtinuiſſet:ſi faciem fratris uidiſſet:ut illum armis ſpoliaret. Lõge mittat:ideſt abiiciat procul. Ora parentis Quis laceret:& cum corpus paternum filius laceret:crederet nec illum patrem eſſe : nec ille hunc filium.non enim natura patitur : ut filius patrem occidat. Spectantibus ira: ut qui uiderent in hac clade tantam iram non exiſtimarent in pectore filii accidere poſſe:ut patrem laceraret. ideo Perſæ cum graues pœnas per leges ſanxiſſent inter eos : qui ingrati fuiſſent:nullam legem parricidii tulerunt:& cum quæreretur:quid ita impune uolebant eſſe parricidium:reſponderunt:Naturam pati non poſſe:ut filius patrem occideret:ſed ſi occideret:diligentius intuentes inuenirent: re uera illum non fuiſſe filium. Nulla ira in qua occidit patrem.

Fiſtula quid

Nulla

¶ Nulla mors: non decet: ut querelis ſingulos proſequamur. Vacamus lugere: uacui ſumus ad lugendum. Iſtæ partes: iſtam formam pugnæ. Quas aliæ: ut Cannenſis: Allienſis: & Trebiana. Illic: in aliis cladibus. Per fata: per mortes. Per populos: quot enim milites illic ceciderunt: tot hic populi. Ibi: in pugna pharſalica. Sanguis Achæus: Græci ipſi. Ponticus, Aſſyrius: idest Ponticæ gentes: & Aſſyriæ. Cunctos hærere cruores: ingentem Romanorum cædem eo indicat argumento: quod hærentem ſanguinem barbarorum cruor ille impulerit. Torrens: copia Romani cruoris fluentis. Acie: pugna. Ferrent ſua ſæcula: illa tempora pati poſſent: nam antea Punicis: & modo Syllanis: & Marianis præliis erant attrita. Quod perit: libertas etiam poſteritatis. Proſternimur in totum æuum: ſubiugamur enim cum omni poſteritate in ſeruitutem perpetuam. SVLPITIVS

Q uē iugulat nō eſſe patrē: mors nulla q̄rela
Digna ſua ē: nulloſq; hoſum lugere uacam⁹:
Non iſtas habuit pugnæ Pharſalia partes:
Q uas aliæ clades: illic per fata uirorum:
Per populoſ hic Roma perit: qđ militis illic:
Mors hic gētis erat: ſāguis ibi fluxit Achæ⁹:
Ponticus: Aſſyrius: cunctos hærere cruores
R omanus: campiſq; uetat conſiſtere torrens:
Maius ab hac acie: q̄ qđ ſua ſæcula ferrent
Vulnus habēt populi: plus eſt: q̄ uita: ſaluſq;
Q uod perit: in totū mundi ꝓſternimur æuū:
Vincitur hinc gladiis oīs quæ ſeruiet ætas
Proxīa qd ſoboles: aut qd meruere nepotes
In regnū naſci? pauidi num geſſimus arma?
Teximus aut iugulos? alieni pœna timoris
In noſtra ceruice ſedet: poſt prælia natis
Si dominū fortuna dabas: & bella dediſſes.
Iam Magnus tranſiſſe Deos: Romanaq; fata
Senſerat infelix: tota uix clade coactus
Fortunā damnare ſuam: ſtetit aggere campi
Eminus: unde oēs ſparſas per Theſſala rura
Aſpiceret clades: quæ bello obſtāte latebāt.
Tot telis ſua fata peti: tot corpora fuſa:

Proxima: querela a rei impeſtiuæ indignitate. In regnum: ut ſeruiant. Pauidi non geſſimus arma: non quid timide pugnauimus. Teximus iugulos: recuſauimus pro patria mori. Alieni timoris: eorum qui ſub Pompeio erant. Sedet in ceruice noſtra: ſubiugant nos: luimus pœnas timiditatis illorum. Dabas dominum: ſubmittebas Cæſaribus nos: qui poſt hanc pugnam nati ſumus: cum etiam pugnare non conceſſiſti. Infelix: quia uictus. Tranſiſſe Deos: deſcendiſſe a ſe ad Cæſarem. Vix tota clade: etiam accepta tanta calamitate: uix ſuæ fortunæ maledicere potuit.

Aggere: colle. Clades: ſtragem hominum. Quę bello obſtante latebant: quæ propter pugnantes uideri non poterant. Sua fata peti tot telis: quod omnes hoſtes mortem eius appeterent.

¶ Mors nulla querela: & ut ſummatim dicam: nulla mors meretur propriis lachrymis deplorari: & ſi quis hoc facere uellet: nimium temporis conſumeretur. OMNIBON.

Sua: propria. ergo omnes uniuerſaliter deplorabimus. Non iſtas habuit: oſtendit quare non liceat ſingulos deplorare: quod uidelicet hæc clades multo maior fuit: q̄ cæteræ omnes ſcriptores memoriæ poſteris tradiderunt. Hic: in hac clade. Illic: in aliis cladibus: ut in clade Allienſi: & Cannenſi: & Ticini: & in aliis cladibus Romanorum. Per fata uirorum: nam apud Ticinum lacum uigintiquinque millia Romanorum: & in clade Cannenſi quinquaginta millia cæſa ſunt: ad Alliam fluuium fuſus eſt uniuerſus Romanorum exercitus. Per populos: quia in hac clade Pharſaliæ non uiri Romani: ſed populi: & nationes occiſi fuerunt. Gentis: non militis Romani: ſed nationum. Sanguis: idest nationis mors. Achæus: idest Græcus in Europa. Ponticas: Pontus eſt Cappadociæ pars Euxinum uerſus: ut refert Strabo. Aſſyrius: in Aſſyria Babylon eſt: Paleſtina: & Phœnicia. Cunctos hærere cruores: & quamquam aliorum populorum multi occiſi fuerunt: tamen Romanorum plures occiſi fuerunt: nam Romanorum ſanguis fluens in torrentis modum: aliorum cæſorum cruorem in loco ſiſtere non permittebant: & oſtēdit plures Romanos ciues cecidiſſe: q̄ aliorum populorum. Maius ab hac acie: non ſolum inquit hæc clades ad præſentes pertinet: ſed etiam ad poſteros. Sua: idest præſentium ſæcula. Plus eſt: aliis cladibus multi periere: in hac periit libertas Romanorum. In totum mundi proſternimur: quia ſemper ſeruiemus. Omnis ætas: præſentium: & poſterorum. Proxima quid ſoboles: nunc conqueritur: quod poſteri nulla ipſorum culpa in ſeruitute naſcantur: neque enim ipſi: aut ignaui: aut metu aliquo in ſeruitute ponuntur: ſed culpa maiorum ſuorum. Proxima ſoboles: paulopoſt uentura. Proximum dicitur: uel paulo poſt præteritum: uel paulo poſt futurum. In regnum: idest naſci in ſeruitutem. Pauidi: oſtendit nulla ipſorum cum culpa contigiſſe hoc. Num geſſimus arma? idest nunquid fortaſſe nos imbecillitate: & metu quodam ſeruimus: quaſi dicat non. Teximus aut iugulos: ſcilicet armis: & auertimus eos a Dominis: qui nos in ſeruitute ſubegerint. Pontus ubi Proximū qd

Alieni: ſcilicet maiorum noſtrorum. Poſt prælia natis: ſi uolebas o fortuna: ut nos ſeruiremus poſt hæc bella ciuilia ſaltem dediſſes nobis bella: ut ſi uicti fuiſſemus: ſeruiremus. At uero cum nemo nos uicerit: feciſti eſſe ſeruos. Iam Magnus tranſiſſe Deos: poſt deplorationē libertatis: Lucanus exitū deſcribit huius pugnæ. Deos: ſcilicet propitios ſenſerat tranſiſſe ad Cæſarem. Infelix uix tota clade coactus: uictus erat nec tamen id ſibi perſuadere poterat: ſic enim facere ſolent: qui ſemper ſecunda fortuna uſi fuerunt: ut ſi quid aduerſi contigerit: uix credere poſſint. Tota clade: cum iam prope exercitum amiſiſſet. Aggere: eminentia campi: ut circumcirca diligenter omnia circunſpiceret. Vnde: a quo campo. Omnes clades: idest omnes: qui cæſi erant. Obſtante: idest pugnantibus oppoſitis uidere non poterat cæſorum corpora: ſed tantummodo cumulum. Fata: idest mortem ſuam.

SVLPITIVS ℭ Tam multo ſanguine:hoc eſt multorum morte. Nec ſicut:uoluit Pompeius in extremis rebus per deſperationem:ut miſeri ſolent:omnia ſecum obruere:ſed optauit:ut exercitus reliquus ſeruaretur incolumis. Merſat perdita:& obruta. Suſtinuit:paſſus eſt Deos precari:ſperauitq; exaudituros ipſum : quamquam credibile non uideretur. Etiam nunc:in tanta calamitate. Dignos:indigni enim uidebantur:quia non fauerant. Voluit ſolatia:optauit ſalutem reliquorum:quæ erat ei ſolatio maximo in tanta ruina. Parcite:abſtinere. Stante mundo:ſine cæde uniuerſorum populorum:& ciuium. Si plura iuuant:ſi non acquieſcitis miſeriæ meę:& uultis me maiori dolore conficere. Eſt mihi coniux:magna hęc pietate effudit.Nam omnes ſibi cariſſimos : & ſeipſum pro publica ſalute exponere promptus erat. Pignora: caros:& conſanguineos. Ciuili:apoſtrophe ad fortunam. Remoto orbe:ſi mundus nobiſcum non perierit. Iam nihil eſt:nihil poſſideo:amiſi iam omnia : nihil eſt ſub arbitrio meo:ne in inuidiam meam in alios ſæuias. Et reuocat:ſignum receptui dat procliuibus ad ſubitam mortem. Matura:ſubita. Tanti: ut pereant pro ipſo. Nec deerat robur in enſes:inerat Pompeio magnanimitas : & mortis contemptus : & feruor eundi in prælia. Sed timuit:ideo in confertiſſimos hoſtes ſe non immiſit:ne ipſo proſtrato : reliquus periret exercitus:ſiue noluit in Cæſaris mori conſpectu : ſiue ne ſuam Corneliam intolerando dolore afficeret. Ne quicquam:quia omnino caput eius uiſurus eſt. Vultus:forma. Fatiſq; probatum eſt:nam in coniugis cōſpectu;occiſus eſt in Aegypto.alii legunt fatiſq; negatum. Tum Magnum:Pompeius cum iam intra uallum hoſtes uerſarentur:equum nactus : detractis inſignibus imperatoris:decumana porta ſe ex caſtris eiecit:protinuſq; equo citato Lariſſam contendit. Sonipes concitus:equus impulſus. Non pauentem tela tergo:nemo enim ipſum perſequebatur.

Ac ſe tam multo pereuntem ſanguine uidit.
Nec(ſicut mos eſt miſeris),trahere oīa ſecū
Merſa iuuat:genteſq; ſuæ miſcere ruinæ:
Vt latiæ poſt ſe uiuat pars maxima turbæ:
Suſtinuit dignos etiam nunc credere uotis
Cælicolas:uoluitq; ſui ſolatia caſus.
Parcite ait ſuperi cunctas ꝓſternere gentes:
Stante pōt mūdo:Romaq; ſupſtite Magnus
Eſſe miſer.ſi plura iuuāt mea uulnera : cōiux
Eſt mihi:ſunt nati:dedimuſ tot pignora fatis:
Ciuili ne parum eſt bello:ſi meq;:meoſq;
Obruet? exiguæ clades ſumuſ orbe remoto?
Omnia qd laceras? qd pdere cūcta laboras?
Iam nihil eſt fortuna meū.ſic fatur : & arma:
Signaq;:& afflictas omni iā parte cateruas
Circuit:& reuocat matura in fata ruentes:
Seq; negat tanti:nec deerat robur in enſes
Ire duci:iuguloq; pati:uel pectore letum.
Sed timuit ſtrato miles ne corpore Magni
Nō fugeret:ſupraq; ducē ꝓcumberet orbis?
Cæſaris aut oculis uoluit ſubducere mortem
Nequicquam infelix:ſocero ſpectare uolēti
Prçſtādū ē ubicūq; caput:ſed tu quoq; cōiux
Cauſa fugæ:uultuſq; tui:fatiſq; negatum
Te præſente mori.tū Magnū cōcitus aufert
A bello ſonipes non tergo tela pauentem:

OMNIBON. ℭ Multo:ideſt multorum ſanguine:nam ſicut mos eſt pars maior cum aduerſa fortuna in ſe ſæuierit : uellet eandem fortunam omnibus eſſe:quam ipſe ſentit : ſed non ita Pompeius. Nam ſalute potius ciuium Romanorum conſtituit diſcedere:ut iam ſe a pugnando Cæſar abſtineret:& ſuperſtitibus parceret: immo ſuppliciter Deos rogauit:ut ſuperſtites reliquias exercitus ſeruarent incolumes:& ſi Diis placeret:ut ipſe cum omni ſua ſtirpe potius periret. Miſcere:ideſt confundere:ut omnia una ſecum inde uoluant ruina. Vt latiæ poſt ſe:nam Pompe.quamuis tantam cladem accepiſſet a Diis:tamen non deſtitit:quin oraret illos: ut ſeruarent eos ſuperſtites:qui ſuperant. Poſt ſe.ſ.uictum. Dignos uotis:tunc.n.Dii uotis digni ſunt cum exaudiunt. Etiam nunc.ſ accepta tanta clade. Solatia ſui caſus.i.reliquiæ:ut exercitus ſupereſſent: ne ad internitionem uſque occiderentur. Parcite ait ſuperi.ſ.gentibus:& nationibus orbis terrarum:& ſi me mori uultis:nolite omnia pſternere.nā mori poſſum Roma incolumi. Stante.i.durante. Si plura iuuant.i.ſi non eſtis cōtenti morte mea: paratus ſum & coniugem:& liberos meos:& ſtirpem omnem in exitium ducere:dummodo cæteris parcatis.
Tot pignora.i.ſigna dedimus. Fatis.i.fortunæ. Meoſq;:uxorem: & liberos. Orbe remoto.i.liberato a clade. Exiguæ clades:quaſi dicat ingentes clades:quod ſi plus etiā haberemus:illud pro ſalute omnium exponeremus. Arma.i.armatos. Signa:uexilla:& & manipulos. Et reuocat:& cum uideret omnes paratos in tantam mortem ruere:potius q̄ cedere hoſtibus rogauit:ut uiuere uellent:neq; ſe tanti eſſe:ut morerentur omnes. Nec deerat in enſes:quia occurrebat illud:cur non ſe occidebat Pompeius potius q̄ in diſcrimen ſeruitutis uenire: nō defuit,inquit,magnanimitas Pompeio:ut ſibi ipſi mortem inferret:ſed metuebat:ne ſi id ageret:nemo deinde uiuere uellet.non igitur cauſa ſui:ſed ſuorum ſe interimere noluit. Robur:magnanimitas. Ire in enſes: ideſt moriturum ruere in hoſtes. Iuguloq; pati,uel pectore:ut ſe iugularet:uel pectus transfigeret. Sed timuit ne cauſa ſua denique milites omnes in mortem ruerent. Supraq; ducem:ideſt ſupra iacentis ducis. Aut oculis:alia cauſa fuit:uidelicet ne hac lætitia Cæſarem afficeret:ut corpus ſuum occiſum oculis Cæſaris obiiceretur. Subducere:ideſt remouere corpus ſuum occiſum ab oculis Cæſaris. Nequicquam infelix:quia ubicunq; occubuerit Pōpeius:Cæſar ipſum occiſum uidebit:dummodo uidere uoluerit:ſicut caput eius obtruncatum a rege Ptolemæo uidit. Sed tu quoq; coniux:alia cauſa acceſſit cur fugeret:uidelicet ut uideret Corneliam uxorem. Vultus tui: quos tantum amabat:ſcilicet fuerunt cauſa fugæ. Fatiſque negatum : ideſt a fatis.fata noluerunt: ut abſente Cornelia Pompeius moreretur. Tum:poſtquam inde conſtituit diſcedere. Concitus:ideſt calcaribus ſtimulatus:ut in aliquas regiones ſe reciperet. Non tergo tela pauentem:magnanimitatem Pompei oſtendit poeta.

ℭ Ingenteſq;

¶ Ingenteſq; animos: a magnanimitate: & conſtantia laus: q rebus aduerſis perturbatus non fuerit: & q res læ-tas tulerit moderate. Verendus: uenerandus. Romanis malis: publica calamitate. Non impare uulto: hoc eſt ſimili. Eodem enim uultu: quo fuit in proſpera fortuna: fuit & in aduerſa. Idem de Socrate Cicero, & Plinius tradunt. Nec te uidere ſuperbum: uictoria in ſuperbiam te non erexit. Fractum: inconſtantem: & uacillanti animo. Quamq; fuit: ſicut fortuna, inquit, fuit inſida tibi proſperis rebus: ſic fuit te inferior in aduerſis: quia te de ſtatu mentis non deiecit. Treis triumphos: Libycum: Hiſpanicum: & Mithridaticum. Pondere fati: ſpe imperii: & uictoriæ. Securus: quia nil plus poſſis amittere. Vacat: uacuum eſt tibi. Reſpexiſſe tempora læta: conſiderare præteritam felicitatem: quę quidem ex aduerſitatibus cognoſcitur. Spes nonquam implenda: ſitis cupiditatis: quæ nunquam expletur: nec ſatiatur. Quid fueris nunc ſcire licet: quia ex aduerſorum comparatione proſpera diſcernuntur. Teſtare: iura in teſtes cita: & Romanos: qui poſt hac pugnant non ppter te: ſed pro libertate pugnare. Perſtet: perſeueret. SVLPITIVS

Ingenteſq; animos extrema in fata ferentem.
No gemitus: nõ fletus erat: ſaluaq; uerendus
Maieſtate dolor: qualem te Magne decebat
Romanis præſtare malis: non impare uultu
Aſpicis Emathiam: nec te uidere ſuperbum
Proſpa belloꝝ: nec fractũ aduerſa uidebunt.
Quamq; fuit læto per treis inſida triũphos:
Iam miſero fortuna minor, iam põdere fati
Depoſito ſecurus abis: nunc tempora læta
Reſpexiſſe uacat: ſpes nunq̃ ĩpleñda receſſit:
Quid fueris nunc ſcire licet: fuge ꝓlia dira:
Ac teſtare Deos: nullũ qui perſtet in armis
Iã tibi Magne mori: ceu flebilis Africa dãnis:
Et ceu mũda nocẽs: pharioq; a gurgite clades:
Sic & Theſſalicæ poſt te pars maxĩa pugnę:
Non iam Pompeii nomẽ populare p orbem:
Nec ſtudiũ belli: ſed par qđ ſemp habemus
Libertas: & Cæſar erunt: teq; inde fugato
Oſtendet moriens ſibi ſe pugnaſſe ſenatus.
Nõne iuuat pulſum bellis ceſſiſſe: nec iſtud
Perſpectaſſe nefas ſpumãtes cęde cateruas?
Reſpice turbatos in curſu ſanguinis amnes:

Tibi: ppter te. Ceu flebilis: ut reliquæ pugnæ pharſalicæ: quę Catone: Scipioneq; ducibus: una cum Iuba ſunt uictæ. Munda: opp. in Hiſpania: ubi Pompeii filii ſunt ſuperati. Gurgite phario: ideſt in Alexandria a Cæſarianis illata. Pharus inſula in Nilo ad Alexandriam eſt. Poſt te: poſt diſceſſum, & mortem tuam: ſignificatq; & hos: qui nunc periere: & qui obruti bello. Pharus ubi

Populare: gratum populis. Nec ſtudium belli: non uoluntas pugnandi: ſed caoſa libertatis redimendæ: & Cæſaris opprimendi. Erunt par: erunt concertatores. tractum a gladiatoribus: quorum quidem ſi duos committimus: unum par committere dicimur. ſi quatuor: duo paria. Quod ſemper habemus: quod ſemper inter ſe pugnat: & quærit opprimere muto. Inde: e Theſſalia. Sibi: pro recuperanda libertate. Nonne iouat: conſolatur fugientem poeta: aſſerens melius foiſſe uinci: q̃ uincere. Perſpectaſſe: ad finem uidiſſe cladem. legunt alii Proſpectare. Cateruas: ſtrages hominum. Spumantes cæde: cruore plenas.

¶ Ingenteſq; animos: quod ſicut in rebus ſecundis: ita etiam in aduerſis conſtanti animo ſemper fuerat. Extrema in fata: contra ultima pericula: & euentum fortunæ. Non gemitus: dolorem præ ſe non ferebat Pompeius: ſed ita: ut nihil a maieſtate ſua indignum faceret. Qualem: ideſt talis uultus illi erat: qualis conueniebat in pernicie reipubli. Non impare: diſſimili. Emathiam: ideſt cladem Emathiæ. Nec te uidere ſuperbum: quotieſcunque rem bello proſpere geſſiſti: non elatus es: nec in aduerſis oſtẽdis animi tui imbecillitatem. Inſida fortuna: quia nunquam fidem ſeruat: ſed quos antea placido uultu fouerit: eos deinde deſerit. Per treis triumphos: quia triumph uit de Mithridate: de Sicilia: de Hiſpania. Iam pondere fati: nunc conſolat Pompeium ipſum cladem ſane ingentem accepiſſe: ſed tamen hac clade magno rerum pondere: ac ſollicitudine liberatum eſſe. Securus: ſine cura. Pondere fati: ideſt depoſito pondere imperii: quod in fortuna conſiſtit. Nunc tempora læta: ideſt nunc tibi licet reminiſci lætorum temporum. Spes nunquam: iam enim ſperare deſinis. Quid fueris: nam ex aduerſis læta melius cognoſcuntur. Teſtare: ideſt fac Deos teſtes. Nullum qui perſtet in armis: nam ſi quis in bello perſeuerare uoluerit: illum crede non tua cauſa mori: ſed ſponte ſua. Perſtet: perſeueret. OMNIBON.

Ceu flebilis Africa: quemadmodum Munda fuit: ubi Cn. Pompeius Magni Pompeii filius bellum geſſit in Hiſpania contra Cæſarem: ſicut & in Alexandria: ubi Cæſar bellum geſſit contra Ptolemæum: ſicut in Africa: ubi bellum geſſit Cato regi Iubæ coniunctus aduerſus Cæſarem: hæc bella non fuerunt cauſa: ut tuum nomen defenderetur. Ordo eſt: Sic pars maxima Theſſalicæ turbæ. Poſt te: ideſt fortunam tuam. Ceu: quemadmodum pugnatum eſt in Africa ad Mundam: Alexandria: in Aegypto non pugnarunt: te iubente: ita etiam nunc poſt hanc cladem in Theſſalia: non tibi: ſed ſibiipſis dimicauerunt: non enim auctor fuiſti harum cædium: quod tibi magnam conſolationem afferre poteſt. Ceu Munda: apud quam uictus fuit Cn. Pompeius: quamquam magno diſcrimine Cæſar fuerit. Pharioq;: ideſt in Aegypto: ubi etiam bellum geſſit contra Ptolemęum. Ibi enim aliquot ciues Ro. periere: & parum abfuit: quin etiam Cæſa. uinceretur: & a rege Ptolemæo occideretur.

Nomen populare: ideſt non erat caoſa nomen tuum o Pompe. cui fauebant ciues: ut bellum amplius gereretur. Studium belli: ſcilicet ut cauſa tua ſtudeant pugnare. Sed par: ſed duo erunt ſemper: qui Romæ imperent uidelicet libertas: & Cæſar. reſpicit ad illud: q poſtquam Cæſar rempublicam occupauit: ſemper deinde libertas oppreſſa fuit: & Cæſar omnia tenuit: duo igitur habebimus: ſcilicet libertatem: ut ſe in priſtinam formam reſtituat: Cæſa. ut imperium obtineat. Sibi: ad utilitatem ſuam. Nonne iuuat: Pompe. ſi conſideras quantum ſceleris & impietatis in campis Philippicis perpetratum eſt: nonne maximam ex eo uoluptatem capis: q inde te ſubtraxeris: quaſi dicat capere debes. Cateruas: ſcilicet Cæſa. & ſtragem militum.

Et ſoceri miſerere tui.quo pectore Romam
Intrabit factus campis felicior iſtis?
Quicqd in ignotis ſolus regionibus exul:
Quicqd ſub phario poſitus patiere tyrãno:
Crede Deis:longo fatorum crede fauori.
Vincere peius erat:prohibe lamenta ſonare:
Flere ueta pplos:lachrymas: luctuſq; rẽitte.
Tam mala Põpeii:q̃ pſpera mundus adoret.
Aſpice ſecurus uultu non ſupplice reges:
Aſpice poſſeſſas urbes:donataq; regna:
Aegyptũ:Libyamq;:& terras elige morti.
Vidit prima tuæ teſtis Lariſſa ruinæ
Nobile nec uictum fatis caput:oĩbus illa
Ciuibus effudit totas per mœnia uires
Obuia ceu læto:pmittunt munera flentes:
Pãdũt tẽpla:domos:ſocios ſe cladibuſ optãt.
Scilicet immẽſo intereſt ex nomine multũ:
Teq; minor ſolo cunctas impellere gentes
Rurſus in arma potes:rurſuſq; ĩ fata redire.
Sed qd opus uicto populis:aut urbibus īqt?
Victori præſtate fidem.tu Cæſar in alto
Cædis adhuc cumulo:pr̃iæ p uiſcera uadis:

SVLPITIVS ℭ Et ſoceri miſerere tui:& non iraſcere:ſed potius miſerere Cæ.qui fuit tanti mali cauſa. Nam, ut ait Boetius, ſicut corporum langor:ita uitioſitas quædam eſt quaſi morbus animorum:cum ægros corpore minime dignos odio:ſed potius miſeratione iudicemus:multo magis non inſequendi:ſed miſerandi ſunt:quorum mentes omni langore atrocior urget improbitas. Pectore:conſcientia. Iſtis campis:hoc eſt tanta cæde. Quicquid: omnem calamitatem & mortem:quam paſſurus es:æquo animo feras inquit:& te permitte Diis:qui te diu in felicitate conſeruare: es quippe minus infelix uictus:q̃ ſi uiciſſes. Solus:non a multis comitatus. Crede: da in manus Deorum. Tyranno phario:Ptolemæo,cuius iuſſu obtruncabere. Longo:quo diu uſus fuiſti. Vincere prius erat: quia infeliciores ſunt: qui faciunt: q̃ qui patiuntur iniuriam: & odioſum eſt:& immaniſſimum tanta ciuium clade uiciſſe. Lamenta: lamentationes fieri. Remitte:reprime:prohibe. Mala: aduerſitatẽ: quam Dii pro meliori euentu tibi dederunt. Reges: ut Ptolemæum. Regna donata:ut Ptolemæo: Tigrãni:Pharnaci: Ariobarzani: & Iubæ cui Libyam dedit.

Elige terras: nam quocunq; iueris omnino es periturus. Vidit prima:Pompe.primũ Lariſſæ appulit: nec ibi conſtitit: ſed eadem celeritate ex fuga paucos nactus:nocturno itinere non intermiſſo comitatu equitum triginta ad mare peruenit. Lariſſa: Theſſaliæ oppidum eſt. Nec uictum fatis: conſtantiam ſeruans.

Lariſſa ubi

Ceu læto:tanquam uictori. Vires:potentiam in armis. Munera:officia:auxilia:donaq; offerunt. Templa domos: aſynthethon eſt. Multum ſupereſt: magna pars gloriæ tuæ adhuc ſtat:ideo hi ad te uenerant.

Te ſolo minor:erat etiam nunc Pomp.omnium maximus:ſed ſe ipſo minor:ideſt iferior animo:q̃ eſſet gloria:& potentia ſua in fata:in bella: & in mortem. Victo:me ipſo. Victori præſtate fidem:fitis fidi Cæſa.

Cumolo cædis:congerie cadauerum. Vadis per uiſcera:calcas cadauera:& adhuc plures interficis.

OMNIBON. ℭ Et ſoceri miſerere tui:& cum uideas tot uulnera: tot monſtra ſcelerum:quæ geſta ſunt in ea pugna Theſſaliæ ubi filii cum parentibus:parentes cum filiis:fratres cum fratribus occiſi ſunt:miſerere Cæſa.qui harum rerum cauſa:& auctor ſteterit:ac ſi dicat tu felicior es Cæſa. Quo pectore:ideſt animo Romam ingredietur.

Factus campis felicior iſtis:ideſt cuius cauſa tot cædes ciuium Roma.perpetratæ ſunt. Quicquid in ignotis ſolus: nunc alias quoque rationes ſubiungit cur melior ſit Pompeii conditio. Quicquid in ignotis: ideſt cætera omnia quæ perpeſſus fuiſti: poſtquam a pugna Pharſalica diſceſſiſti: attribuenda ſunt fauori Deorum: nã etiam ſi exulaueris: & ſi etiam a rege Ptolemæo obtruncatus fueris: hæc omnia ſigna fuerunt fauoris Deorũ: nam te potius mori uoluerunt:q̃ tyrannidem exercere: in qua poſtea Cæſa.conſtitutus fuit: nec diu permanſit: & bonis omnibus odio fuit. Crede Deis: ideſt attribue fauori Deorum quicquid patiere exul: quia pene deſtitutus fuit ab omnibus. Regionibus ignotis ſolus: ut cum uenit Mitylenen prius: deinde ſuper ignota maria non ſecundum imperatoriam dignitatem nauigans: ſed paucis comitibus: atque miniſtris. Quicquid phario tyranno: ideſt ſub Ptolemæo rege Aegypti: cuius iuſſu poſtea obtruncatus eſt. Longo crede: ideſt committe Diis: qui tibi perpetuo affuerunt. Peius erat: ſcilicet q̃ mori. Lamenta ſonare: noli permittere in quo: ut triſtes: mœſtique ſint omnes: & clamorem emittant: quaſi te miſerum eſſe oſtendant. Tam mala: nam hæ res aduerſæ ſunt: ſed inſtat felicitas ſi conſideres:q̃ deterior fuerit uictoris conditio. Securus: ſine cura. nihil enim eſt: quod amittere poſſis. Vrbes: quæ ſub tua ditione fuerunt. Donataque regna: ideſt quæ donaſti Ariobarzani: Tigranni:Pharnaci:& cæteris regibus. Terras:elige regionem: ubi uitam tuam finias: nam in poteſtate tua eſt: ubi mori uelis. Vidit prima tuæ: poſt conſolationem redit ad iter Pompeii:deſcribens qua uectus eſt equo. Lariſſa: ciuitas eſt Theſſaliæ: uiderunt inquit te Lariſſæi ingredientem mœnia: tua dignitate ſeruata. Ciuibus:omnes ciues obuiam tibi e Lariſſa prodierunt:nam ſuperatus Pompeius mutata ueſte (ut oſtendit Appianus)conſcendit equum: quatuorque ex amicis eum comitantibus: nullo in loco curſum intermiſit: q; exorta luce: Lariſſam tandem uenit. Ceu: & ita tibi occurrerunt: ac ſi uictor fuiſſes: & flentes omnia ſua tibi promittebant: quicquid ſub ſua poteſtate eſſet:id tuum eſſe affirmantes. Læto: ideſt tanquam uictori. Munera:quæcunque uelis officia. In fata redire:ideſt rurſus experiri fortunam potes. Sed quid opus uicto:nunc dicit:quid reſponderit Pompe.ut audiuit omnes paratos facere quicquid uoluerit. dicit enim ipſos laudaſſe:& commendaſſe uoluntatem eorum:ſed tamen nil his pollicitationibus motus eſt:& ea potius uictori ſuaſit:ut facerent. Inquit:ſcilicet Pompeius. Tu Cæſar:adhuc es inter ſtragem cæſorum:& reliquias pugnæ perficis:cum Pompe.in poteſtate tibi regna demittat:& eos,qui parati erant ipſi obedire: iubeat tibi officium præſtare:non ſibi. In alto cumulo:in alta ſtrage. Per uiſcera patriæ:ideſt ciuium tuorum.

ℭ Donat

SVLPITIVS

¶Donat tibi populos:quantum perſuaſit ut Cæ.obedirent. Auehit inde Pom.ſonipes:ideſt uectus equo Lariſſa diſceſſit. Conuitia populi:maledicta hominum incuſantium Deos. Nunc tibi: profecto inquit tunc tui fructum fauoris:& fidei percepiſti:quia ex populorum lachrymis : quantum amareris intellexiſti. Felix neſcit amari:parœmia eſt. Felices,quia fidem amicorum non experiuntur:quantum,& a quibus amantur,non intelligunt.Nam,ut ille inquit,amicus certus in incerta re cernitur. Cæſar ut heſperio:parta iam uictoria Cæſar:miſſo præconio:ut ciuibus parceretur:neglectiſq; barbaris:qui ſupererãt : milites ad caſtra diripienda hortatus eſt:

At tibi iã populos donat gener.auehit inde
Põpeiũ ſonipes:gemit⁹:lachrymeq; ſequũt:
Plurimaq; in ſęuos populi conuitia Diuos.
Nunc tibi uera fides quæſiti Magne fauoris
Contigit:ac fructus felix ſe neſcit amari.
Cæſar ut Heſperio uidit ſatis arua natare
Sanguine:parcendũ ferro: manibuſq; ſuorũ
Iam ratus:ut uiles animas:perituraq; fruſtra
Agmina permiſit uitæ:ſed caſtra fugatos
Ne reuocent:pellatq; qes nocturna pauoré:
Protinus hoſtili ſtatuit ſuccedere uallo:
Dum fortuna calet:dum conficit oĩa terror:
Nõ uerit⁹ graue ne feſſis:haud marte ſubactis
Hoc foret ĩperiũ:ñ magno hortamine miles
In prædam ducendus erat.uictoria nobis
Plena uiri dixit:ſupereſt ꝓ ſanguine merces:
Quã mõſtrare meũ ẽ:nec.n.donare uocabo:
Quod ſibi qſq; dabit. cũctis en plẽa metallis
Caſtra patẽt.raptũ heſperiis e gentibus auꝝ
Hic iacet:eoaſq; premunt tentoria gazas.
Tot regum fortuna ſimul:Magniq; coacta
Expectat dominos:ꝓpera præcedere miles:
Quos ſeq̃ris: quaſcũq; tuas Pharſalia fecit:
A uictis rapiantur opes.nec plura locutus
Impulit amentes:auriq; cupidine cæcos
Ire ſuper gladios:ſupraq; cadauera patrum:
Et cæſos calcare duces.quę foſſa:quis agger
Suſtineat pretiũ belli: ſcelerumq; petentes?

quamquam,ut eſt in Cæſaris Commentariis,a militibus contendit:ne in pręda occupati:reliqui negocii gerendi facultatem dimitterent. Heſperio: Italo. Parcendum: abſtinendum. Manibus : quæ cædendo defeſſæ erant. Viles:ignobiles:& quæ nocere non poſſent. Permiſit:uitæ ſeruauit. Caſtra : Pompeii. Pauorem:Pompeianorum. Protinus ſuccedere : ſtatim ingredi Pompeii caſtra. Conficit omnia:ſola enĩ trepidatione hoſtium reliquam uictoriam conſequebaſ.

Hoc imperium:hic iuſſus:ut caſtra diriperent. Feſſis:militibus ſuis. Haud ſubactis: non uictis . legitur alibi ac Marte ſubactis. Merces:præda : præmium.

Pro ſanguine:pro cædibus factis. Meum eſt:mei officii. Dabit ſibi:aſſumet:acquiret. Metallis:auro:argento:electro. Heſperiis:Hiſpanis:quibus præfuit:& quos uicit Pompeius. Gazas: diuitias. Fortuna ſimul coacta:diuitiæ ſimul congeſtæ. Dominos:uos ipſos. Propera præcedere: feſtina præoccupare caſtra.

Fecit tuas:fecit tui iuris. Amentes:furentes. Auriq; cu.auaritia:quæ eſt habẽdi cupido:ſiue iniurioſa appetitio alieni:ut ait ad Herẽnium Cic. Suſtineat:retinere poſſit. Petẽtes: Cæſarianos. Pretiũ bel. ꝑdam. Auaritia quid

¶Populos donat.i.ſponte terrarum omnium dominum facit. Inde:a Lariſſa. Plurimaq; in ſæuos:quia populi Deos tanq̃ crudeles uocabant:q; uictoriã Cæſ. dediſſent. Nunc tibi Magne uides.i.cognoſcis:qui nã ſint ueri amici:nam in felicitate uera amicitia non dignoſcitur. Felix ſe neſcit amari.i.nemo ueram amicitiam in felicitate cognoſcere poteſt.Syncerę eniꝫ fidei amici in aduerſis cognoſcuntur. Quæſiti:pro acquiſiti. Cæſar ut heſperio: nũc redit ad Cæſarem: qui poſtquam uidit iam eos cæſos eſſe:qui uictoriam impedire poterant:uidelicet ſenatores:& principes: iuſſit militibus ſuis:ut multitudini parcerẽt. Agmina.i.exercitus reliquias. Parcendum ferro : iam abſtinendum eſſe a pugna:& eſſe parcendum manibus ſuorum: qui fatigati erant diuturna pugna. Viles animas:in quibus nullum momentum uictorię conſiſteret. Sed caſtra fugatos. Ne reuo.ſed metuens Cæſar:ne ſe in caſtra fugati reciperent nocte:iuſſit equitibus:ut ſine mora caſtra Põ. irrumperent. Pellatq; quies nocturna pauorem:ne interpoſita nocte uicti ſperare incipiant. Fortuna.ſ. ſecunda. Calet:feruet. Dum conficit omnia terror:quia terrore ipſo perculſi hoſtes fugiebant. Ne feſſis:reddit rationem quare non timuit:ne fatigati milites:hoc imperium grauiter ſubirent : quia ſciebat hoc libenter eſſe facturos:quia ipſis caſtra hoſtium diripienda permiſit:non opus igitur erat hortamine. Victoria nobis.i. iam ſumus uictores:ſed reliquum eſt:præmia uictoriæ quæratis:& caſtra hoſtium irrumpatis. Plena:integra. Supereſt pro ſanguine merces:nunc nihil reſtat uobis:niſi ut præmium uictoriæ capiatis. Meum eſt.i.ad me pertinet monſtrare mercedem:ueſtrum autem eſt accipere. Nec enim:nolo hoc in muneris loco ponere:ſed ſibi qſq; diripiat quæcunq; placuerint. Donare.i.hoc donum eſſe. Cunctis metallis.i.omni ære:auro: & argento. OMNI BON.

Raptum heſperiis.i.omne aurum:quod deuictis gentibus in Heſperia tulerat Pom.hoc eſt aurum Hiſpanarũ gentium. Premunt.i.claudunt.nam in tentoriis Pompeii orientales diuitiæ poſitæ ſunt: & occidentales: nam in Hiſpania Sertorium debellauit:& inde magnas diuitias abduxit. Eoas gazas:nam populos orientales deuicit:qui ſub imperio Tigrannis:& Mithridatis fuerant. Tot regum fortuna:currite inquit in hoſtes: quos fudiſtis:aut anteueniatis eos:& in poteſtate ueſtra raptũ aurum:atq; argentum iure belli omne diripiatis. Fortuna: diuitiæ. Tot regum.ſ.quos Pompeius deuicit. Expectat do.ſ.uos commilitones. Pharſalia.i.uictoria Pharſalica. Sic milite iuſſo:oſtendit nullam maiorem militibus adhortationem fieri poſſe:q̃ ut caſtra ipſis diripienda permitteret:ergo nullo metu:nullo periculo retineri potuerunt:quin amentes:auriq; cupidine cæci ferrerent per ſtrata cæſorum corpora. Sic:uidelicet permittendo caſtra diripi. Cæcos:inconſideratos. Quæ foſſa, qs agger? quaſi dicat nulla munitio tam uallata eſſe poteſt:quæ arcere poſſit præmia uictoriæ petentes.

Scire uolũt quãta fuerint mercede nocẽtes.
Inuenere quidem ſpoliato plurima mundo:
Bellorꝫ in ſumptus congeſtę pondera maſſæ:
Sed non impleuit cupientes omnia mentes.
Quicquid fodit Iber: quicquid Tagus extulit auri:
Quod legit diues ſũmis Arimaſpus arenis:
Vt rapiãt: paruo ſcelus hoc ueniſſe putabũt.
Cum ſibi tarpeias uictor deſponderit arces:
Cum ſpe Romanæ promiſerit oĩa prædæ:
Decipitur: qđ caſtra rapit: capit ĩpia plebes
Ceſpite patricio ſomnos: uacuumq; cubile
Regibus infandus miles p̃mit: inq; parentũ:
Inq; toris fratrũ poſuerũt membra nocentes.
Quos agitat ueſana quies: ſomniq; furentes:
Theſſalicã miſeri uerſat in pectore pugnam:
Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus: armaq; tota
Mente agitant: capuloq; manus abſente mouentur.
Ingemuiſſe putes cãpos: terramq; nocentem
Inſpiraſſe animas: infectumq; aera totum
Manibus: & ſuperã ſtygia formidine noctem
Exigit a meritis triſtes uictoria pœnas:
Sibilaque: & flammas infert ſopor: umbra perempti
Ciuis adeſt: ſua quẽq; p̃mit terroris imago.
Ille ſenum uultus: iuuenũ uidet ille figuras:
Hunc agitãt totis fraterna cadauera ſomnis:

SVLPITIVS ℂScire uolunt quanta fuerint mercede nocentes: feſtinant perſpicere quid ex ſuis ſceleribus conſequantur. Maſſæ congeſtæ in ſumptus bellorum: argẽti: & auri congeſti: conflatique in militum ornamenta. Spoliato mundo: nam ex omnibus ciuitatibus fuerat illic aduectum. Non impleuerunt mentes: non ſatis fuerunt auaritię Cæſariãuorum. legitur etiam Impleuit. Iber: in Hiſpania: & in Scythia etiam populus. Tagus: Hiſpaniæ fluuius trahens arenas aureas. Arimaſpus: Scythiæ populus: qui certat cum Gryphibus: gemmas, & aurum cuſtodientibus. de qua re diximus libro tertio. Vt: quamuis. Scelus hoc: tantam cædem: & immanitatem. Veniſſe paruo: uenditum fuiſſe minimo pretio: cum ſperaret pro præmio Romam diripere. Victor: miles. Deſpõderit: promiſerit. Spe: propter ſpem. Promiſerit omnia: dixerit ſe facturum omnia ſcelera. Decipitur: quia maiora ſperabat: quamquam maxima ſit conſecutus. Plebes impia: Cæſariani. Ceſpite patritio: in tẽtoriis: & terra: in qua nobiles Romani dormiuere. Infandus: non nominandus. Vacuum regibus: in quo reges iacuerunt. Toris parentum: lectulis patrum: quos filii patricidæ peremerunt. Veſana quies: inquies ſomnus. Somnique furentes: ſomnia furioſa. Verſant in pectore: ſomniant. Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus: ſcelerum conſcientia uexantur: etiam dum dormiunt. Abſente capulo: cum non habeant enſem: & ſint inermes. Inſpiraſſe: inſpirando emiſiſſe. Infectũ manibus: maculatum umbris. Noctem ſuperam: tenebras nocturnas noſtri cæli plenas fuiſſe territamentis: & malorum dæmoniorũ: & furiarum occurſibus.

Exigit meritis: merito dant de crudeli uictoria pœnas. Sibilaque, & flammas infert ſopor: offeruntur eis furiæ cum facibus: & ſibilantibus comis uipereis: quales parricidis occurrunt. Adeſt: occurrit mentibus. Sua imago: ſcelus quod fecerat. Ille: aliquis: diſtributio eſt. Totis ſomnis: quoad dormit.

OMNIBON. ℂQuanta fuerint mercede nocentes: ideſt quãta mercede commiſerint parricidia. Maſſæ: auri & argenti. maſſa dicitur moles quædam rudis. Congeſtæ: non conflatæ: ſed ſolidum aurum, & argentum inuenere.

Spoliato mundo: ideſt ex omni parte orbis debellati.

In ſumptus bellorum: quod aurum ſecum attulerãt: ut poſſent ſtipendia militibus ſoluere. Nõ impleuit: non ſatiauit. Quicquid fodit Iber: ordo eſt: Tamen putabũt milites Cæſaris hoc ſcelus ueniſſe paruo. Vt pro quamuis: rapiant quicquid Iber: populus Hiſpaniæ: quæ tota abundat metallis: plumbi: ferri: æris: argenti: auri: auctore Plinio. Tagus ubi Tagus: fluuius Hiſpaniæ aureas trahens arenas. Extulit: ſcilicet euomendo aureas arenas. Arimaſpus: eſt populus Scythiæ unoculus: apud quem Gryphes aurum & ſmaragdos effodiunt. & Arimaſpi continue dimicant aduerſus eos: ut aurum rapiant. ſupra: Auroque ligata Subſtringens Arimaſpe comas. Veniſſe: uenditum eſſe. Cum ſpe Romanæ prædæ: quia ita eos ſperare iuſſerat: ſi Pompeium uiciſſent: ut orbem Romam diripiendam permitteret. Decipitur: ideo miles uidetur decipi: cum Romam promiſerit: nunc caſtrorum tantummodo diuitias diripiendas obiecerit. Capit impia plebes: cum indignatione dicit gregarios milites occupaſſe cubilia ſenatorum. Ceſpite patritio: ubi antea patricii uiri requieuerant. Premit: ſcilicet corpore ſuo. Vacuum: regibus occiſis. Inque parentum: filii etiam in cubilibus parentum: parentes filiorum: & fratres fratrum iacuerunt: quos antea in pugna occiderant. Quos agitat: hi ſoli inquit uidebant ſcelera: quæ perpetrauerant. Somnique furentes: Eumenides etiam dormientibus obſeruabantur: ut quietem illam plenam turbationis agitarent. Veſana: plena inſaniæ. Agitat: turbat. Inuigilat ſæuum ſcelus: obuerſatur ante oculos eorum. Agitant: ideſt cogitant arma. Capuloque manus: & dormientium manus mouebantur: tanquam pugnantium. Capulo: enſe. pars pro toto. Putas: ideſt putare quiſque poſſet. Inſpiraſſe: miſiſſe. Superam: ideſt noctem: quæ in hemiſperio noſtro eſt. Stygia formidine: ideſt ſtygiis umbris. Exigit a meritis: hæc erat: quod uictoria ipſa pœnas ſumebat a uictoribus: nam quia impia fuerat: ideo agitabatur furiis. A meritis: ideſt qui pœnas meruerant occidendo: alii fratres. Sibila: Eumenidum murmura. Flammas: ſcilicet ipſarum Eumenidum: quæ inferre uidebantur faces cum ſibilis. Vmbra: ideſt anima ciuis: quem occiderat: ante oculos errabat eorum.

Sua quemque premit: unicuique imago terroris ante oculos uagabatur. Ille ſenum: ſicut occiderat: alii ſenes: alii iuuenes: ita in oculis erant dormientium. Totis ſomnis: tota nocte.

ℂOmnes

¶ Omnes in Cæſare manes: Cæſari uero omnium imagines ſcelerum occurſabant. Horeſtes: Agamemnonis filius & Pelopis pronepos: matre occiſa a furiis agitabatur. Sed cum apud Tauricam regionem ueniſſet: ibi quibuſdam ſacris ab Iphigenia ſorore purificatus: in bonam rediit mentem. Tumultus attonitos: perturbationes inſanas. Pentheus: Bacchi contemptor: ita numinis in furorem uerſus eſt: ut diximus ſupra. Agaue: Penthei mater: quæ furore concita: filium aprum eſſe exiſtimans: ipſum dilacerauit. Deſciſſet: a recta mente diſceſſiſſet: hoc eſt inſaniſſet. Hunc: Cæſarem. Dies ultrix: cum ipſe occidetur in ſenatu. Senatu ſtringente: immittentibus ſenatoribus coniuratis: qui eum ſunt occiſuri. SVLPITIVS. Horeſtis fabula

Pectore ĩ hoc pater eſt: oẽs in Cæſare manes.
Haud alios nondũ ſcythica purgatus in ara
Eumenidũ uidit uultus Pelopeius Horeſtes:
Nec magis attonitos animi ſenſere tumultus:
Cũ fureret Pentheus: aut cũ deſciſſet Agaue.
Hũc omnes gladii: quos aut Pharſalia uidit:
Aut ultrix uiſura dies ſtringente ſenatu
Illa nocte p̄mũt: hũc infera mõſtra flagellãt.
Qđ ſtyga: qđ manes: infeſtaqꝫ tartara ſõnis
Pompeio uiuente uidet: tamen omnia paſſo
Poſtq̃ clara dies Pharſalica damna retexit:
Nulla loci facies reuocat feralibus aruis
Hærentes oculos: cernit propulſa cruore
Flumina: & excelſos cumulis æquãtia colles.
Corpora: depreſſos in tabẽ ſpectat aceruos:
Et Magni numerat populos: epuliſqꝫ paratur
Ille locus: uultus ex quo: facieſqꝫ iacentum
Agnoſcat. iuuat Emathiã non cernere terrã:
Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes:
Fortunã: ſuperoſqꝫ ſuos in ſanguine cernit:
Ac ne læta furẽs ſcelerum ſpectacula perdat:

Monſtra flagellant: furiæ uerberant. Mens conſcia: dira conſcientia. Quantum pœna: profecto multum. Styga: infernum. Viuente Pompeio: nam eo mortuo maioribus terriculamentis uexabitur. Tamen omnia paſſo: ſed cum fuerit ita nocte uexatus: mane occiſorum eſt ſpectaculo delectatus: crudelitatis igitur accuſatur. Retexit: manifeſtauit: & aperuit cædem. Nulla facies: nullus deformis aſpectus. Oculos: Cæſaris. Hærentes: affixos. Propulſa: impulſa: & aucta. Cumulis: congerie ſua. Depreſſos in tabem: merſos in ſaniem. alii legunt Sidentes. Numerat: tanquã numerando proſpicit. Epuliſqꝫ paratur: illic inquit diſcubuit: unde poſſet peremptos proſpectare: & agnoſcere. Terram: quæ erat cadaueribus tecta. Luſtrare: circunſpicere. Sub clade: ſub cadaueribus. Cernit fortunam, ſuperoſqꝫ ſuos: agnoſcit: felicitatem: & Deos propitios. Scelerum ſpectacula perdat: non fruatur uoluptate ſpectandi.

¶ Omnes in Cæſare manes: ut pote auctore malorũ omnium. Haud alios: per ſimilitudinem oſtẽdit: quo modo tota nocte agitati ſunt dormientes milites: non aliter inquit: q̃ cum furorem Bacchus in aliquem immittit: aut Horeſtes: cum occiſa matre in inſaniam uerſus eſt. Nam Pẽtheus poſtquam a ſuis mœnibus Bacchi ſacrificia relegauit: miſit ſatellites ſuos: ut illũ abigerent: qui cum non redirent: ipſe profectus eſt. Tunc furorem Agaue matri: & Authonoe matertera immiſit Bacchus: ut crederent ipſum Pentheum eſſe aprum: aut uitulum: & inſecutæ thyrſis tandem eum occiderunt. Mater uero eius Agaue per mediam turbam ouans filii caput geſtabat. Nondũ purgatur in ara: qui ad aram uenerat Dianæ: ubi tãdem purgatus eſt in Taurica regione Scythiæ: cuius antiſtes erat ſoror Iphigenia: quæ imolata fuerat Dianæ: in cuius locum Diana ceruam ſubiecerat. Horeſtes Pelopeius: ideſt originem a Pelope ducens. nam Pelops genuit Atreum: Thyeſtem: & Pliſtenem patrem Agamemnonis, & Menelai. ex Agamemnone natus eſt Horeſtes. Senſere: a Libero patre. Cum fureret Pẽ. ſcilicet contra Deum: & cum a finibus ſuis abigeret. Aut ultrix uiſura dies: gladii oberrabant oculis ipſius Cæſaris: quos deinde paſſus eſt in ſenatu: cum occiſus eſt: & confoſſus tribus & uiginti uulneribus. Stringente ſenatu: ſcilicet coniuratione Bruti. Heu quantum pœnæ: ſuperius rationem attulit: cum cladem illam æquiori animo ferre debebat Pompe. nunc autem cauſas affert: cur miſerior ſit Cæſar: cum in mentem uenerit: cum tantorum malorum cauſa auctor extiterit. Heu: commiſeratiuus eſt interiectio. Miſero: ſcilicet Cæ. Mens cõſcia: ſcilicet tot admiſſorum ſcelerum, & cædium: quas pauloante milites perpetrauerant: ipſo concitante. Donat: affert. *Styga*: ideſt inferos. nam quo poſtea diſcenſurus erat. Manes: ſcilicet cæſorum animas: quæ dormienti obſeruabantur. Pompeio uiuente: id enim erat: quod Cæſarẽ dolore maiori afficeret. Omnia paſſo: quãuis tota nocte perpeſſus eſſet Cæſ. mala omnia prædicta: magna animi perturbatione cogitando: quæ ipſe mala perpetrauerat: tamẽ cũ lux facta eſſet: præ lætitia oculos a Pharſalia remouere nõ poterat: ꝙ aduerſarios proſtratos uideret. Retexit: aperuit. Nulla loci facies: quantũlibet execrabilis eſſet deformitas loci multitudine cæſorũ: tamẽ oculos a Theſſalia non reuocabat. Reuocat: remouet. Feralibus: ubi feralia ſcelera commiſſa fuerunt.

Cernit pro. cruore: uidit flumina multitudine cædiũ inflata: quia tãtus erat cæſorũ cruor effuſus: ut ipſa ẽt flumina creſcerẽt. Excelſos colles: uidet etiã ſtragẽ: & ſtruem corporum adeo ſublimem: ut comparari poſſet montibus. Depreſſos: poſitos. Et Magni numerat popu. & numerãdo lætabatur. Epuliſqꝫ paratur ille locus: ut quaſi ſpectaculum ante oculos haberet cæſorum militum: dum epuletur. Vultus, facieſqꝫ: aliquid inter ſe differunt. nã facies proprie eſt naturalis cuiuſqꝫ habitus. Vultus autem eſt: qui pro uoluntate mutatur: & fingitur. Vultus & Facies

Iuuat: ſcilicet Cæſarẽ. Non cernere terrã: ꝙ operta eſſet ſtrage cæſorũ. Cæſar autem cum cæſa cadauera perluſtraret: fertur hæc dixiſſe græce. Hoc uoluerunt: huc me neceſſitatis adduxerunt: ut C. Cæſar maximus: confectis bellis: ſi exercitus dimiſiſſem: condemnatus utiqꝫ forem. Plutar. Sub clade. i. latentes ſub cæde. nã cladẽ pro cæde poſuit. Fortunam: ſcilicet ſuam ſecundam. Superoſqꝫ ſuos: ideſt propitios. nam ex eo: ꝙ tantam cladem ipſe cum militibus ſuis perpetrauerat: intelligebat Deos ſibi propitios eſſe. Ac ne læta furens: & tantam ex cæde lætitiam capiebat: ꝙ nec cæſorum quidem corpora ſepeliri permittebat: ut diutius oculos paſceret.

SVLPITIVS ℭInuidet miſeris:non comburit:non ſepelit.& eſt uetus uerbi conſtructio:cuius meminit Diomedes. Ingerit Emathiam:hypallage:ideſt immittit aerem peſtiferum in Emathiã:qui ex cadauerum corruptione ẽficiebatur. Non illum:non eſt inquit motus exemplo Hannibalis: qui q̄q̄ ſęuiſſimus:Pauli tamen Aemilii corpus:& M. Marcelli honorificentiſſime ſepeliuit:ut Liuius:& Sillius tradunt. Humator Pœnus:Hannibal ſepultor. Cõſulis:Pauli Aemilii:qui cecidit in pugna Cannenſi. Cannæ:uicus in Appulia. Succenſę:coruſcãtes pyra. Lãpadę libyca:igne Hannibalis Africani. Hominũ ritus:humanitatem ſepeliendi.nã non ſepelire ferũ eſt:& imane. Meminit eſſe ciues ſuos:quos maiori odio habebat:q̄ Hannibal hoſtes. Non ſingula buſta:non ut cuiq; ſuum rogũ cõſtituas:ſed unũ ingentẽ omnibus. Diſcretos:ſeparatos. Interpoſitis:ſed continuis. Aut generi:aut ſi uis Pompeium maiori dolore affi cere:congeſtas Theſſaliæ ſiluas incẽde:ut flammas ex æquore poſſit aſpicere. Robore œtheo:lignis Oethę montis. Nil agis hac ita:uanę crudelitatis improbatio:quia nihil odiis proficiat. Tabes:corruptio. Soluat:in terrã uertat. An rogus:an ignis in cinerẽ. Placido nat re.Cuncta ſinu:omnia.n.q̄ natura cõpo ſuit:in ſua elementa diſſoluit. Finẽ ſui:diſſolutionem. Sibi:naturæ. Vret cum terris:uret q̄do omnia elemẽta uno igne ardebũt:idq; ea Pythagoræ ſnĩa dixit:q apud Ouidiũ ait:Eſſe quoq; ĩ fatis reminiſcit̃ affore tẽpus:Quo mare:quo tellus:correptaq; machina cæli Ardeat.Plato quoq; in Tymæo:& Cic.in natu.De.docet:Certa tẽpoꝝ reuolutione ex incremẽto cõtrarioꝝ elemẽtoꝝ,& ĩcẽdia,& diluuia fieri. Communis rogus:generale incendium. Quocũq; tuam:quo iuerit anima tua uadit nunc horum:quibus uerbis indicat eum non Deum eſſe:ut uulgo putabatur. In auras:ad ſpiritũ retulit:q Deos repetit. Stygia ſub nocte:ĩ ĩferno:quo migrãt aĩæ. Melioꝛ loco:circulo amœniore.

Inuidet igne rogi miſeris:cæloq; nocenti
Ingerit Emathiã.non illũ Pœnus humator
Conſulis:& libyca ſuccẽſæ lampade Cannæ
Cõpellũt:hominum ritus ut ſeruet in hoſtes:
Sed meminit nondum ſatiata cędibus ira
Ciues eſſe ſuos:petimus non ſingula buſta:
Diſcretoſq; rogos:unum da gentibus ignem.
Non interpoſitis urantur corpora flammis:
Aut generi ſi pœna iuuat:nemus extrue Pĩdi:
Erige congeſtas œtheo robore ſiluas:(mam.
Theſſalicã uideat Põpeius ab æquore flam
Nil agis hac ira.tabes ne cadauera ſoluat:
An rogus:haud r̃fert:placido natura r̃ceptat
Cuncta ſinu:finemq; ſui ſibi corpora debent:
Hos Cæſar populos:ſi nũc non uſſerit:ignis
Vret cum terris:uret cum gurgite ponti:
Communis mũdo ſupeſt rogus:oſſibus aſtra
Miſturus:quocunq; tuam fortuna uocabit:
Hæc quoq; eũt animæ:nõ altius ibis in auras
Non meliore loco ſtygia ſub nocte iacebis.

OMNIBON. ℭMiſeris:ſcilicet occiſis. Inuidet igne rogi:notanda eſt hæc conſtructio:Inuideo tibi hac re:quę rariſſima eſt & nuſquã memini legere:niſi apud Lucanum:nam Nota In uideo uſitatum eſt:Inuideo tibi hanc rem. Cæloq; nocenti:ideſt infecto.nam tum demum nocens eſt cælum:cum infectus eſt aer. Non illum Pœnus:immanior inquit eſt:& crudelior Cæſar:q̄ Hannibal:nam noſtris conſulibus ſepulturam non negauit:qd nunc ciuibus ſuis non fecit. Humator:ſepultor. Conſulis:uel Pauli Aemilii apud Cannas trucidati:cuius corpus diu quæſitum quantum in ipſo ſepulturæ mandauit. Aut certe Marcum Marcellum conſulem dicit:qui dux in Bruttiis dum auidus Pœnorum conatus inueſtigaret:dum conſilia ſperneret:occiſus eſt:cuius corpus legitimo iure Hannibal extulit:& Punico ſagulo:& corona etiam donatum laurea rogo ſuperimpoſuit. Lampade:quia omnia corpora Romanorum cæſa apud Cannas ſecundum Liuium:quæ quinquaginta millia fuiſſe dicuntur, iuſſit comburi:& ſepulturæ omnia mandari. Ritus:ideſt mores.nam mos eſt non inuidere ſepulturam hoſti.

Sed meminit nondum:bis intelligitur nondum:quia nondum expleta erat ita Cæſa.ideo oblitus erat ciues ſuos eſſe. Petimus non ſingula buſta:ſub perſona ſui inducit loqui eos:qui cæſi fuerant:& ſepultura prohibiti:quaſi ipſi ita loquantur:Non eſt magnum:quod petimus o Cæſar.nam ſi id peteremus:ut ſinguli ſingulo rogo comburerentur:fortaſſe laborioſius tibi uideretur.At uero ut omnium noſtrum corpora uno Buſtũ unde rogo extructo comburantur,petimus. Buſtum dicitur quaſi combuſtum:& proprie dicitur cadauer:cum eſt combuſtum. Diſcretos:ſeparatos. Gentibus:ſcilicet occiſis. Non interpoſitis:ideſt ſeparatis:ſed in unum comburantur. Aut generi ſi pœ.iu.aut ſi facis hoc:ut maiorem dolorem Pompeio commoueas:iube omnes cæſos in excelſum cacumen Pindi,aut Oethæ montis efferri:& ibi omnes comburi:ut ex ipſo mari:per quod nauigat Pom.flamma uideri poſſit:hoc enim pacto Pompeii dolorem augebis. Extrue:ſcilicet in unam congeriẽ. Pindi:montis Theſſaliæ permagnus:ad arcton Macedonũ partem habet:ut ait Strabo:ad occaſum autem Perebos homines metanaſtas:ideſt nugatores continet:ad meridiem uero Dolopas. Nil agis hac ita:q iratus nolis cæſos ſepeliri:nam ſi rogus unus humano labore ſtructus non combure eos:certe extrema illa flammas:qua omnis mundus igne peribit:comburentur:& te inuito. Tabes an rogus ha.refert:& nihil refert an ſua ipſorum cadauera corruptione ſoluãtur:an dimittantur ſolui in cineres. Placido natura receptat Cuncta ſinu:naturale eſt quicquid naſcitur etiam ſoluatur:& omne compoſitum in ſua principia perueniat. Hos Cæſar populos:ſi non nunc:certe tunc comburentur:cum ignis omnia corripiet in extremo die. Vret:ſcilicet ignis.Nam etiam philoſophi uolunt naturali quadam ratione fore:ut omnis mundus igneſcat:ſicut Cicero dicit. Aſtra:quia ignis ille terrena omnia:& cæleſtia cõſumet. Quocũq;:ad qdcũq; exitũ ueniat aĩa tua:meméto etiã hoꝝ aĩas uẽturas:nã & tu moriturus es. Nõ altius ibis:tãetſi aſſentatores dicturi ſint aĩam tuã in cælũ aſcẽdiſſe:& cõuerſã eſſe in ſidus cæleſte:ut Vir.Ecce Dionei ꝓceſſit Cæſa.aſtrũ: Altius:q̄ hoꝝ aĩæ. Nõ me.lo.ſ.q̄ illi iacebunt. Stygia nocte:Stygem tranſibis:ſicut alii,& fortaſſe ꝓfundius:q̃a maloꝝ omniũ cauſa fuiſti.

ℭLibera

¶Libera for.mors eſt:mortui inquit non ſunt fortunæ:iniuriæq; ſubiecti. Capit oia:ſuſcipit:& continet.nam in terram redeunt. Qui nõ ha.ur.inſepultus. Tũ:præterea.& eſt acris increpatio. Cui: ad cuius uoluptatẽ. SVLPITIVS
Funere inhumato:cadaueribus inſepultis. Hanc cladem:ſpectaculum huius cladis. Olentes:fœtentes. Trahe:bibe:qm̃ infectæ ſunt ſanguine. Hoc cælo:qđ corruptum iam eſt:& peſtiferum. Tabentes:marceſcentes: & qui corrumpuntur. Eripiunt ru.fugant te. Ad pa.ad deuoranda cadauera. Biſtonii:Threicii a Biſtone rege. Odorati:qui odorauerunt.eſtq; participium a deponente odoror. Eſtq; proprie odoratus:qui accipit aliunde odorem. Odorus uero:qđ per ſe odorem emitit: ut roſa. Pholoen:montem Theſſaliæ. Latebras:luſtra. Odoratus qd

Libera fortuna mors eſt:capit omnia tellus:
Quæ genuit:cęlo tegiť q non habet urnam.
Tu:cui dãt pœnas inhumato funere gentes:
Quid fugis hãc cladẽ?qd olẽtes đſeris agros
Has trahe Cęſar aq̃s:hoc ſi potes:utere cęlo:
Sed tibi tabentes populi Pharſalica rura
Eripiunt:campoſq; tenent uictore fugato.
Nõ ſolum Hæmonii funeſta ad pabula belli
Biſtonii uenere lupi:tabemq; cruentæ
Cædis odorati Pholoen liquere leones:
Tunc urſi latebras:obſcœni tecta:domoſq;
Deſeruere canes:& quicquid nare ſagaci
Aera non ſanum:motumq; cadauere ſenſit.
Iamq; diu uolucres ciuilia caſtra ſecutæ
Conueniunt:uos quæ Nilo mutare ſoletis
Threicias hyemes:ad mollem ſerius auſtrũ
Iſtis aues:nunquam ſe tanto uulture cælum
Induit:aut plures preſſerunt aera pennæ.
Omne nemus miſit uolucres:oĩſq; cruenta
Alite ſanguineis ſtillauit roribus arbor.
Sæpe ſuper uultus uictoris:& impia ſigna:
Aut cruor:aut alto defluxit ab æthere tabes:
Membraq; deiecit iam laſſis unguibus ales.
Sic quoq; nõ omnis populus puenit ad oſſa:
Inq; feras diſcerptus abit:non intima curant
Viſcera:nec totas auidæ ſorbere medullas:
Deguſtant artus.latiæ pars maxima turbæ

Obſcœni:turpes pp uomitum ex crapulis. Et quicquid nare ſagaci: ois ſera odoriſeca. Non ſanũ: corruptum odore cadauerũ. Secutæ:alebantur.n.cadaueribus equorũ. Voſq;:Grues quæ e Biſtonia palude in Thracia frigidiori ad repentem reuolant Nilum. Ad auſtrum mollem:ad regionem auſtralem: quæ melior eſt.nam Thracia ad meridiem habet Aegyptum. Induit ſe uulture:a uulturibus fuit frequentatum:qui,ut Pli.ſcribit,triduo cadauera futura præſentiunt. Plures pennæ preſſerunt aera: plures uolucres uolauerũt.
Roribus ſanguineis:inſperſione cruoris. Victoris: Cæ. Tabes:ſanies. Laſſis:defatigatis. Vnguibus:bene unguibus.Sunt.n.proprie ungues oĩum animalium habentium digitos. Vnguia uero eorum:quæ habent: Vngues quæ aut ſolidos:aut biſidos pedes. Membra:humana:quę rapuerat. Sic quoq;:ferarum,& uolucrum diſcerptione,atque rapina. Non peruenit ad oſſa: quia multa corpora integra remanſere. Abit in feras:conuertit ſe in carnem ferarum:quæ illa carne alebantur.
¶Libera fortuna mors eſt:non.n.mors fortunæ ſubiacet:ſed quæcunq; ipſa uoluerit,faciet. Capit oia tel. OMNIBON. nam ex terra oia naſcuntur:& in terram redeunt. Cælo tegiť:nam cælum eſt ſepultura oium. Vrnam.i.ſepulturam. Tu cui dant pœ.pergit poeta oſtẽdere:qđ cœperat.ſ.Cæſarem ipſum:q̃uis uictorem: tñ in deteriori conditione eſſe:q̃ Pompeium nam ipſe:qui iuſſis cæſorũ corpora inſepulta iacere:fugať a mortuis: has .n dat pœnas:quod terrum odorem eorũ ſuſtinere non põt:ſed fugere cogitur. Inhumato funere:non.n.genus pœnæ eſt:qđ eós ſepeliri prohibes. Has trahe Cęſar aquas:perſiſte inquit in Emathia ſi potes:ſed nõ poteris:nam ab his:quos occidiſti fugaberis: cum uiui te fugare nequiuerint. Trahe:bibe. Has aquas:quæ in Emathia naſcunť. Cælo:aere. Tabentes:corrupti.
Non ſolum Hæmonii:nunc cõmiſeratione uti oſtẽdens id Cæſaris imanitate factum eſſe:ut cæſorum corpora a lupis,leonibus,aliiſq; feris,& alitibus dilaniarenť: & eſſe facta alimenta ferarum:& eſt indignatio contra Cæſarem:quamuis ſit & commiſeratio cæſorum. Que:pro ſed. Leones odorati:pro odoriſeci: qui odorem ſequuntur. Biſtonii.i.Thraces. Ad pabula:ideſt ad cumulos. Pholoen:montem Arcadiæ. Latebras:nam e cubilibus ſuis urſi ad cadauera dilanianda uenerunt. Et q̃cquid nare ſagaci:ideſt omne genus ferarum:quod ſagacitatem narium habet:ad hæc pabula concurrerunt. Sagaci:odoriſeca.unde ſagaces canes dicuntur odoriſeci. Non ſanum:ideſt infectum. Motum: ideſt turbatum.
Vos quæ Nilo:o grues,inquit,quæ Thraciam mutare ſoletis Aegypto:quia Strymonem fluuium Thraciæ: ſuperueniente hyeme deſeritis:& in Aegyptum melioris auræ tranſitum facitis:hoc tempore tardiores in Aegyptum tranſitis:detentæ uidelicet illecebris cadauerum. Mutare ſoletis Threicias hyemes: ſunt enim quædam aues:quæ aeris temperiem amant:ſicut hirundines:& grues. Threicias hyemes:ideſt hybernum tempus Thraciæ. Ad mollem auſtrum:ideſt Aegyptum:nam per uentum ſignificauit regionem:eſt enim auſter uentus meridionalis:ubi ſita eſt Aegyptus. Nunquam ſe uulture:ideſt nunquam antea uiſi ſunt tot uulturum greges:nã uultur auis eſt carnibus humanis ueſcens. Induit:impleuit. Pennę:ideſt aues.pars pro toto. Omniſq; cruenta:& in arboribus ſidentes aues fruſtra cadauerum roſtro geſtabant:e quibus cruor effuſus arbores cruentabat.
Roribus:ideſt guttis. Sæpe ſuper uultus:hoc etiam ſæpius contingit:ut membra cadauerum:quæ de roſtro auium caderent:in caput Cæſaris:& militum ſuorum ruerent:& nonnunquam etiam ſigna cruentarent. Tabes:quæ iam cruor eſſe deſierat. Omnis populus:ideſt integra corpora multitudinis cæſæ:non ſunt omnia corrupta:ſed pars eorum in alituum:& ferarum nutrimenta tranſiere. Ad oſſa:ideſt ad corruptionem. Que:pro ſed. In feras:in nutrimenta ferarum. Non intima curant Viſcera: & aues iam ſatiatæ uſq; ad faſtidium parũ admodum guſtabant;reliquam uero partem relinquebant intactam.

SVLPITIVS ¶ Faſtidita:neglecta a feris & auibus. Sol:deſiccando. Nimbi:putrefaciendo:molliendo. Dies:tempus conſumendo. Reſolutam:corruptam. Theſſalica:Theſſaliam quoq; deteſtatur:& eam deplorat poeta. Crimine:culpa tua. Te unam:ſolam,& præcipuam. Fatis:neceſſariis euentis. Quod ſufficit æuum:quæ ætas,inquit, eſt ſatis ad tanti damni memoriam abolendam. Quæ ſeges:profecto nulla frumenti herba. Non decolor:nõ ſanguinei coloris,& pallidi. Herbaꝝ.n.radices & arboꝝ ſatiatæ ſanguine:aut uini fece rubicũda:purpureos fructus producunt. Sic perſica:& auellanas purpureas fieri docet Palladius. Quo uomere:nam quicunq; te arabit cineres eruet Romanoꝝ:& umbras uexabit. Ante nouæ:hoc eſt ante hic iteꝝ præliabitur:dixitq; hoc ꝓpter Octauium & Antonium:qui aduerſus Brutum & Caſſium non multo poſt illic Marte cruentiſſimo pugnauere. Secundo ſceleri:ſecundo prælio ciuili. Omnia maioꝝ:q̃uis,inquit,omnes cineres:omniaq; oſſa mortuoꝝ:quæ in toto ſunt orbe:in unum cumulentur:maior tamen copia erit in Theſſalia. Licebit:quãuis.ut apud Horatium:Sis pecore:& multa diues tellure licebit. Buſta:loca in quibus comboſta ſunt. Stantes:integros. Vertamus:eruamus. Vetuſta radi. antiqua caprifico diſſoluti; apertiq; ſunt. Martialis: Marmora Meſſalæ ſcindit caprificus. Vrnas:in quibus cineres, oſſaq; ſunt. Victis cõpagibus:diſſolutis coniunctionibus. Sulcis:in ſulcis. Dentibus ruricolis:dentatis inſtrumentis:quibus coluntur rura. Nullus ab Emathio: nemo inquit Theſſaliam frequentaſſet:aut araſſet:aut armenta:& greges ibi pauiſſet:ſed tanquam ſacram:& ut cõe Romanorum ſepulchrum ſeruaſſet inuiolatam & deſertam:ſi illic tantum geſta fuiſſent ciuilia prẹlia.

Religaſſet funem:nauigaſſet in Emathiã:& inde nauim ſoluiſſet. Mouiſſet:araſſet. Dumeta:ſpineta: & ſaltus. Permitteret uellere:concederet paſcere herbã naſcentem ex oſſibus:& puluere Romanoꝝ. Impatiens hominum:inhabitabilis. Vel Solis iniqui Limite, uel glacie.i.uel uia Solis:ui terræ,quę ſunt ſub torrida zona:& ſub ipſa eclyptica.uel frigore intollerabili:quo laborant:qui ſunt ſub zonis extremis. Nuda: ſine hominibus. Si non prima:ſi prima certe non ſola. nam primus ad differentiam ſecundi, & tertii dr. Liceat: uotum eſt:cum non liceat:totus.n.mundus eſt nocẽs.

Terras nocentes:ut Theſſaliam:Aegyptum:Ciſalpinam Galliam:Africam:Hiſpaniam:Thuſciam:Siciliã:Leucadiam:quæ ciuili ſanguine maduere. Quid prę.cur grauamini:& damnatis. Soluitis:liberatis culpa. nã unus locus alteꝝ leuat. Heſperiæ:Hiſpanæ:& Italæ. Pachyni:montis in Sicilia:apud quẽ Auguſtus & M.Agrippa Sextum Pompeii filiũ nauali prælio ſuperauit. Et Mutina:apud quam uictus eſt M.Antonius ab Auguſto:ubi & conſules Panſa,& Hircius ceciderunt.

Leucas:hoc dicit propter prẹlium nauale:quod in ſinu Ambracio geſſit Auguſtus in Antonium & Cleopatrã.

Puros:quaſi innocentes & Romano cruore immaculatos: & inexecrabiles. Philippos:poeta,ut etiam ſupra diximus,Pharſalios campos intelligit:quamquam Plinius Philippos in Thracia eſſe oſtendit.

Faſtidita iacet:quã ſol:nimbiq;:dieſq;
Longior Emathiis reſolutam miſcuit aruis.
Theſſalica infelix quo tanto crimine tellus
Læſiſti ſuperos:ut te tot mortibus unam:
Tot ſcelerum fatis ꝓmerent? qd ſufficit æuũ:
Immemor ut donet belli tibi dãna uetuſtas?
Quæ ſeges ĩfecta ſurget nõ decolor herba?
Quo nõ romanos uiolabis uomere manes?
Ante nouæ uenient acies:ſceleriq; ſecundo
Præſtabis nõdũ ſiccos hoc ſanguine cãpos.
Omnia maiorum uertamus buſta licebit:
Et ſtantes tumulos:& qui radice uetuſta
Effundere ſuas uictis compagibus urnas:
Plus cinerũ Hęmoniæ ſulcis telluris aratur:
Pluraq; ruricolis feriuntur dentibus oſſa.
Nullus ab Emathio religaſſet littore funem
Nauita:nec terrã quiſquã mouiſſet arator:
Romani buſtum populi:fugerentq; coloni
Vmbrarũ cãpos:gregibus dumeta carerẽt:
Nullus & auderet pecori permittere paſtor
Vellere ſurgẽtem de noſtris oſſibus herbã:
Ac uelut impatiẽs hominũ:uel ſolis iniqui
Limite:uel glacie nuda:atq; ignota iaceres:
Si non prima nefas belli:ſed ſola tuliſſes.
O ſuperi liceat terras odiſſe nocentes:
Quid totũ ꝓmitis:qd totũ abſoluitis orbẽ?
Heſperiæ clades:& flebilis unda Pachyni:
Et mutina:& Leucas puros fecerẽ philippos.

OMNI BON. Dits gd ¶ Sol.i.calor Solis,& longitudo temporis in cinerem conuertit. Dies:tempus.nam dies fœ. genere tempus ſignificat. Theſſalia infelix:nunc inuehitur in ipſam Ematiam:hanc omni ſupplicio Dii irati dãnarunt:ut ea omnia cæſorum corpora ſuſtineret:& reſoluta corpora ipſam maculatent: ut ibi nihil naſci poſſet non cruore fœdatum:hoc inquit tibi magno aliquo ſcelere contigit:ut una potiſſimum idonea habereris:in qua tot cædes cõmitterentur. Nam & ſi diu æuum durabit:tamen nulla uetuſtas hanc tibi maculam abolere poterit. Quod ſufficit æuum.i.quæ tanta ſæculorum longitudo eſſe potuerit:ut obliuioni tradatur hoc nefas:quod in te commiſſum eſt:quaſi dicat nulla. Immemor:quæ obliuionem inducit. Donet damna: ne his damnis uituptereris ab omnibus. Decolor:ideſt deformis:& quæ redoleat cruorem cæſorum. Violabis:quocunq; uomere uerſata fueris:ſemper uomis oſſa ſemiſepulta feriet:ita ut manes eorum quodammodo lædantur ab agricolis. Ante nouæ uenient:ideſt antequam obliteretur prima cædes in te facta o Theſſalia:altera cędes ſuperueniet belli ciuilis.Octauius enim & Antonius ab una parte:& Brutus & Caſſius ex altera bella ciuilia renouabunt. Scelerique ſecundo: uix primus hic cruor ſiccatus erit: cum nouus iterum fundetur. Omnia maiorum: dicit enim non unius: aut alterius ciuitatis populos iacere inſepultos: ſed tot Romanorum millia: quot nuſquam ſepulta iacent. Nec ſi,inquit,omnia Romanorum ſepulchra euellantur: & eorum, quæ in his condita ſunt, eruantur: numerum æquare poterunt eorum:qui in Theſſalia iacent. ordo tendit uſque ad eum locum:Tamen plus

cinerum aratur:ſuppletur enim. Licebit:quamuis. Vertamus.i.euertamus. Stantes tumulos:ſepulchra quæ nondum uetuſtate corruerunt. Et:ſcilicet euertamus ea buſta:quæ iam ruere cœperint:innatis radicibus capri fici:huius.n.arbuſculæ radices coagmenta lapidum maxime diſſoluunt.Iuue.Hæſuri ſaxis cinerum cuſtodibus: ad quæ Diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici.& Mar.Marmora Meſſalæ ſcindit capriſicus. Effudere:a-peruerunt. Victis con.ſolutis iuncturis. Radice o.ſcilicet caprifici. Ruricolis d.dens ruricola nil aliud eſt:q̄ dens uomeris. Nullus ab Ema.ſenſus eſt:adeo deteſtabilis fuiſſet Emathia:ſi nunquam alibi geſta fuiſſent bella ciuilia:q; nemo ibi habitaret:nemo sereret:nemo araret:ſed eſſet oino deſtituta ab humano cultu:non aliter: q̄ torrida,aut frigida zona:ſed quia alibi etiā geſta ſunt bella:ideo nō adiudicata eſt nocens. Ordo uſq; ad eum locum:Si non prima nefas belli. Terram:appoſitio Buſtum po.Ro.Quia ſepulchrum uere Romani populi appellari potes. Dumeta:proprie ſunt loca ſpinoſa & arida:ubi paſcere ſolent greges. Vellere:paſcere herbam.

Nuda:ſpoliata fructu. Ignota.ſ.gentibus:quia nemo habitaret. Limite Solis iniqui.i.torridæ zonæ. Vel glacie.i.frigidæ zonæ:quemadmodum hic nemo habitare poteſt pp nimium calorem:illic pp nimium frigus: ita & hic nemo habitaret:ſi tu fuiſſes non prima:ſed ſola. Terras odiſſe nocentes:ubi tantus Romanoꝝ cruor effuſus eſt:ſed nunc non licet:quia non uno loco tm̄: ſed in multis regionibus Romanoꝝ ſanguis ſparſus eſt: quia Quicquid multis peccatur:inultum eſt. Premitis: damnatis:& damnando totum orbem abſoluitis. Heſperiæ clades:hæc omnia loca:ubi fuſus eſt Romanoꝝ cruor:fecerunt ut Emathia uideretur eſſe abſoluenda.

Heſperiæ clades:propter Cn.Pom. quem una cū exercitu ſuo Cæſar in Hiſpania deleuit. Flebilis unda Pachyni:ubi Agrippa auſpiciis Auguſti Cæſaris Sextum Pom.Magni Pomp.filium deuicit. Et Mutina: ubi Auguſtus,Hircius,& Panſa uicerunt M.Antonium:multiſque occiſis conſules letali uulnere ſauciati ſunt. Et Leucas:promontorium Epiri:ubi Octauius Antonium,& Cleopatram bello nauali deuicit:ubi multa millia Romanorum perierunt.



Io.Sulpitii in octauum Lucani argumentum.

Octauo in Lesbon fugiens per deuia Magnus
Nauigat:& coniux lachrymando abducta relinquit
Deflentem populum:properans tum nauta monetur:
Tendat ut ad Cilices:ubi Sextus turba:ducumq;
Decernunt:quo ſit dux confugiturus:atroxq;
Aegyptus legitur:uenientem regia prodit:
Coniugeq;,& nato coram confodit Achillas.
Ambuſtum Codrus truncum clam texit arena.

M.AN.LVCA.BELLI CIVI.LIB.VIII.

Iam ſup Herculeaſ fauces:nemoroſaq; Tēpe
Hæmoniæ deſerta petens diſpendia ſiluæ:
Cornipedē exhauſtū curſu ſtimuliſq; negātē

Iam ſuper Herculeas. Pom.ita tenuis:& nudus ut inquirentes hoſtes plane lateret:Lariſſam tranſgreſſus:ut ad Tempe peruenit:ſe in herba proſternens ſitibundus e fluuio hauſit.Indeq; exurgens per Tempe trāſgreſſus eſt:quo uſq; ad mare peruenit:ut tradit Plutarchus:nauemq; fluuialem,uel(ut Appianus ait)frumentariam conſcēdit:ſæpe,ut dicebatur,querens tantum ſe opinionem feſelliſſe:ut a quo genere hominum uictoriam ſperaret:ab eo initio fugæ facto pene proditus uideretur. Poeta igitur quibus flexibus:qua trepidatione:quo dolore:pudoreq; fugerit:& nauim conſcenderit narrat. Eſt autem ordo:Iam Magnus petens diſpendia deſerta ſiluæ Hæmoniæ. Super fauces Herculeas:transualle,& aditum:quem Hercules diſciſſis Oſſa & Olympo montibus fecit:& exitum Peneo fluuio dedit:ut exhauriretur aquis Theſſalia:ut meminit Diodorus.& Seneca in Hercule furente ait:Sciſſa cum uaſto impetu patuere Tempe:Pectore impulſus tuo:huc mons & illuc Cecidit:& rupto aggere noua cucurrit Theſſalus torrens uia. SVLPITIVS

Tempe:uallem de qua diximus libro ſexto. Diſpendia deſerta:damna itineris:& circuitus uiæ deſertæ.
Hæmoniæ:ſilua Theſſalici nemoris:& ipſorum Tempe. Agens cornipedem exhauſtum:impellens equum feſſum. Stimuliſque negantem:ideſt qui ictus calcaribus non promoueretur.

Iam ſu.Her.ſau.ne.Tem.Hic liber octauus hæc continet:primum quidem Pom.profectionem in inſulam Lesbon:ubi Corneliam depoſuerat:deinde concionem Pom.habitam in Cilicia:ubi pars maior ſenatus conuenerat:cuius ſententia erat:ut ſe conferret in Parthiam:& Parthoꝝ regū uires extollens contra Cæſarē concitaret.Huic ſniæ aduerſatus eſt Lentulus:& orōnem habuit Romano conſule dignam:& in ſniam eius ſenatuſconſultum factum eſt:ut ſe in Aegyptum reciperet. Deinde ēt narratur quō Pompeius poſtq̄ in Aegyptū uenit:iubente Ptolemæo perſuaſu Photini & Achillæ obtruncatus eſt:poſtremo continet ſepulchrū Pom.cuius cadauer Codrus inuentū rogo ſuperimpoſuit:ac ſepulturæ mandauit. Iam ſuper:deſcribit quō Pom.poſtq̄ a Theſſalia diſceſſit:fugiens metuebat ſtrepitum omnem:ſciebat.n.mortem ſuam OMNIBON.

a Cæſare plurimum deſiderari. Ordo eſt uſq; ad eum locum: Magnus agens. Super Herculeas fauces.i.per fauces Olympi montis & Oſſæ. nam Hercules cum ueniſſet in Theſſaliam:& uideret montibus circundatam uallem ingentem:quæ aquã ſurgentem contineret:adeo, ut lacum feciſſe uideret: cognouit, ſi locus undis euacuatus eſſet: maximã ibi fertilitatem futuram: itaq; diſcidit Olympum ab Oſſa: atq; effuſa aqua eſt:& inde diuerſa flumina deriuata: quorũ nomina ſuperius deſcripſit: q̃ parte igitur Hercules Olympum ab Oſſa diſcidit: hãc fauces Herculeas appellat. Nemoroſaq; Tempe: ephexegeſis eſt eius: qđ dixit fauces Herculeas. Nam Tempe ſunt inter Oſſam & Olympum amœniſſima quinq; milliũ longitudine:& ferme ſex latitudine: attolentibus ſe ultra q; leniter conuexis iugis: & interlabente Peneo nemoroſam conuallẽ. Pli. Latini tribus tantum caſibus plurali utuntur: nominatiuo: accuſatiuo: uocatiuo. Sed a græcis uariatur Τα Τεο Τεα καὶ Τεο ωι: p craſſimeq; quia litera nõ ſeruatur. Diſpendia: ideſt uaſtas longitudines. Hæmoniæ ſiluæ: ea enim ſilua Theſſaliæ magna eſt:& longa. Cornipedem: equum. Exhauſtum: defeſſum curſu. Stimoliſq; negantem: quia iã ſuppoſita calcaria ſentire nõ uidebatur præ nimia laſſitudĩe.

SVLPITIVS ❡ Incerta fugæ ueſtigia turbat: non it recto itinere: ſed confundit & flectit ne poſſit per ueſtigia deprehẽdi & ut qui perſequuntur: reddantur incerti. Implicitas errore: cõfuſas circuitionibus. Fragorem nemorum: ſonitum arborum ex aura. Comitum: nam eorum ſtrepitum terrebatur. Qui ferit: qui ſtrepitus reſonat: & percellit alii. legunt Redit. Trepidum, laterisq; timentem Exanimat: perterret ipſum non modo a tergo: ſed a latere metuentem. Quãuis ſummo de culmine: quãuis inquit a felicitate corruerit: tamen ſcit magno pretio ſuam mortem a Cæſare expetiri:& non minori q̃ ipſe mortem Cæſaris emeret. Pretium ſui ſanguinis: pretium, quod daretur interemptori ſuo. Nondum eſſe uile: ſed maximum. Memor fati: priſtinam fortunam conſiderans. Adhuc: in tanta calamitate. Iugulum tantæ mercedis: uitam tanti pretii. Pro ceruice auulſa: pro capite: quod collo ſoſtẽtatur.

Magnus agens: incerta fugæ ueſtigia turbat:
Implicitaſq; errore uias: pauet ille fragorem
Mororum uentis nemorũ: comitũq; ſuorum:
Qui poſt terga redit trepidũ: laterisq; timentẽ
Exanimat: q̃uis ſummo de culmine lapſus
Nondum uile ſui pretium ſcit ſanguinis eſſe:
Seq; memor fati tantæ mercedis habere
Credit adhuc iugulũ: quantũ ꝑ Cæſaris ipſe
Auulſa ceruice daret: deſerta ſequentem
Non patitur tutis fatum cęlare latebris
Clara uiri facies. multi Pharſalica caſtra
Cũ peterent: nondũ fama properante ruinas:
Occurſu ſtupuere ducis: uertigine rerum
Attoniti: cladiſq; ſuæ uix ipſe fidelis
Auctor erat: grauis eſt: Magno quicũq; malorũ
Teſtis adeſt: cunctis ignotus gentibus eſſe
Mallet:& obſcuro tutus tranſire per urbes
Nomine: ſed longi pœnas fortuna fauoris
Exigit a miſero: quæ tanto pondere famæ
Res premit aduerſas: fatiſq; prioribus urget.

Deſerta ſequentem: quãuis per deſerta & occulta fugeret: eius tamen dedecus: & calamitas latere non potuit: quia ab omnibus noſcebatur. Multi: auxiliares euntes in Pompeii caſtra: nondum audita profligationis fama: Pompeio obuio ſtupuerunt. Prodente ruinas: indicante cladem. Vertigine: mutatione:& uolubilitate fortunæ. Cladiſq; ſuæ uix ipſe fidelis Auctor erat: uix ipſo fugiente & aſſerente: tanti ruina exercitus credebatur. Grauis: moleſtus. Adeſt teſtis: fit ei obuius:& conſcius eſt calamitatis. Obſcuro nomine: non nota: non celebri fama. Exigit pœnas: quo enim erat illuſtrior: eo infamior euadebat. Longi: diu præſtiti. Pondere: claritate. Premit: grauat: notaſq; facit. Fatiſq; prioribus urget: uexat ſuperiori felicitate. Quo enim felicior fuerat: eo nunc miſerior erat. Et rebus felicibus aſſuetis: difficilius eſt aduerſam ferre fortunam.

OMNIBON. ❡ Incerta fugæ ueſtigia turbat: hoc omnino faciebat Pompe. ne ſequerẽtur ueſtigia ſua:& ipſum deprehenderent: nunc huc: nunc illuc circũagebat equũ. Implicitas erro. ui. ut errorẽ ſequentibus iniiceret. Pauet ille fra. ſtrepitum omnem: etiam comitum ſuorum. Qui: ſcilicet fragor. Redit: ideſt ſequitur Pom. Laterisq; timentem: ideſt ſaluti ſuæ: ne a latere aliquis inuaderet. Quãuis de ſummo cul. q̃uis inquit aduerſa fortuna illum de ſummo gradu deiecerit: tamen ſcit magno pretio a Cæ. emptum iri mortem ſuam. Nondum uile: immo precioſum. Seq; me. f. ideſt priſtinæ fortunæ non dubitat: ꝙ q̃tum Pompeius pro cæde Cæſaris: tantumdem etiam Cæ. pro ſua daret. Deſerta ſequentem: quãuis per occulta loca tranſiret Pompeius: ne dignoſceretur: tanta tamen erat uiri maieſtas: ut latere non poſſet. Clara facies: maieſtas imperatoria. Fatum: ideſt fortunam ſuam aduerſam. Multi Pharſalica caſtra: dicit autem multos fugienti Pom. obuiam factos eſſe: qui Theſſaliam petebant: nondum enim ſciebant uictum eſſe Pompeium:& occurrentes obſtupeſcebant. Occurſu: obuiam facti. Vertigine: mutatione fortunæ:& uix credere poterant tantum cladis fuiſſe: ut Pompe. cum tanto exercitu uinceretur: præſertim qui ſuperiori tempore tantus uictor fuiſſet. Cladiſq; ſuæ: ideſt uix ſuæ cladis erat auctor: cui fidem adhiberent audientes. Grauis eſt:& moleſtus erat Pompeio quicunq; ſciebat cladem ſuam. Mallet enim ignotus eſſe: q̃ clade accepta dignoſci a gentibus. nam pudori uidebatur: ꝙ poſt triumphos in ætate a Cæſare uictus eſſet. Obſcuro: ignoto nomine. Sed longi pœnas: quia adeo nominis ſui fama compleuerat totum orbem terrarum: ut ignotus eſſe non poſſet: hæc nobilitas illi moleſta erat. Fortuna longi fauoris: ideſt fortuna diu proſpera. Exigit pœ. ideſt facit hanc pœnam eſſe grauiorem. Pondere: ideſt tanta mole gloriæ:& nominis. Premit: aggrauat. Res aduerſas: recte dicit: nam qui diu in felicitate fuit: aduerſam fortunam grauius ferre conſueuit. diuturna felicitas eſt quoddam quaſi onus interim aduerſitate ſuperueniente. Vrget: ſcilicet res aduerſas. Fatiſq; prioribus: ideſt ſecundis: quia ſuperiori tempore fata putabantur proſpera: ſed nunc magis illum premebant res aduerſæ.

❡ Sentit

¶ Sentit honores feſtinatos: pœnitet ſe honores: imperia: & triumphos ante legitimum tempus geſſiſſe. Acta Syllana: ea quæ iuuenis egit Syllanis temporibus cum ab eo in Siciliam & Africam miſſus de Perpenna: Domitio: & Hiarba triumphauit. Lauriferæ: triumphalis. Corycias claſſes: naues Cilicum pyratarum: quos mira celeritate repreſſit: ut diximus libro primo. Corycus oppidum in Cilicia croco abundans: ubi & Corycium antrum. Pontica ſigna: de Mithridate uictoriam: qua eius uexillis potitus eſt. Deiectum: uictum: proſtratum. Sic longius æuum Deſtruit ingentes animos: ſic nocuit magnanimis, clariſq; uiris uixiſſe diutius: & in uita poſt amiſſum imperium remanere. Deſtruit animos: delet magnanimitas gloriam partam. Niſi ſumma dies: niſi quis in felicitate pereat: & morte ſuam ruinam præueniat: priſtina felicitas eſt ei dedecori. bene igitur Ouidius: Sed ſcilicet ultima ſemper Expectanda dies homini: diciq; beatus Ante obitum nemo: ſupremaq; funera debet. Niſi ſumma dies cum fine bonorum Affuit: niſi mors cum fine felicitatis aduenerit. hinc apud Senecam Chorus: Felix Priamus dicimus omnes Secum excedens ſua regna tulit. & paulopoſt: Felix quiſq; bello moriens omnia ſecum Conſumpta uidet. Et celeri præuertit triſtia leto: præuenit: & præterit res aduerſas morte feſtina. Quiſquã ne ſecundis: audet ne aliquis felicitatem amplecti: niſi cum certo in ea moriendi propoſito. Littora contigerat: iam Pompeius ad hoſtia Penei uenerat: ubi cymbam nactus Mitylenas ad Corneliam nauigauit: ut Appianus etiam ſcribit. In Commentariis tamen eſt eum ad Amphipolim una nocte in anchoris conſtitiſſe: & irrogata hoſpitibus pecunia: cognitoq; Cæſaris aduentu: inde diſceſſiſſe: & Mitylenas paucis diebus ueniſſe. Plutarchus inquit: Eum cymba inuectum cum paucis liberis: nam ſeruos ad Cæſarem ire iuſſerat: conſpectum fuiſſe a Petitio: & eum in nauim onerariam permaximam mœſtiſſime fuiſſe ſuſceptum una cum duobus Lentulis: & Faonio: qui apud eum ſerui ſubierat miniſterium: & præter Amphipolim nauigans ad Mitylenẽ tranſiit. Littora: hæc ſunt in ſinu Thermaico. Rubens clade: cruentus. Inde: a littoribus. Ventis, ac fluctibus impar: hoc eſt fragilis: & quæ tempeſtati non poſſet reſiſtere. Cymbam enim fluuiatilem fuiſſe Plutarchus: & Appianus tradunt: Cæſar frumentariam nauem. Vadis: locis non profundis. Cuius: Pompeium uidelicet: qui adhuc tantum claſſium habet. Adhuc: hoc tempore. Remis: nauibus. Corcyra: in Ionio inſula. Terræ Liburnæ: apud quam erat Octauius: ut patet libro quarto.

SVLPITIVS

Cory. cus ubi

Nunc feſtinatos nimium ſibi ſentit honores:
Actaq; lauriferæ damnat Syllana iuuentæ:
Nunc & Corycias claſſes: & pontica ſigna
Deiectum meminiſſe piget. ſic lõgius æuum:
Deſtruit ingentes animos: & uita ſuperſtes
Imperio: niſi ſumma dies cum fine bonorum
Affuit: & celeri præuertit triſtia leto.
Dedecori eſt fortuna prior. qſquã ne ſecũdis
Tradere ſe fatis audet. niſi morte parata?
Littora contigerat: per quæ Peneius amnis
Emathia iam clade rubens exibat in æquor.
Inde ratis trepidũ uentis: & fluctibus impar:
Fulmineis uix tuta uadis euexit in altum:
Cuius adhuc remis quatit Corcyra: ſinuſq;
Leucadii. Cilicũ dominus: terræq; Liburnæ.

¶ Nunc feſtinatos: q ante trigeſimum annum de Sicilia: de Africa triumphauit: parta uictoria auſpiciis Syllæ. Acta Syllana: ideſt auſpiciis Syllæ: quia miſſus eſt in Africa contra Domitium: quem uicit. & in Sicilia contra Cn. Carbonẽ: quem & ipſum ſuperauit: & de utraq; prouincia triumphauit: quia non licebat alicui de ciue triumphum ducere. Lauriferæ iuuentæ: qui lauream coronam accepit: cum ſublimis triumphali curru per urbem ueheretur. Nunc & Corycias: in mentem ueniebant priſtinæ uictoriæ Pompeio: quæ nunc maiorem moleſtiam: ac dolorem afferebant. Corycias claſſes, i. pyraticas a Coryco antro, & oppido Ciliciæ: duobus. n. menſibus mare pacatum reddidit Pompeius: quod pyratæ infeſtum fecerant. Cilices autem pyratæ funditus deleti fuerunt (ut refert Strabo) primum a Seruilio Iſaurico: quo tempore ille Iſauriam cepit. Poſtea a Pompeio: qui ſupra mille & trecenta nauigia concremauit: eorũ uero habitationes excidit: ex hominibus, qui ſuperfuere in prælio: alios in urbem ſolos deduxit habitatum: quã ille Pompeiopolim appellauit: alios Didymenam hominibus effœtam: quæ nunc Romanorũ eſt colonia. Et pontica ſigna: uictoriam: quam de Mithridate rege Ponti retulerat: uexillaq; uniuerſa ceperat: ipſo debellato. Sic lõgius æuum: hoc pacto inquit multis nocuit diutius uixiſſe. Satius enim fuiſſet Põpeio: ſi ante hanc cladem in felicitate mortuus fuiſſet: unde Iuue. Prouida Pompeio dederat Campania febres Optandas: ſed multæ urbes: & publica uota uicerunt. Deſtruit: debilitat. Vita ſuperſtes Imperio. i. qui diutius uiuit: q̃ imperium durat. Summa: ultima dies. Præuertit: anteuertit: niſi mors præuenerit aduerſitatem: & res lætæ diuturna uita premuntur. ut Oui. Meta. Sed ſcilicet ultima ſemper Expectanda dies homini: diciq; beatus Ante obitum nemo: ſupremaq; funera debet. Sententia Solonis eſt: quã poeta uſurpauit. Quiſquã ne ſecundis: eſt ne aliquis: qui audeat ſe felicem dicere ante mortem. q. d. non. Fatis: ideſt ſecundæ fortunæ. Littora contigerat: nunc autem dicit Pompe. ad Penei fluminis hoſtium perueniſſe: & ibi naue admodum exigua nauigare cœpiſſe: ut Lesbon peteret: ubi Corneliam depoſuerat. Peneius: fluuius Theſſaliæ: qui ex Pindo apud Gomphos naſcitur. Plinius. Emathia clade: ideſt cruore effuſo in campis Philippicis.

Inde ratis trepidum: cum ad hunc exitum amnis perueniſſet: dimiſſo equo nauigare cœpit: ſed hic oſtendit: q̃ inanes ſint hominum cogitationes: & q̃ in fragili ſtatu res humanæ poſitæ ſint. Nam Pompe. qui claſſe Corcyram: Siciliam: Liburniam: Ciliciam tenebat: nunc per exiguam naviculam uehi cotingit: qua uix tuto per flumina nauigare potuiſſet. Inde: poſt hæc: ſcilicet dimiſſo equo. Vix tuta uadis: quæ flatum uentorum: & undationem fluminum ſuſtinere non poterat. Trepidum: ideſt uento tumentem. Euexit: ſcilicet Pompe. Corcyra: inſula in mari Ionio: quam appellabant Melenam. Sinus Leucadii: Leucas eſt promontorium Epiri. Cilicum dominus: ideſt qui Ciliciam tenebat. Terræq; Liburnæ: quæ contigua eſt Dalmatiæ.

OMNI BON.

SVLPITIVS ℭ Rector correpſit exiguam alnum: ab officio: geſtu: & inſtrumento cõmiſeratio: ipſe enim regebat naulculam: quã rẽpẽs.i.trahẽs portus intrauit. legitur & Vector: hoc eſt: qui uehebaſ. Alnũ: ex alno arbore cymbã. Conſcia curarũ: apoſtrophe ad Corneliã doloris ſociã. Stares in cãpis: cladem ſpectares. Præſagia: prædiuinatiões mali futuri. Exagitãt curas: cõmouẽt: & augẽt mœſtitiã. Somnus: Cornelia dormiẽs. metonymia. Nox: nocturna quies. Habet: affert Theſſalicæ cędis imaginẽ. Tenebriſq; remotis: die uero e ſpecula uenientes naues pſpiciebat. Nutãtia: mouẽtia ſe: & inclinãtia. Nec audes q̃rere: ne qd ſuſpicabaris, audires. & qd animus pſagiebat, deprehenderes. Fato: aduerſitatis. En ratis: cõmiſeratio ab ignoratiõe de Põ. aduenięre: q̃q̃ Plutarchus inqt eũ cũ inſulæ hæſiſſet iuxta littus: ad ciuitatẽ nunciũ miſiſſe: nõ qualẽ expectabat Cornelia: quæ ſperabat ex pᷓlio ad Dyrachiũ geſto: illud unum ſupereſſe Pompeio: ut Cæ. perſequereſ. Is igiſ plura lachrymis q̃ uerbo exprimẽs eã feſtinare iuſſit, ſi Põ. optaret aſpicere: naui ſola: & aliena iuectã. Ad hæc cũ ſe amẽs ſtrauiſſet: nõ multo poſt uix cõpos mẽtis pcurrit ad pelagus: & a Põ. ulnis ſuſcepta: cõqueri cœpit. Tẽdit carbaſa: dirigit uela: & curſum Leſbõ. Quid ferat: fert enim Pom. uictũ: qui eſt tibi dolor: & nuncius. Sũma pauoris: appoſitio eſt. Quid perdis tẽpora: abſtinebat enĩ ne uidereſ mala ominari. Proſiluit: celeriter naui occurrit, & animaduertit Pomp. intẽſum: & ſquallidum.
Notauit: aduertit. Canitiẽ: canos. Squallentes: decolores: & infectas. Obuia nox miſeræ: caligo præ mœrore exorta eam exanimem reddidit. Cælum, lucẽq;: claritatem cæli: per endiadim. Clauſit animum: oppreſſit ſenſus: & uiribus deſtituta: ut exanimis cecidit.
Neruis: uiribus. Riguerunt: non ſalierũt: non palpitauerunt: ut uiuis ſolẽt. Decepta: nã in ſe rediit: & nõ periit: ut optabat. legitur etiã depreſſa. Iam fune ligato: Pompeius in littus deſcendens: & iter Mitylenas uerſus arripiens: ignarus illic in propinquo adeſſe Corneliam: a famula uxoris tacito ploratu accitus eſt.

Exiguam uector pauidus correpſit in alnum.
Conſcia curarum ſecreta in littora Leſbi:
Flectere uela iubes: qua tum tellure latebas
Mœſtior: in mediis q̃ ſi Cornelia campis
Emathiæ ſtares: triſtes præſagia curas
Exagitant: trepida quatiſ formidine ſomnus:
Theſſaliam nox oĩs habet: tenebriſq; remotis
Rupis in abruptę ſcopulos: extremaq; currẽs
Littora proſpiciens fluctus: nutantia longe
Semper prima uidẽs uenientis uela carinæ:
Quærere necquicq̃ de fato coniugis audes.
En ratis: ad ueſtros quæ tẽdit carbaſa portus:
Quid ferat ignoras: ſed nũc tibi ſumma pauoris
Nuncius armorũ triſtis: rumorq; ſiniſter
Victus adeſt coniux: qd pdis tẽpora luctus:
Cũ poſſis iã flere: times? tunc puppe ppinqua
Proſiluit: crimenq; Deum crudele notauit
Deformẽ pallore ducẽ: uultuſq; prementem
Caniciẽ: atq; atro ſquallentes puluere ueſtes:
Obuia nox miſeræ cælum: lucemq; tenebris
Abſtulit: atq; animũ clauſit dolor: oĩa neruis
Mẽbra relicta labant: riguerunt corda: diuq;
Spe mortis decepta iacet. iam fune ligato

OMNIBON. ℭ Correpſit.i. ſimul cũ ſociis ſuis repſit. repere pprie ẽ animaliũ. In alnũ.i. paruã nauiculã: nã alnus poniſ p fluuiali naui: eo q; ex alno arbore cauari ſoleat. Põpeius ex Lariſſa ad mare uſq; delatus eſt: eo loci paruã ingreſſus cymbã: cũ, teſte Appiano, adnauigantẽ nauem offendiſſet: Mitylenas peruenit. Aſſumpta igiſ Cornelia uxore: triremibus quatuor comitatus: quæ a Rhodiis: & Tyriis ad eum uenerãt: Corcyrã tunc qdẽ & Libyã præteruectus eſt: quo in loco exercitũ aliũ: & nauticos habebat apparatus: ad orientẽ itaq; conuerſus Parthos: uoluti ab illis opem petiturus: nulli patefacto interim cõſilio adire ſtatuit: qd pene cũ in Ciliciã ueniſſet: amicis retulit. At illi a Parthis abſtinẽdum ſuadebãt: qui nuper Craſſo iſurrexiſſent: & adhuc ob eius cladẽ elatiores ſpiritus haberent: nec Corneliã ſingularis formæ mulierẽ in eorũ poteſtate cõmittendã eſſe: maxime cũ e Craſſo eſſet genita. cũ in Aegyptũ demũ ire ſtatuiſſet: uel ad Iubam potius ſe cõuertere. Amici, repudiatis Iubæ rebus: ut potè quæ nullius exiſtimationis aut gloriæ futuræ eſſent: Aegyptũ ut adiret: ſuadere non deſtiterũt. Cõſcia curarũ: amor Corneliæ Põ. nauigare coegit ad inſulã Leſbõ: ubi repoſuerat eã. Mœſtior in mediis: in qua Leſbo inſula o Cornelia maiori mœſtitia uexabaris: q̃ ſi eſſes in mediis Theſſaliæ cãpis: nã maiora ſemp pericula animus diuinat. Quatiſ: cõmouet. nunq̃ enim qete dormire poterat. Theſſaliã nox omnis habet.i. per ſomnos ſibi Theſſalia obuerſabatur. Tenebriſq; remotis.i. exorta luce. Curris: uagaris per littora: proſpiciens nunquid nauem uideres: quæ cladem nunciaret: quã tibi futurã animo perſuaſeras. Nutantia: fluitantia & uentis agitata. Quærere nequicq̃: & quia timebas id: qd futurũ erat: ideo neminem audebas quærere de rebus in Theſſalia geſtis: nã quando aliquid timemus: etiã dubitamus quærere: ne id forte intelligamus: qd nolimus audire. En ratis: quæ omnia tibi indicabit etiã tacenti. Nuncius triſtis: qui etiã tacens tibi cladem mariti indicabit. Quid perdis: nã tempus eſt flendi: noli igiſ hoc tempus uacuũ abire lachrymis tuis. Tunc puppe propinqua: ſed cũ iã ppior factus eſſet Põ. & naniculã Cornelia uidiſſet: ipſumq; mœſtũ: ſquallida barba: & demiſſis crinibus intellexit ex ipſo habitu uictũ eſſe. Notauit: ex habitu. appo. Crimen crudele Deũ: dicit Deos crudeles fuiſſe: qui Pompe. reipu. amatorem uoluerint hac miſeria afficere. Deformẽ: quia pallor faciei ſignificabat rei euẽtũ. Premẽtem, atq; atro ſquallen. pul. quia dum equitaret puluis erectus totã ueſtẽ impleuerat. Obuia nox: ſtatim tenebræ oculis obortæ ſunt: & cecidit exanimis. Nox: uertigo quædam præ dolore. Atq; animũ clauſit: oppreſſit: ut ſemianimis caderet. Neruis.ſ. contractis: ut quaſi mortua iaceret. Riguerunt corda.i. præcordia rigida facta ſunt.
Diuq; ſpe. mor. quia mori ſperabat: ſed decepta eſt: quia tãdem ad ſe rediit: unde Ouidi. ait: Officium fecere piũ: ſed inutile nobis: Indignor miſeræ non licuiſſe mori. Iam fune ligato: Pompe. nondum aduerterat uxorem cecidiſſe exanimẽ: ſed ligata naue tendebat ad inſulam Leſbon: ubi eſt Mitylenæ: in qua Corneliam poſuerat.

ℭ Luſtrat

¶ Luſtrat uacuas arenas:circuit loca ſola. Non ultra gemitus tacitos : non niſi tacite, & ſubmiſſe. Permiſere ſibi inceſſere fata:inceperunt in fata inuehi. Fruſtra : quia non poterant. Ambit:amplectitur. Refouet : recreat. Reuocato ſanguine in ſummum corpus:natura in magno metu : atq; dolore in altum tota demergiť:& deſcendens ad cor:ſanguinē, qoo uelut curru uehiť, trahit:eo ſubtracto:frigus in extremis membris:& humor dilutior cuti remanet : & ipſe palleſcit:remittente ſe metu:ſanguis paolatim effundi incipit:& ſic redit uigor:& color. Poſſe pati:poſſe aſpicere ; nam prius ad eius aſpectum ceciderat. Prohibet ſuccumbere fatis: mouet ut ſit magnanima & nō cedat aduerſæ fortunæ. Caſtigat: uerbis arguit immoderati doloris:q̄q̄ Plutar. ait ipſam prius uerba feciſſe:& poſtea a Pōp. hortatā:& utriuſq; orationē cōmemorat. Nobile cū robur:puſillanimitatis cōiogē arguēs:eā a futura laude ad aium erigēdū:& ſe amandū:& nō deſerendū hortať:atq; cura tuorū, maioꝝ magnanimitate degeneras: cū fortiter tollerādo miſerias meas: & me nō priſtinā fortonā amando: atq; deflēdo: perpetuā laudē conſequi poſſis. Titolis auorū:uictoriis, & magiſtratibus Scipionū. Erat enim Scipiōis filia:qui ab illis clarioribus trahebat originē.

Frágis robur:debilitas animi fortitudinē. Prio ulnere:prima aduerſitate:ante hac enim ſemp uſi fuerāt ſecūda fortuna. Habes aditū:habes inter fœminas ingreſſum:& occaſionē ad æternā laudē: quā neq; dicendo iure: neq; adminiſtrādo rēpu. neq; re militari conſequi potes:ſed ſola fide in miſeriis maritū nō deſerēdo.

Decertet cū fatis:pugnet: cum aduerſa fortuna reſiſtat ei. Quod ſum uictus:qa ſum īſelix:& miſerādus.

Maior gloria:erit.n. ueri amoris argumētū:& nō te uiri amaſſe fortunā:ſed uirꝰ ipſum : quē ab aliis deſertū ſequaris. Faſces:cōſules. Tāta manus te. tot reges.

Deformis: turpe eſt inqt uiuētē oiꝰ ita lugere: ut in morte eius nihil ad luctū poſſit accedere. Vetitus augeri:cui quicq̄ addi non poſſit. Vltima fides:ultimū officiū fidei cōiogalis. Tu nulla tuliſti Dāna:habes patrē & maritū incolumes: qbus ſaluis lugere nō debes.

¶ Quem poſtquā famulæ : uiderunt ſquallidū:triſtē:& imundicia quadā obſitū: ſicut his contingere ſolet: qoi in miſeria uerſātur: elata uoce: cœperūt fata Pōp. deplorare. Inceſſere fata:inuehi contra fata. Cœperat in ſummum:& cum complexam teneret Corneliam Pompeios : tandem illa ad ſe redire cœperit. Reuocato ſanguine : quia ubi nimius dolor inuaſerat:ſtatim ſanguis ad cor concurrit : ut auxilio ſit illi uitali membro: ideo extremæ partes corporis deſertæ a ſanguine frigeſcunt . nunc ergo dicit: cum reduſſet ad ſe Cornelia : totus ſanguis ad extremitatem corporis recurrerat. In ſummum cor:ideſt in extremas partes corporis. Prohibet ſuccumbere fatis:& obi uidit ad ſe reduſſe uxorem Pompeius:cœpit eam conſolari:nunc eam reprehendendo: nunc precibus rogando. Nobile cur robur : Pompeii conſolatio:quam uxori afferre ſtudet cum reprehenſione:q; nimia animi imbecillitate a maioribus ſuis degeneret: nam filia Scipionis erat : qui ab Africano Scipione inferiore originem ducebat : deinde oſtendit unicam ſibi uirtutis occaſionem datam eſſe: neq; enim alia ſupereſt uia : unde uirtutem ſuam uxor oſtendere poſſit:niſi in miſeria uiri . dicit enim nondum antea fortunæ ſæuitiam ſenſiſti: & tamen cumprimum aſperitas ſeſe oſtendit : ſtatim animo deficis. Titulis inſignis auorum : ſcilicet Scipionis filia : nam Scipiones ſuperior Africanus, & inferior uiri illuſtres fuerunt. Publi. & Cn. Scipiones duo præſtantiſſimi duces:qui Hiſpaniam populi Romani imperio ſubegerūt. Primo uulnere:quādo ante fortuna nobis ſecunda fuit:nunc primū in ipſo impetu fortunæ aduerſæ incipis deficere:contra maiorum tuorum uirtutem. Habes aditum:non aduertis hac infelicitate mea magnæ tibi oſtendendæ uirtutis oblatam eſſe occaſionem. Laudis in hoc ſexu:ſcilicet muliebri : nullum eſt maius argumentum laodis: q̄ miſeriam uiri ſi fortiter uxor tulerit:non enim poteſt ex adminiſtratione reipu. laudem aliquam comparare. Nō legum iura : in regenda repu. Nec arma:in exercenda diſciplina militari. Coniux miſer eſt ſola materia: mulieri, ut laudem acquirat:ſi eius miſeriam fortiter tulerit. Et tua cū fatis pietas decertet:ideſt pietas tua erga me uirū tuum miſeria confectū pugnet contra fortonā. Et ipſum, Quod ſom uictus ama:cū in felicitate me poſitū amaueris: non poteſt intelligi:utrum amor ille ueros eſſet:nec ne. nunc autē: ſi me amabis: nihil dubitationis erit: quin me ames.

A me q; faſces:ut me:non cætera ornamenta amare uidearis. Tanta manus:ideſt tantus comitatus. Incipe Magnū Sola ſequi:tu nunc ſola ſequi debes Pom. quia antea me ſequebantur:ſenatus:tot reges:tot:tantæq; cliētelæ. Deformis adhuc : ſenſus eſt: Turpe eſt tantum dolere adhuc uiuente marito:ut dolor augeri non poſſit in morte ſua. Sūmus & augeri uetitus.i. cui aliquid accedere non poteſt. Vltima.ſ. poſt mortem uiri. Tu nulla tuliſti:q; ego uictus fuerim:nihil ad iacturā tuā pertinet:nā habes uirū tuū incolumē:quē amabas : & amare debueras:ſed ſi ita tu luges:quaſi me amiſeris: tūc omnibus oſtēdas:q; nō me; ſed ornamenta mea potius amabas.

Littoribus:luſtrat uacuas Pompeius arenas:
Quem poſtq̄ ꝓpius famulæ uidere fideles:
Non ultra gemitus tacitos inceſſere fata
Permiſere ſibi:fruſtraq; attolere terra
Semianimē conantur herā:quā pectore Magnus
Ambit:& adſtrictos refouet cōplexibꝰ artus.
Cœperat in ſūmū reuocato ſanguine corpus
Pompeii ſentire manus:mœſtamq; mariti
Poſſe pati faciē:prohibet ſuccumbere fatis
Magnus: & īmodicos caſtigat uoce dolores.
Nobile cur robur fortunæ uulnere primo
Fœmina tantorū titulis inſignis auorum
Frāgis?habes aditū mãſuræ in ſæcula famæ:
Laudis in hoc ſexu non legū iura:nec arma:
Vnica materia eſt coniux miſer:erige mētem:
Et tua cum fatis pietas decertet:& ipſum:
Q đ ſum uictus ama:nūc ſum tibi gl'ia maior:
A me quod faſces:& quod pia turba ſenatus:
Tantaq; diſceſſit regū manus:incipe Magnū
Sola ſequi:deformis adhuc uiuente marito:
Sūmus & augeri uetitus dolor:ultima debet
Eſſe fides lugere uirum, tu nulla tuliſti

SVLPITIVS

OMNI BON.

Bello dãna meo:uiuit poſt prælia Magnus.
Sed fortuna perit:qđ defles:illud amaſti.
Vocibus his correpta uiri uix ægra leuauit
Mẽbra ſolo: tales gemitu rumpẽte querelas.
O utinã in thalamos inuiſi Cæſaris iſſem
Infelix coniux:& nulli læta marito.
Bis nocui mundo: me ꝓnuba ducit Erinnys:
Craſſorũq; umbræ:deuotaq; manibus illis
Aſſyrios in caſtra tuli ciuilia caſus:
Præcipiteſq; dedi populos: cunctoſq; fugaui
A cauſa meliore Deos.o maxime coniux.
O thalamis indigne meis:hoc iuris habebat
In tantũ fortuna caput.cur impia nupſi:
Si miſerum factura fui?nunc accipe pœnas:
Sed q̃s ſpõte luã: quo ſit tibi mollius æquor:
Certa fides regum:totuſq; paratior orbis:
Sparge mari comitem:mallẽ felicibus armis
Dependiſſe caput:nunc clades deniq; luſtra
Magne tuas ubicunq; iaces ciuilibus armis.
Noſtros ulta toros ades huc: atq; exige pœ-
Iulia crudelis: placataq; pellice cæſa: (nas
Magno parce tuo.ſic fata:iterumq; refuſa
Coniugis in gremiũ: cunctorũ lumina ſoluit
In lachrymas:duri flectunť pectora Magni:
Siccaq; Theſſaliæ confundit lumina Leſbos.

SVLPITIVS ℂ Fortuna: felicitas. Quod defles, illod amaſti: acri ſtimulo:& magnanimam:& ſui amantem reddit: nam ſi illa deflet: uirum non amauit. ſi uirum amauit: flere non debet. Eſt ergo ſimplex complexio: qua fateri cogitur non fortunam:ſed uirum amaſſe:& ſtulte ſe flere. Correcta: caſtigata. Aegra: debilis:& infirma. Rumpente: emittente. aphęreſis eſt. O utinam in thalamos: cum eo fato ſe genitam norit Cornelia: ut maritus infelix ſit: dolet ꝙ non nupſerit Cæſari inimico: ne tanta calamitate Pompeium afficeret: cui, ut omnia ſint tutiora, pœnas fati date,& mori ſe auidam dicit. Iſſem in thalamos: nupſiſſem. Infelix: infelicitatem afferens.
Bis: nunc,& ſub priore marito P. Craſſo M. Craſſi filio. Erinnys pronuba: furia, quæ præfuit nuptiis meis:& me comitatur. Craſſorumq; umbræ: manes patris & filii: quibus ego addita ſum:& qui me oderunt:& ꝙ eis fui infelix. Deuota: putata: addita, tum quia coniux: tum quia infelix. Caſus Aſſyrios: cladem ſimilem Parthicæ. Dedi præcipites: præcipitaui:& interemi. Fugaui Deos: numinum fauorem a iuſta cauſa auerti. Indigne meis thalamis: tam infelici coniuge. In tantum caput: in tantum uirum.
Sponte: miram hoc uerbo pietatem oſtendit. Mollius: tranquillius. Certa fides regum, totuſque paratior orbis: ut nullus a te deficiat:& quiſq; faueat tibi. Paratior: obſequentior. Sparge mari: obrue me in fluctibus. Mallem felicibus armis: utinam pro tua uictoria periiſſem. Luſtra: expia: purga cæde mea:& his inferiis. Vbicunq; iaces: apoſtrophe ad Iuliam quam in odium adducens ciuili clade ultam fuiſſe dicit coniugium ſuum. Placata: mitior facta. Pellice cæſa: occiſa me: quæ ſum pellex tua:& tuo uiro coniuncta. Parce: abſtine nocere. Tuo: quem tibi amandum relinquo. Duri flectuntur pectora Magni: Põpeii conſtantia commota eſt hic ad lachrymas: quibus in Pharſalica clade abſtinuit. Sicca: quæ nõ fleuerũt.
OMNIBON. ℂ Viuit poſt prælia Magnus:& incolumis eſt: ergo aliud quærere non debes. Quod defles, illud amaſti: uideris enim amaſſe fortunam ſecundam: quam defles: quando quidem me incolumi tantopere doles. Vocibus his: nunc dicit quem effectum habuerit conſolatio Pompeii apud uxorem. Rumpente: pro erompente: emittente. O utinam in thalamos: cum lachrymis legendum eſt: O utinam, inquit, nupſiſſem Cæſari: ut in domum ipſius fortunam aduerſam tuliſſem: quandoquidem auctor eſſe debuit ut maritos meos facerem infelices. Et nulli læta marito: immo triſtis: ſicut tibi:& Craſſo imperatori aduleſcenti: qui ſub Cæſare militauerat in Gallia: ſub quo: antequã Corneliæ matrimonio ſe iunxiſſet: bellicis rebus magnã gloriam:& laudem conſecutus fuit Craſſus pater eius prouinciam Parthiam,& Aſiam obtinuit: cum tamen rex Parthorũ nullam iniuriã populo Romano feciſſet: ſed hæc cauſa tantummodo ad bellum impulit Craſſum: quia cupiebat aurũ eius auferre: cuius auidiſſimus erat:& in comparando exercitu filium ſuum a militia Cæ. deduxit:& cũ in Parthiã ueniſſet: quia parum cautus impator eſſet: in inſidias præcipitatus eſt:& ſagittis Parthoꝝ obrutus. Bis nocui mundo: ſemel Craſſo: nunc tibi o Magne.
Pronuba quæ Pronuba: dicitur quæ ſponſam comitatur prima nocte i thalamum uiri. Erinnys: unam ex furiis inferoꝝ dicit fuiſſe pronubã: quæ ſe in thalamos primũ Craſſi: deinde Pom. comitata fuerit. Vmbræ.ſ. duxerunt.i. umbra mariti mei Craſſi:& patris eius. Aſſyrios: nã Parthia eſt Aſſyriæ pars: ubi Ninus regnauit. Indigne tha. quia merueras feliciorẽ uxorẽ. Hoc iuris: uidelicet: ut te opprimeret. Caput: ideſt tanti uiri: qui ſemper uictoriã ex hoſtibus cõſequi ſolebas. Nunc accipe pœnas.i. cum tibi tantũmodo iuncta ſum: ſume pœnas de me. Quas ſpõte luã: ego libens: inquit patiar pœnas: ut me mortua incipiant tibi uenti eſſe ſecundi: ſcis enim me comite omnia tibi aduerſa fuiſſe. Mollius: ideſt tranquillius. Certa fides regum: ut regẽs fideles ſint tibi. Orbis obſequens erit tibi: ſi ego periero. Sparge mari.i. fluctibus maris merge me. Dependiſſe caput.i. caput meum dediſſe neci: cum adhuc eſſes in felicitate. Nunc clades: quando nõ perii adhuc te fortunato. peram certe antequã omnino te ſæua fortuna premat. Luſtra: purga clades tuas morte. Vbicunq; iaces: conuertitur ad Iuliam: ades nũc o Iulia: ſi irata es Pompeio: ꝙ ei nupſerim:& nunc morte mea patrem tuum Cæſarem placa: ne amplius ſæuiat contra Pom. Crudelis: quæ nimiũ ſæuis contra uirũ tuum irata: ꝙ ego illi nupſerim. Pellice.ſ.
Pellex quæ me. Pellex proprie dicitur: quæ alieno uiro cõiungitur:& dicitur a pelliciendo: quia blanditiis pelliciat ad ſe alienum uirũ. Cunctorũ lumina ſoluit: ideſt lachrymis omnibus cõmouit: qui aderant: quia plena commiſeratio nis erat. In lachrymas duri:& ipſe Põpeius: qui fortiſſimus erat:& qui ſine lachrymis cladem Pharſalicam tulerat: a lachrymis temperare non potuit. Sicca: ideſt ſine lachrymis. Leſbos: ideſt Cornelia: quæ in Leſbo erat

ℂ Tunc

¶ Tunc Mitylenæũ:multitudo Leſboꝝ:q̃ cõuenerat uehemẽter Põ.orauit:ut honoris gratia ſaltẽ unã ibi no SVLPI
ctẽ hoſpitaret:oſtẽdenſq; ei locũ eſſe tutũ & fidũ:oĩa tã priuata q̃ publica ei offert,& ut eis utať,orat.Exordiť TIVS
aũt a beneuolẽtia glorioſum officiũ ſuũ ſine arrogantia cõmemorando.Tũ petit.Inde confirmans,& refutans
quę obiici poſſent per amplificationem & miſerationem cõcludit. Pignus:Corneliam uxorẽ. Dignare muros deuotos:fac dignam ciuitatem. Sacro fœdere:hoſpitali beneficio. Lares ſocios:regiam:in qua tua uxor eſt hoſpitata. Fac Magne locũ:orna:& cõſecra locũ hoſpitii tui:quẽ oẽs poſteri adorabunt. Reuiſent:ad

Tunc Mitylenæum iam pleno littore uulgus
Affatur Magnum:ſi maxima gloria nobis
Semper erit tanti pignus ſeruaſſe mariti:
Tu quoq; deuotos ſacro tibi fœdere muros
Oramus:ſocioſq; lares dignare uel una
Nocte tua:fac Magne locũ:quẽ cũcta reuiſet
Sæcula:quẽ ueniẽs hoſpes Romãus adoret:
Nulla tibi ſubeũda magis ſunt mœnia uictos
Omnia uictoris poſſunt ſperare fauorem:
Hæc iã crimẽ hñt. qd q̃d iacet inſula ponto?
Cæſar eget ratibus:ꝓceꝝ pars magna coibit
Certa loci:noto reparandum eſt littore fatũ.
Accipe templorũ cultus:aurumq; Deorum
Accipe:ſi terris:ſi puppibus iſta iuuentus
Aptior eſt:tota quantum ualet utere Leſbo.
Accipe:ne Cæſar rapiat:tu uictus habeto.
Hoc ſolum crimẽ meritæ bene detrahe terræ:
Ne noſtram uideare fidem:felixq; ſecutus:
Et damnaſſe miſer.tali pietate uirorum
Lætus in aduerſis:& mundi nomine gaudens
Eſſe fidem:nullum toto mihi dixit in orbe

uiſendũ redibunt.& eſt ſuaſio a laude futura. Nulla tibi:ſuaſio a fidelitate pręſtita.Nã reliqua loca ſalutem a Cæ.ſperare poſſunt hunc locũ,quia ſuſcepit Pompeii coniugẽ oderit. Crimen:hoſpitii culpã. Quid quod:ſuaſio a tuto:quia Cæ.inſulam expugnare nõ poteſt. Proceꝝ:locus ab honeſto. Coibit:cõuenier ut bella reſarciãt. Accipe tẽplorũ:ã libertate:& prõpto auxilio cõciliatio. Cultus:ueſtes:ſtatuas:tabulas. Aurũ:uaſa:& laminas. Si terris,ſi puppibus:accipe ſiue terra:ſiue mari eorũ opera uti uelis. Quantũ ualet:quantũ põt:facultatiſq; habet. Ne Cæſar rapiat:qđ nobis moleſt ſſimũ eet. Hoc ſolũ crimẽ hãc culpã a nobis de te benemeritis auerte:ne uideams noſtrã fidẽ:cui in felicitate te credidiſti:ĩ tua miſeria præ noſtra leuitate damnaſſe. Meritę bene:quæ in te hoſpitale beneficium contulit. Mundi nomine:pro toto mundo.eſt n.res mira fides in calamitoſum. Nullã toto mihi dixit ĩ orbe:plena gratitudine oõ:ĩ qua oſtẽdẽs:quãti eos fecerit:quãq; ſibi ſint cari mirifice laudat:& d'ſinit in commiſerationem.

¶ Tunc Mitylenæũ:poſtq̃ Põ.Corneliã uxorẽ ꝑpe OMNI
modũ cõſolatus eſt:& ad ferendã fortunã fortiter ex BON.
citauit:iamq; oĩs Mitylenæ populus in littora effuſus erat:ut honoris gratia Põ exciperet:& ipſum orare ĩſtituerat:ut uel una nocte in urbẽ ſuã pnoctare uellet. Hãc Mitylenæoꝝ inuitationẽ Põ.gratiſſimã habuit. Sed excuſauit celeritatem:ꝙ in ea re ipſis morem gerere non poſſet:cum maiora negocia imminerent

Mitylenæum uulgus:poſſeſſiuum eſt pro proprio:nam Mitylenenſe dicere debuit:ſicut a Veronã Veronenſis.ſed nonnunquam poetæ immo etiam oratores & hiſtorici,poſſeſſiuũ ꝓ proprio ponere conſueuerunt.Formatur autem in græcis noĩbus poſſeſſiuũ hoc mõ. Nomẽ deſinẽs in η mutat η in diphthõgũ αι. addita os facit apud græcos:apud latios addita us poſſeſſiuũ ut κυρηνη Cyrene:κυρηναιο- Cyrenæus. Tãti pignus ſeruaſſe mariti:uxorẽ uiro acceptam,& obſequentẽ:nã uiro nil carius eſſe poteſt uxore obſequenti ex ſententia Phocylidis. Tu quoq;:ſicut uxor diu apud nos habitare dignata fuit. Deuotos:deſtinatos:& tibi debitos. Vel:pro ſaltẽ:nã polyſemus ſermo ẽ:uel ſignificat aut ẽt & ſaltẽ:uel pro certe nõnunquam ponitur. Fac magne locum:cuius deſiderio omnes moueantur:ueneratione quadam ſeruatæ fidei ꝙ in rebus aduerſis fidẽ tibi ſeruauerit. Omnia uictoris:cætera oppida:ſi te non acceperint:ſperare poſſunt Cæſaris gratiam:at uero nos iam in culpa ſumus:quia uxorem tuam fideliter ſeruauimus. Omnia:ſcilicet alia mœnia. Poſſunt ſperare fauorem:uidelicet ſi te non acceperint. Crimen:ideſt culpam habent:quia ſeruauimus tuam uxorem. Quid:ſcilicet dicendum eſt ad hoc:ꝙ ponto tuta eſt & inſula noſtra in medio mari poſita:& Cæſar naues paratas non habet:ut ſe huc conferat. Procerum pars magna coibit:deinde ſi comites uis habere ſenatores:qui ſuperſtites ſunt:dubitare non potes:quin huc omnes ueniant.ſciunt enim hic eſſe Corneliam.& ueriſimiliter te quoq; recepiſſe. Coibit:conueniet huc. Fatum:fortuna tua. Noto:tibi ac tuis. Accipe tẽploꝝ cultus:& ut itelligas quo erga te animo ſumus:parati ſumus omnia in tuam ptãtem committere:templa quoq; Deoꝝ cum ornamentis auro:& argento:& quicquid ibi eſt tuum eſſe uolumus. Si terris,ſi puppibus:iuuentutem noſtram ſcito tibi obſequentiſſimam eſſe:ſiue mari:ſiue terra uſum ipſius accipere malis:nam quia in mari erant:maritimis rebus aſſueti erant. Terris:ideſt terreſtri bello. Puppibus:nauali bello. Hoc ſolum crimen:unum eſt:quod præ cæteris te exoratum uolumus:uidelicet ut hanc ſuſpitionem de nobis adimas. Ne dum felix eras:uidearis nobis eſſe confiſus tunc cum apud nos uxor tua fuit:poſt uero acceptã cladem:cum iam te aduerſa premere incipiant:nobis confidere non poſſe uideare:nam ſi noſtra mœnia intraueris:nullam huiuſmodi ſuſpitionem habebimus. Crimen:ideſt culpam & ſuſpitionem. Benemeritæ terræ:ſcilicet noſtræ:quæ de te benemerita eſt. Felix:dum in felicitate eras. Miſer:poſtquam in miſeriam uenisti. Tali pietate uirorum:hæc oratio plena liberalitatis fuit Mitylenæorum:nunc dicit q̃ grata fuerit Pompeio eorum pollicitatio. Lætus:reſponſio Pompeii eſt dicentis q̃ grata ſit mihi ciuitas ueſtra.ex hoc cognoſcere poteſtis:quod pignus apud uos:quod carius eſſe poteſt:repoſuerim.
Nomine:ideſt cauſa.Cicero in ſecundo epiſtolarum:Quamquam me nomine negligentię:ideſt cauſa. Nomine mundi:uidelicet ꝙ in aliqua mundi parte fides inueniretur:& eſſe dicatur.

SVLPITIVS ¶ Nō paruo pignore: littore: itelligitq; uxorē illic depoſitā. Affectus: curas, amoreſq; meos. Hac obſide: Cornelia quaſi in pignus fidei data. Penates: Deorum domeſticorum imagines. Roma: patria. Ante dedi: prius aduexi. Leſbon meritam iram Cæſaris: quæ merito Cæſari erit inuiſa ob ſeruatam coniugem meam. Non ueritus: non dubitans. Materiā ueniæ: cauſam beneficii. Virgili. Orantes ueniam: & templum clamore petebant. Feciſſe nocentes: reddidiſſe inuiſos: tanquam ſi Cæſari nocuiſſetis. Fata mea ſunt agitāda: ego ſum exercendus: & erraturus. Aeterno nomine: æterna fama ſeruatæ fidei: ſiue alii idem fecerint: ſiue tu ſola fueris mihi fida. Certum eſt: decreui: qui fidi, infidiq; ſunt explorare. Accipe numē: Deos, ſi qs eſt ei propitius, precat. Similes tā fideles: ut Leſbos.

Non uetent intrare: ſināt ingredi Cæſ. perſequētē; & meo arbitrio ſināt abire: hiſq; dictis eos uictori parere ſuaſit: atque eo: qui clemēs & æquus eēt fidere: ut ait Plutarchus. Comitē: Corneliā. Cūctos mutare tellurem: oēs Mitylenęos in alias terras migrare.

Plangitur: manuū ictibus fletur. Infeſtæ: in Deos præ dolore immiſſæ. Pōpeiumq; minus multo magis diſceſſu Corneliæ q̄ Pompe. aduerſitate dolebāt.

Quam uix: cum etiam ſi ad uictorem maritum iuiſſe non ſine lachrymis dimiſiſſent. Deuinxit: ligauit.

Pudor: uerecundia. Submiſſa: humilis. Hoſpita turbæ: blande uolgus excipiens.

Gratius eſſe ſolum: non paruo pignore uobis
Oſtendi: tenuit noſtros hac obſide Leſbos
Affectus: hic ſacra domus: clariq; penates:
Hic mihi Roma fuit: non ulla ī littora puppī
Ante dedi fugiens: ſæui cum Cæſaris iram
Iam ſcirem meritam ſeruata coniuge Leſbō:
Non ueritus tantam ueniæ cōmittere uobis
Materiam: ſed iam ſatis eſt feciſſe nocentes:
Fata mihi totum mea ſunt agitanda per orbē.
Heu nimium felix æterno nomine Leſbos:
Siue doces populos: rgeſq; admitterē Magnū:
Seu prę́ſtas mihi ſola fidem: nam quęrere certum eſt
Fas q̄bus in terris: ubi ſit ſcelus: accipe numē:
Si qd' adhuc mecū es uotorū extrema meoꝝ:
Da ſimiles Leſbo populos: q Marte ſubactū
Non intrare ſuos infeſto Cæſare portus:
Non exire uetent: dixit: mœſtamq; carinæ
Impoſuit comitem: cunctos mutare putares
Tellurem: patriæq; ſolum: ſic littore toto
Plangitur: infeſtæ tendunt in æthera dextrę.
Pompeiumq; minus: cuius fortuna dolorem
Mouerat: aſt illam: quam toto tempore belli
Vt ciuem uidere ſuam: diſcedere cernens
Ingemuit populus: quam uix: ſi caſtra mariti
Victoris peteret: ſiccis dimittere matres
Iam poterāt oculis: tāto deuixit amore (tus:
Hos pudor: hos p̄bitas: caſtiq; modeſtia uul
Quod ſubmiſſa nimis nulli grauis hoſpita turbæ:

OMNIBON. ¶ Leſbos tenuit affectus: ideſt amores noſtros ſeruauit. Hac obſide: demonſtrantis eſt. Hic mihi Roma fuit: nā Leſbon loco urbis Romę habui. Non ulla in littora: præterea non ſolum ex hoc cognoſcere poteſtis: quod uobis commendauerim Corneliam: me uos amare: uerum etiam quod uictus ſtatim ad uos me recepi: ut facile omnibus apparere poſſit quantam uobis fidem præſtiterim. Cæſaris iram: colligebam ex eo quod meam comitem ſeruaueritis meruiſſe uos: ut Cæſ. uobis iratus eſſet. Tantam ueniæ materiam: ideſt tantam occaſionem beneficii. nam ueniam pro beneficio poſuit: ut Virgili. Satis eſſe feciſſe: non quod Cæ. uobis infeſtum fecerim collocādo Corneliam apud uos. Fata mihi totum: nunc maiora inſtant: ut experiar totum orbem: quænam ſit fortuna mea: & nunquid apud alias gentes fidem inueniam. Heu nimium felix: nam ſi alii fidē ſeruabunt. felix es: quod omnes exemplo tuo fecerint. ſin aliter fides tua præſtantior erit: quod ſola fidem ſeruaueris. Heu eſt quaſi admirantis. Seu doces populos ſ. ſeruare fidem exemplo tuo. Nā quærere certum: qa conſtitui quærere: ubi iuſtitia ſit: & iniuſtitia. iuſtitia ſi me ſeruauerit & acceperint fideliter iniuſtitia: & impietas: ſi cōtra me proditione utētur. Fas: iuſtitia. Scelus: ideſt perfidia. Accipe numen: nunc ſuam orationem ita concludit Pompe. ut primum Deos obteſtetur: ſi quis adhuc Deus mecū eſt: quaſi omnes alii a me diſceſſerint: illum oro: ut faciat mihi alios populos non aliter ſeruare fidem: q̄ Leſbos ſeruauit: ut ſiue intrare uelim: ſiue exire mihi ſemper limina pateant. Numen: ideſt Deus. Non intrare: utrunq; dixit: non uetent intrare: nec exire: ſicut fecit Leſbos: nam Ptolemæus nō uetuit intrare: ſed uetuit exire. Mœſtamq; carinę Impoſuit: cum Pōpeius diſcederet cum comite ſua: non aliter lachrymas de digreſſu ſuo Mitylenæi dabant: q̄ ſi oēs relicta patria in alienas regiones migrarent. Mutare tellurem: ire in exilium. Sic: ideſt uſq; adeo plāgitur. Infeſtæ: iratæ. Pompeiumq; minus: tam & ſi ipſis moleſtus fuerat diſceſſus Pompeii: tamen aliquanto moleſtius diſceſſum Corneliæ tulerunt ob humanitatem: & liberalitatem mulieris: cuius uirtute: ac manſuetudine oēs ſibi deuinxerat. Minus q̄ Corneliam. Cuius fortuna: tametſi ipſe auctor erat: & cauſa doloris. Quam toto tempore: nam commiſeratione ipſius mouebantur populi oēſq; uidelicet de ſummo & gaudi loco ad tantam calamitatē deueniſſet.

Ciuem: quia ita complectebantur eam: quaſi una ciuis eſſet. Quam ſi: nec mirū, ſi in diſceſſu ipſius fleuere matronæ: nam ſi ēt uir fuiſſet uictor: non poterant uidere illā ſine lachrymis diſcedere. Peteret ca. m. ſi ad lætitiam iret: nō ad mœrorem. Tāto deuinxit amore: ratio, quia diuerſis uirtutibus ſuis Cornelia omnes ſibi miro quodam amore deuinxerat. Caſtiq; modeſtia uultus: quia innatam uultu habebat quandam modeſtiam: ut cum omnes dignitate præſtaret: humilibus quibuſq; par eſſe uideretur. Submiſſa: remiſſa: quia ſe humilibus æq̄bat. Nulli grauis: imo ſuauis: q̄uis adhuc in felicitate eſſet. Turbæ: ignobili uulgo: & multitudini.

¶ Stantis

¶ Stantis adhuc fati cum adhuc fuiſſet in felici ſtatu: ſic uixit: ac ſi eſſet in infelici. aduertendusq; dicendi modus: ſtantis fati hoc eſt ipſa: quæ erat in ſtatu. Iam pelago. cronographia. Demiſſus ad medios ignes: demerſus ad dimidiū ſui corporis. Quibus abſcondit: nobis. Si quibus exerit: antipodibus, quibus oritur, cum nobis occidit. Vigiles Pom. in pectore curæ: Pom meditabatur: an ad ſocias p. R. urbes: an ad reges confugeret: an in deſerta Libyes iret. Adeunt: cogitant. Ait enim Appianus: Aſſumpta Cornelia uxore: triremibus quatuor comitatus: quæ a Rhodiis: & Tyriis ad eum uenerant Corcyram tunc quidem: & Libyam prætervectus eſt: quo in loco exercitum aliorum: & nauticos habebat apparatus: ad orientem itaq; uerſus Parthos ueluti ab illis opem petiturus: nulli patefacto interim conſilio adire ſtatuit: quod Ciliciæ propinquus cum amicis aperuiſſet: illi diſſuaſerunt. Socias: confœderatas: & liberas. Varias: mutabiles. nihil enim habent amicum præter utile. Arua inuia: deſerta Libyæ: & Æthiopiam. Sæpe labor mœſtus: ægritudo animi laborans repellebat tædium ſollicitudinum: & rerum futurarum. Æſtus feſſos: defatigatas cogitationes. Conſulit: interrogat. Vnde notet: a quibus aſtris: qua ratione. Quæ ſit menſura ſecandi Æquoris: quæ aſtra obſeruando nauigetur.

SVLPITIVS

Stantis adhuc fati uixit quaſi coniuge uicto.
Iam pelago medios Titan demiſſus ad ignes:
Nec qbus abſcōdit: nec ſi qbus exerit orbem
Totus erat: uigiles Pompeii in pectore curæ
Nunc ſocias adeūt Romani fœderis urbes:
Et uarias regum mentes: nunc inuia mundi
Arua ſuper nimios ſoles: auſtrumq; iacentes:
Sæpe labor mœſtus curarum: odiumq; futuri
Proiecit feſſos incerti pectoris æſtus:
Rectoremq; ratis de cunctis conſuluit aſtris:
Vnde notet terras: quæ ſit menſura ſecandi
Aequoris in cælo: Syriam quo ſidere ſeruet:
Aut quot' in plauſtro Libyā bñ dirigat ignis.
Doct' ad hæc fatur taciti ſeruator Olympi.
Signifero quæcunq; fluunt labentia cælo
Nunq̄ ſtante polo miſeros fallentia nautas
Sidera non ſeq̄mur: ſed qui non mergit' undis
Axis inocciduus gemina clariſſimus arcto.
Ille regit puppes: hic cum mihi ſemꝑ in altū

Seruet Syriam: dirigat curſus in Syriam: ad quam euntibus Arcto occidit. Quotus ignis in plauſtro: quota ſtella in Vrſa maiore: quæ minore eſt lucidior. & proprie plauſtrum eſt appellata a forma: & poſitu ſeptem ſtellarum: ex quibus conſtat. Seruator Olympi: magiſter nauis ſtellarum contemplator. Signifero: non ſtellas quæ occidunt: ſed ambas arctos: quæ in cæli uertice ſemper apparent nautas obſeruare dicit. Labentia: labendo occidentia. Signifero: ferenti multa ſigna tum in Zodiaco: tum extra. Fluunt: diſcurrunt tam motu externo: q̄ proprio. Nunq̄ ſtante: ſemper ſe mouente. Axis inocciduus: polus arcticus: qui ſemper apparet. Gemina arcto: maiore & minore urſa: quæ draco appellatur.

¶ Stantis adhuc fati: quāuis adhuc eſſet in felicitate. Iam pelago medios: deſcribit tempus: quo Pompeius nauigans animum in diuerſas curas iactabat: animo cōſiderans: an urbes peteret: an reges: an populos: & ſecū aīo uoluens qbus magis crederet: dicit enim nō oīno ad occaſum deſcenderat Sol: quia dimidius Solis erat in hemiſperio noſtro: & in hemiſperio inferiori: tū cum aduerſis curis animus Pompei diſtrahi cœpit: ad quos proficiſceret' populos. Nec quibus abſcondit: ſcilicet nobis. Nec ſi quibus exerit. i. aperit antipodibus. Ad medios ignes: ideſt ad medios orbes igneos: qa igneus eſt Sol. Adeunt: ideſt intēdunt ad urbes. Socias Ro. fœ: ideſt coniunctas fœdere Romanis. Varias mentes r. quod reges ſolent uarii eſſe: atq; diuerſi. Inuia arua: Libyam ſignificat. Auſtrumq; iacentes: ideſt depreſſos reſpectu ſeptentrionis. Sæpe labor mœſtus: aliquando etiam uidebatur obliuiſci huiuſmodi curarum: & loquebatur cum gubernatore: petebatq; quibus ſtellis uterentur nautæ: cum diuerſa loca nauem intendere uellent. Mœſtus curarum: ideſt propter curas: ſicut feſſus rerū. Odiūq; futuri: ſcilicet fati. Feſſos æſtus: æſtus appellat cogitationes: & fluctuationes mentis ambiguas: & comparat fluctibus maris: ſicut Virgilius: Æneas uario curarū fluctuat æſtu. De cunctis aſtris: quibus ſtellis utatur i nauigatione. Vnde: a quibus aſtris. Secandi æquoris: ideſt nauigandi nam ex ſideribus: & menſura ſtellarum intelligunt nautæ: qua parte maris: & quāto ſpatio nauigauerint: & nauigaturi ſint. Syriam quo ſidere: dic mihi: qua ſtella nauigatur in Syriam. Libyam: ideſt qua ſtella dicitur nauigari in Libyam. nam tendere cogitabat in Libyam Pompe ad regem Iubam. Quotus ignis: nam maior Vrſa meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis: ſed minor Vrſa ſeptentrionem uerſus ambitur capite ſerpentis: nunc ergo dicit: quotus ignis: quia ſerpens ipſe ſeptem ſtellas habet: quæ imaginem ipſius oſtendūt: unam in humero: alteram in pectore. tertiam in dorſo: quartam in uentre: tres autem in cauda. Sunt etiam aliæ ſtellæ lucentes: q̄ has ſeptem præcedunt: unde ſtella eſt: quam uulgo occiduam uocant: per antiphraſim: quod nunquam occidat. Hanc dicunt aſtrologi eſſe Sole ualde maiorem quamuis nō ita uideatur: nam remotiſſima eſt a nobis: ut nec ſplendorem ſuum oſtendat. Quotus ignis: prima, uel ſecunda, uel tertia in plauſtro. Doctus ad hæc fatur: introducit nūc reſpōdere Pom. gubernatorē nauis: q peritus erat eiuſmodi artis. Seruator taciti Olympi: ideſt nocturni cæli. Signifero cælo: ideſt ſtellato, nolim exiſtimes me o Pōpei ſeruare ſtellas omnes: & præcipue errantes: ſicuti nonnulli gubernatores: qui ita errant: ſicut & ille: ſed tantummodo ſtellas ſeptentrionales circa polum uertentes: quæ nunquā occidunt. Polo: cælo: pars pro toto: quia polus nunquam ſtat: ſed ſemp uertit': ideo a πολεω uerto deriuat'. Labentia: errantia. Axis inocciduus: ſeptentrionalis: qui nunquam occidit. Gemina arcto: maiori Vrſa & minori. maior Vrſa (ut ante dictū) meridiem uerſus ambitur cauda ſerpentis: nam ſerpens in modum. S. literæ inter utranq; Vrſam fluit. maior cauda, minor uero capite cingitur: quæ Elice appellatur, & Cynoſura. Hic: ſcilicet axis: ideſt minor Vrſa: quæ plauſtrum uehit.

OMNIBON.

SVLPITIVS. ¶Surget apparebit. Inſtabit ſummis ceruchis: imminebit ſummis cornibus antennarum. dirigimur in Boſphorum: & mare Euxinum ceruchi dicti a κερας: quod eſt cornu: & χιω fundo. de his Virgi. intellexit: cum dixit: Cornua uelatarum obuertimus antennarum: nam Aſclepiades, ut ſcribit Macrobius libro quinto, ait naualis ueli partem inferiorem pateram uocari: at circa mediam ferme partem dicitur: ſummam uero partem Carcheſium nominari: & inde diffundi in utrunq; ueli latus: eaq; cornua uocantur. Boſphoron: & Thracium & Cimmericum: nam duo ſunt: unus ad Bizātium: alter ad paludes Meotides. Pontum: Euxinū mare circa quod eſt Scythia. Quicquid: quātulum cunq; arctophylax erit inferior malo: & urſa minor erit mar: uicinior in Syriam nauigamus. Arctophylax: Bootes: qui eſt ita uicinus arctis: ut eius ſiniſtra manus: neq; oriri: neq; occidere uideatur. Cynoſura: urſa minor: quæ Bootæ oppoſita eſt. Canopos: ſtella auſtralis igens & clara noſtris regionibus ignota: eius meminit Plinius libro ſexto: & Victruuius libro nono. Inde excipit: ultra Syriam obſeruamus Canopum: quæ meridie extremo decurrit: & metuitne Borea nubes impellente obſcuretur. Illa: Canopo ſiniſtra: ſi ultra Ægyptum nauigaueris: deferetis in ſyrtes libycas. Quo pede: fune, quo tenditus uelum. Carbaſa tendi: dirigi uela: quæ dicta ſunt a carbaſo genere ſubtiliſſimi lini. Serua: prouide. Sit longius: ſit remotiſſima. Da uentis: committe fortunæ. Comitem, pignuſq; recepi Depoſitum: hoc eſt Corneliam mecum habeo. Iuſto modo: pari altitudine: & planitie. Torſit: in leuam flexit.

Bosphori quot

Surget: & iſtabit ſūmis minor Vrſa ceruchis:
Boſphoron: & Scythiæ curuantem littora pō
tum
Spectamus: quicquid deſcendit ab arbore ſū
ma:
Arctophylax: ꝓpiorq; mari Cynoſura feret:
In Syriæ portus tendit ratis: inde Canopos
Excipit auſtrali cælo contenta uagari
Stella timens Boreā: illa quoq; perge ſiniſtra
Trans Pharon: in medio tanget ratis ęquore
Syrtes:
Sed quo uela dari: quo nūc pede carbaſa tēdi
Nr̄a iubes: dubio cōtra cui pectore Magnꝰ:
Hoc ſolum toto reſpondit in æquore ſerua:
Vt ſit ab Emathiis ſemper tua longius oris
Puppis: & Heſperiā pelago: cæloq; relinq̄s:
Cætera da uentis: comitem: pignuſq; recepi
Depoſitū: tunc certus erā quæ littora uellem.
Nunc portum fortuna dabit. ſic fatur: at ille
Iuſto uela modo pendentia cornibus æquis
Torſit: & in leuum puppi dedit: utq; ſecaret:

OMNIBON. ¶Summis ceruchis: cum Vrſa minor uidebitur perpendiculariter in ſummitate mali ferre plauſtrum: nunc nobis curſus erit in Boſphorum ſcythiæ: nam duo: ſcilicet Boſphorus Thracius: qui & Byzantius dicitur: alter Cimerius in aditu paludis Meotidos: in Scythiam uergens: & dicitur eo ꝙ Iuppiter in formam bouis conuerſus uexit Europam de Phoenicia in Græciam: & de nomine puellæ appellauit Europam tertiam orbis partem: unde & ſimilitudinem illius Boſphorus Scythię appellatus. At, ut inquit Strabo, os Byzātiacum Thracius Boſphorus appellatur: Cimerius uero Boſphorus dicitur: quodcunq; Meotidis paludis hoſtium continet. dictus Cimmerius quaſi Cibricus: quod Cimbri errabundi militiam ſuam ad Meotim uſq; agitarint. Pontum: inſulam: in qua Mithridates regnauit. Ceruchis: ideſt antenna: a ſummitate malit in qua ſunt cornua quibus uela ſuſpenduntur: ut Virgilius: Cornua uelatarum obuertimus antennarū: & dicitur κιρουχος Cornutus a κιρας cornu: & χιω habeo. Quicquid deſcēdit ab arbore ſumma: reſpōdet illud quod Pompeius petierat ſuperius: ſcilicet Syriam quo ſidere ſeruet: ſed non nihil plauſtrum declinauerit a ſummitate mali: tunc petimus Syriam. Propior mari: ideſt quantuluncunq; plauſtrum declinauerit a ſummitate mali: capite ferire uidebitur maris undas: tūc ſpectamus Syriam: & eo naoē dirigimus. Arctophylax: Bootes cuſtos urſæ. Cynoſura: quem ſuperius appellauit Arctophylacem: nunc Cynoſuram. Propior ma. unum ſeqoitur ex reliquo. nam quanto magis declinat a ſummitate mali: tanto magis uidetur appropinquare mari. Inde Canopos: ſidus eſt (ut ait in ſexto Plinius) ingens & clarum. eſt autem in meridionali plaga: ad cuius contemplationem ait nauta: ſe nauem dirigere a ſiniſtra trās Ægyptum: a medio tendit ad Syrtes. Stella timens Boream: quo ſpirāte denſantur nubes: quibus ille obſcuratur. nam cum ſit in auſtrali plaga meridiem uerſus: timet Boreā: qui nubes cōtrahit in meridiē: quibus illa obtegitur. Tsans Pharon: ideſt ultra Ægyptum: reſpondet ad illud quod interrogauerat Pom. uidelicet: qua ſtella meridiem petat. Illa ſiniſtra. ſ. Canopo ſtella apparente in parte ſiniſtra nauis. Syrtes: cui contigua eſt Ægyptus. Sed quo uela dari: cum Pom. & gubernator nauis ita inter ſe quaſi confabularentur de ſignis cæleſtibus: & ad omnia quæ Pom. quæſierat reſpondiſſet: poſtea interrogat eum quam in partem potiſſimum nauigare deberet: ad hęc Pomp. reſpondit: incertus ad quem locum prius nauigaret: quocunq; inquit nauem & curſum dirigito: dummodo procul e campis Emathiis naniges: nos deinde in fluctus fortuna reget. Quo nunc pede carbaſa tendi: idem dicit. Casbaſa uela ſunt dicta a genere lini ſubtiliſſimi: qđ ita appellat: ut uela. Quo pede: dicit morem nautarum: nam pedes ſunt funiculi: quibus uela pro uolūtate nautarum uertuntur. Dubio pectore: incerta mente: non enim ſatis deliberauerat quod potiſſimum iter teneret. Heſperiam: Italiam: neq; Emathiam nauem dirigere uolebat. Cælo: ſidera conſiderando. Da: relinq;. Pignus: Corneliam. Tunc certus eram: ſcilicet antequā uxorem accepiſſem: certus eram quo nauigabam: uidelicet inſulam Leſbon. nunc uero ſcio quæ loca fugiam: quæ autem petam neſcio. Sic fatur: Pompeius, & gubernator ab his regionibus auertit nauem, quas attingere Pompeius nolebat. Iuſto: recto modo: pro uoluntate nauigantis.

℄ Aſinæ cautes:ſaxa & ſcopuli Aſinæ oppiduli:quod eſt in ſinu Meſſe nio:qui ab eo Aſineus dicitur.eiuſdẽ nominis alia eſt Harmonica:ut ait Strabo libro octauo. Chios:inſula Leſbo uicina:Theopompi patria:quę paruo freto ab Aſia diuiditur. Aſperat:reſonare facit ob ſcopulos:in quibus illiduntur. Dedit:protendit. Rudentes:ſi mos funes. Senſerunt motus:nam conuerſa naui:conuerſa eſt & nauigatio. Roſtro:prora. Nec ſpectante idem:nec conuerſa eundem in locum. Sonum:fragorem:quẽ eunte naui emittunt. Moderator equorum:auriga in curuli certamine. Cum leuum circuit axem:cum a dextra in ſiniſtram currum cõuertit:ut breuiore gyro metam intactã circumeat:quo enim propius metam currus acceſſerit:eo citius peruẽit. Accedere:uicinos fieri. Inoffenſæ:intactę:illæſæ. Oñdit terras Titan:ſole oriente ten͛ bræ abeunt:& ſtellæ non apparent. Quicũq; ſparſus:Põ.quallantes hoſtis uiolentiam fugerant:Põ.ueſtigia ſequebãt. Natus:Sextus. Procerũ:ſenatorũ:& ducũ. Deiecto fatis:oppſſo. Abſtulerat reges miniſtros:priuauerat regibus qui ei miniſtrarẽt. Sceptra eoa:regna oriẽtis. In deuia:remotiſſima loca. Qui ſparſa ducis ueſtigia legit:qui flexã Põ.nauigationẽ ſecutus ẽ. Legit:nauigãdo obſeruauit. Quãdo ait:Pom.ad regẽ Gallogræciæ uerba. Romanus:Romani iuris:& ditiõis. Euphratẽ:Armenię,& Meſopotamię,multoſq; alios pplos indicat. Tigrĩ:Tigris accolas:ut Armenos:& Parthos. Quęrẽtẽ fata:reparãtẽ mihi ſecũdã fortunã. Receſſus:ſemota loca.

SVLPITIVS Aſinæ oppidũ ubi

Q uas Aſinæ cautes:& q̃s chios aſpat undas:
Hos dedit ĩ prã:tenet hos ĩ puppe rudẽtes.
Aequora ſenſerunt motus:aliterq; ſecante
Iam pelagus roſtro:nec idẽ ſpectante carina:
Mutauere ſonũ.non ſic moderator equorum
Dexteriore rota:leuum cum circuit axem:
Cogit inoffenſæ currus accedere metæ:
Oſtendit terras Titan:& ſidera texit.
Sparſus ab Emathia fugit qcunq; procella:
Aſſequitur Magnũ:primuſq; a littore Leſbi
Occurrit natus:procerum mox turba fidelis.
Nam neq; deiecto fatis:acieq; fugato
Abſtulerat Magno reges fortuna miniſtros:
Terrarum dominos:& ſceptra eoa tenentes
Exul habet comites.iubet ire in deuia mundi
Deiotarum:qui ſparſa ducis ueſtigia legit.
Q uãdo ait Emathiis amiſſus cladibus orbis
Q ua Romanus erat:ſupereſt fidiſſime regũ
Eoam tentare fidem:populoſq; bibentes
Euphraten:& adhuc ſecurũ a Cæſare Tigrĩ:
Nec pigeat Magno quærentẽ fata remotas
Medorũ penetrarẽ domos:ſcythicoſq; r̃ceſſus:

℄ Quas Aſinæ cautes:ut p mediã Aſinã,& Chiõ nauigaret.Aſina terrę pagus Argiuę:penes Lacedęmõiam Naupiam:ut refert Strabo ex ea inquilini ĩ Meſſeniũ agrũ cõmigrarũt eodẽ:quo Aſina oppidũ argolicũ uocabulo nũcupata:Dryopum domiciliũ,& Aſinam fuiſſe memorant:q ex uicinis Spchio locis extitere. Aſperat undas:nã ubi ſcopulus eſt:ibi & unda maris ẽ aſperior. Chios:ut libro q̃rtodecimo Strabo refert,Chius ĩſula circũ nauigationem habet ſtadiorũ nõgentorũ:ſi quis ſecus terrã deferat:ea urbẽ & portũ optimũ habet:& nauale nauiũ octoginta. Chii olim claſſem habuere:& maris ĩperiũ:& libertatẽ ſibi uendicauerũt.e Chio ĩ Leſbum uento auſtro ſunt ſtadia circiter quadraginta.uiri e Chio elegãtes fuerunt:Ion tragicus:& Theopompus hiſtoricus:& Theocritus ſophiſta. Motus:ſcilicet nauis:nã pro mutatione uelorũ:mutata eſt nauigatio. Secante:nauigãte. Idẽ:ſcilicet mare:quod ante. Sonũ:uelorũ ſtrepitum:& nauigationis. Non ſic moderator:dicit non maiore arte aurigã ferre currũ circa metã in ludis olympicis:q̃ hic gubernator obuertit nauẽ contortis uelis. Moderator equorũ:ideſt auriga:nam ludis olympicis ad metam currebatur curru:& qui prior metã illã curru circuiſſet:hic primũ palmam obtinebat:ſed quanto interius circũuoluebãt currũ:tanto etiã celerius id faciebant.& ob hanc cauſam:cum omnes interiores:& propinquiores ad metã circumuoluere uellent currum:niſi peritiſſimi eſſent artis:currus ĩ metam lapideam frãgebatur.unde Horatius:Metaq; feruidis Euitata rotis. Inoffenſæ:intactæ. Metæ:metam appellat eam formã lapideam. Leuum axem:ideſt ſiniſtram partem axis. Dexteriore:ſcilicet uerſa in ſiniſtram. Oſtendit Titan:quia orto Sole dies apparebat. Sparſus ab Emathia:quicũq; inquit ab Emathia diſceſſit:ſecutus eſt Põ.inter quos fuit Cn.Põ.& Deiotarus rex:ſed per Cn.Pom.noli intelligere Sextũ:nã Sextus cũ matre Cornelia in Leſbo repoſitus fuerat:quia minor erat. Procerũ:quãuis uictus eſſet cũ magna turba Põ.tamen adhuc comites habebat reges:& principes ſenatus. Reges miniſtros:nã reges miniſtrabant Põ.qui ſub clientela eius erant comites:inter quos habebat Deiotarũ.Deiotarus enim inter primos Põ.ex acie ſecutus fuerat:nã hic regum fidiſſimus erat:hũc iubet Põ.in Syriã legationẽ ferre. In deuia mundi:in remotiſſimas partes orbis terrarũ:hoc eſt in Syriã. Legit:ideſt obſeruauit:ideſt quãuis incerta feciſſet ueſtigia:ne iter ſuum dignoſceret Põ.ea tñ diligenter rex Deiotarus obſeruauerat. Quando ait Emathiis:quando inquit cladem accepimus in Emathia:quæ par eſt:nullã orbis terrarũ parauerat quæ noſtra ſigna ſequeret͛:nunquid opus eſt tentare reges oriẽtis. Fidiſſime regum:hic enim ſemper in officio permanſit:nulla fortuna diſceſſit:cũ defenſaret libertatẽ & auctoritatẽ ſenatus. Euphratem:fluuium in oriente:per quẽ ſignificat partes Armeniæ propter regẽ cum quo fœdera iũxerat Põ.quo tempore fugientẽ Mithridatẽ p eas regiões ſequebat͛. Tigrim:ſignificat Armeniæ regẽ.nã Tigris fluuius eſt Armeniæ.Tigris & Euphrates Meſopotamiã circundant:& apud Babilonios inuicẽ cohærẽt:auctore Strabone:deinde in mare Perſicũ emittũt:quorũ Euphrates maior ẽ:& plus regionis flexuoſo alueo pcurrit:fontes habet ĩ parte Tauri boreali:fluit ad occidẽtẽ p Armeniã:q̃ maior appellat͛ uſq; in Armeniã minorẽ:quã a dextris hẽt.Tigridis:& Euphratis fõtes ĩter ſe diſtãt ad ſtadia duo millia & qngẽta. Nec pi.pterea ut exercitũ cõpares:nõ oriẽtẽ mõ:ſed ẽt ſeptẽtrionẽ petas uelĩ. Quærẽtẽ:acquirẽtẽ:reparãtẽ.

OMNIBON.

SVLPITIVS. ℂTotum mutare diem: excitare totum orientem: unde dies emanat. Arſacidæ: regi Perſarum. Fœdera: bello mithridatico icta. Manent: ſtant: ſublata nõ ſunt. Latium Tonantem: per Latialem Iouem: qui Albæ collebatur, uel per Romanum: & Capitolinũ. Obſtricta: firmata. Magos: ſapientes: & ſacerdotes. Intendite: flectite. Neruis gethicis: ſcythicis cordis: quæ ex neruis fiunt. Si uos: ſi liberaliter uobiſcum egi. Caſpia clauſtra: portas caſpias: & fauces montium caſpiorum: qui latebram Mithridati dederũt: panduntur q; itinere manu facto longo octo millibus paſſuum, nam latitudo eius uix eſt plauſtro permeabilis; ut ait Solinus.

Et totum mutare diem: uoceſq; ſuperbo
Arſacidæ perferre meas: ſi fœdera uobis
Priſca manẽt: mihi per Latiũ iurata Tonãtẽ
Per uños aſtricta magos: implete pharetras:
Armenioſq; arcus Gethicis intendite neruis.
Si uos o Parthi peterẽ cum caſpia clauſtra:
Et ſequerer duros æterni Martis alanos:
Paſſus Achemeniis late diſcurrere campis
In tutam trepidos nunq̃ Babylona coegi:
Arua ſuper Cyri: Chaldæiq; ultima regni:
Qua rapidus Gãges: & q̃ Nyſæus Hydaſpes
Accedunt pelago Phœbi ſurgentis ab igne
Iam ꝓpior: q̃ Perſis erã: tamẽ omnia uincens:
Suſtinui noſtris uos tantũ deeſſe triumphis:
Solus & e numero regum telluris eoæ
Ex æquo me Parthus adit: nec mũere Magni
Stãt ſemel Arſacidę.qs.n.poſt uulnera cladis
Aſſyriæ: iuſtas Latii compeſcuit iras:

Alani ubi Alanos: Scythiæ populos uicinos Iberis ab Alano flumine denominatos. Æterni Martis: ſemper pugnaces. Achemeniis: parthicis a rege Achemene. Nunquã coegi in Babylona: non repreſſi, & contineri feci intra muros poſt ictum fœdus: nam antea quod in Gordianam hoſtiliter excurriſſent per Afranium fugauerat. Arua ſuper Cyri: ultra cãpos perſidis: ubi Cyrus regnauit. Chaldęi regni: quod eſt ſupra Arabiam. Ganges: Indiæ fluuius. Hydaſpes Nyſęus: fluuius ad Nyſam a Baccho in Indiã cõditã. Accedũt pelago: exeunt in Oceanũ. Ab igne Phœbi ſurgentis: ab oriente extremo: Auroraq; ipſa. Propior: uicinior. Perſis: regio ſupra Parthiã. Suſtinui: paſſus ſum de uobis non triũphare. Ex æquo: quia æque liber & ſocius eſt, non tributarius. Stant: conſeruati ſunt meo bñficio: nã in ſenatu bellũ Parthicũ ſuſcipiẽdum: donec duraret bellũ Gallicũ: diſſuaſi. Poſt uul.cla. poſt dolorẽ: quẽ Parthi de cęſis Craſſis & exercitu ſtulere. Cõpeſcuit iras: repreſſit bellũ.

OMNIBON. ℂDiem: ideſt orientem. Arſacidæ: regi Parthorum. nam ſicut Ptolemæi reges Ægypti appellabantur: ita Parthorum reges Arſacidę dicti ſunt. Si fœdera nobis: hæc eſt legatio Pom. ſi ſeruant inquit fœdera noſtra: quæ ſocietate & amicitia cũ populo Roma. iunxit. Magos: magi enim ſapientes apud Medos: & Perſas appellantur: quos philoſophos Græci dicunt. Implete pharetras: ideſt ſumite arma: nam ſagittis & arcu Parthi potiſſimum utuntur. Gethicis neruis: ideſt ſcythicis cordis: quæ ex neruo torquentur. Si uos o Parthi: hæc ſunt mandata Pom. quæ Deiotaro dat ad Phraartem Parthorum regẽ. nam omnes reges Parthi Arſacidæ dicuntur, ſed tunc Phraartes nomine regnabat. eſt autem ordo uſq; ad eum locũ: Tot meritis obſtricta meis. Caſpia regna: perſequendo Mithridatẽ in mare Caſpium uſq; uenit: ubi ſunt Caſpii mõtes. Nam, auctore Solino, ultra Sauromatas in Aſia ſitos: qui Mithridati latebram, & originem Medis dederunt: confines ſunt talibus nationibus: quas ab oriente contingunt Caſpii mõtis fauces. Alanos: populos: qui ab Alano flun. dicti ſunt: qui ultra Danubium fluit in Europam. Martialis: Nec te ſarmatico tranſit Alanus equo.

Æterni Martis: ideſt bellicoſiſſimos. Achemeniis campis: ideſt parthicis ab Achemene rege. In tutam trepidos: ideſt nunquam uos compuli in moenia ueſtra: quia paſſus ſum uos errare per agros ueſtros. Arua ſuper: & tamen facere poteram: quia propinquior eram uobis q̃ Perſis. Arua Cyri: ideſt ſuper arua Perſidis: ubi regnauit Cyrus. Vltima Chaldæi regni. i. ad extremã regionẽ Iudæorum: nam Ariſtobolum Iudæorum regem cepit: & templum Salomonis ſpoliauit: & candelabra illa: quæ in maximo honore fuerant in triumphum duxit, & creditum eſt poſt hac Pompe. aduerſa fortuna laboraſſe. Nyſæus Hydaſpes: fluui. Indiæ: qui per Parthiam ſe ſe ferens uadit in Indiam: ideo Nyſæus: ideſt Indicus a nyſa urbe Indiæ.

Hydaſpes qui Phœbi ſurgentis ab igne: ideſt ab oriente deſcendens uobis propinquior eram. Quam Perſis: Perſis nominatiuus eſt: Perſidis genitiuũ facit. eſt autem regio finitima Parthis. Numero telluris eoæ: ex omnibus rebus orientalibus tantummodo Parthus fuit: qui me ex æquo fœdere adiit: nam cum Pompe. ad Araxem fluui. caſtra poſuiſſet: Tigrãnocerõta Tigrãnis regis filius obuiam ei factus eſt (iam enim a patre defecerat) Tigrannes ipſe humanitate Põ. fretus: qui uulgo laudabatur ab oĩbus: ad eum uenit: quem ubi Pompe. honorifice ſuſceptũ regem appellat: indignatus filius palam dixit: haud ſibi opus eſſe Pompeio: ſed alium quæſiturũ Romanorum. tum Pompeius eum in uincula coniectum ſeruari iuſſit ad triumphum: nec multo poſt Phraartes Parthorum rex legatos miſit: qui Tigrãnocerõtam peterent: quaſi generum ſuum: & Euphratem fluui. fines imperii ſtatueret: quibus Pompeius inquit: Tigrãnocerõtam ad Tigrannis magis partes q̃ ad ſocerum pertinere: de finibus: qđ peteret eiuſmodi ſe uſurum, hoc eſt: quod nũc poeta dixit: Ex æquo me Parthus adit: & ita Euphratẽ fines imperii tenuit rex Parthorum. Nec munere Magni: nec ſemel ſeruati ſunt Parthi meo beneficio: neq; enim alius fuit: qui Ro. contineret: ne ulciſcerentur manes Craſſi: & Ro. qui a uobis cæſi fuerunt o Parthi, ſententia fuit etiam Pom. ne renouaretur bellũ contra Parthos: donec Cæſar eſſet in Gallia cum exercitu: ne duobus bellis uires Ro. diſtraherẽtur. Munere: beneficio Pom. Quis con. quaſi dicat nullus: niſi ego. Aſſyriæ cladis: ideſt poſt cladem Craſſi: & exercitus Ro. quem ad Carras ciuitatẽ Aſſyriæ Parthi cum exercitu deleuerunt. Iuſtas iras: iuſte enim mouebantur ad ultionem imperatoris cæſi.

ℂRoptis

SVLPITIVS

¶ Ruptis clauſtris: fractis legibus: & præſcripto: & præteritis terminis & limitibus conſtitutis. Ripam Euphratis: intra quam Phraartes Parthorum rex: ſe uelle perpetuo continere Pompe. qui Tigrannis filium ſeruabat in uinculis: cum obtuliſſet: fœdere cōſtitutum eſt: ut ſcribit Plutarchus. Zeuma Pellæum: oppi. iuxta Euphratem conditum ab Alexandro: qui ex Pella Macedoniæ oppido fuit. Vinci uolet: ut uincatur Cæſar.

Non piguit: non piger fuit. Inſignibus aulæ: regio habitu. Raptos: ab aliis raptim acceptos. In dubiis: ſententia per acclamationem: quam laudando paupertatem exornat. Rege: Deiotaro. In littore: uidelicet ſinus baſilici: ubi īcipit Icariū mare: dictū ab Icaro Dædali filio: qui uolans illic cecidit. Epheſum: urbem in ora Ioniæ: ubi Diana colebatur. Colophona: Ioniæ opp. ante quod eſt Clarium lucus: ubi Calchas a Mopſo uictus pre dolore periit. Sami: inſulæ Ioniæ.

Tot meritis obſtricta meis: nūc ꝑthia ruptis
Excedat clauſtris uetitam per ſæcula ripam:
Zeumaq; Pellæum: Pompeio uicite Parthi:
Vinci Roma uolet. regem parere iubenti
Ardua non piguit: poſitiſq; inſignibus aulæ
Egreditur: famuli ruptos indutus amictus.
In dubiis tutū eſt inopem ſimulare tyranno.
Quāto igitur mūdi dominis ſecurius æuum
Verus pauper agit? dimiſſo in littore rege
Ipſe ꝑ Icariæ ſcopulos: Epheſumq; relinquēs:
Et placidi colophona maris: ſpumātia paruę
Radit ſaxa Sami: ſpirat dę littore eoo
Aura fluēs: Gnidon idē fugit: claramq; relinquit
Sole Rhodō: magnoſq; ſinus Telmeſidos un
Cōpēſat: medio pelago Pāphylia puppi(dæ
Occurrit tellus: nec ſe committere muris
Auſus adhuc ullis: te primum parua phaſelis
Magnus adit. nā te metui uetat incola rarus:
Exhauſtæq; domus populis: maiorq; carinæ:
Quā tua turba fuit: tēdēs hic carbaſa rurſus
Iā Taurū: Taurōq; uidet Dipſonta cadentē.
Crederet hoc magnus pacē cū ꝑſtitit undis:
Et ſibi conſultū? Cilicū per littora tutus
Parua puppe fugit: ſeq̄t pars magna ſenatus.

Coo: Cos inſula non longe ab Halicarnaſo patria Hippocratis. Gnidon: inſulam in mari Carpathio: quam piſcoſam dicit Ouidius. Rhodon clarā Sole: inſulam ubi colitur Apollo: & ubi eſt Solis coloſſus mirabilis: quem ſeptuaginta cubitorū altitudinis fecerat Chares Lydius. Compēſat ſinus: recta nauigatione circuitus cum compēdio nauigat. Telmeſidos: Telmeſum oppi. eſt Lyciorū: & Telmeſis ꝓmōtorium cum portu. Pampbilia: regio iūcta Ciliciæ.

Muris: oppidis. Phaſelis: Ciliciæ oppidū cū tribus portubus: ut īquit Strabo. ſed Plutarchus ait: Primū in Attaliam Pamphiliæ ciuitatē ingreſſum. Rarus incola: parua plebecula: qa erāt numeroſiores Pom. comites. Rurſus: primū enim tetēderat bello pyratico. In Taurum: qui in oram Ciliciæ deſinit ab oriente incipiens. Dipſanta: fluuiū Ciliciæ. Crederet: credere poſſet. Vndis: mari: uictis pyratis. Et ſibi cōſultū: ēt ſibi ꝓmiſſum: ut nūc tut⁹ nauigare poſſet.

¶ Ruptis excedat clauſtris: Euphratis ripā dicit: quē regni finē ipſi Parthi petenti Pom. finē tradidit. Zeuma: ciuitas inter Ægyptū & Parthiā. lxxii. millium paſſuum a Samo ſatis diſtās: quā Alexāder cōdidit: ſic appellata q ſit utriuſq; regionis quoddā quaſi uinculum: & dicitur a ζεύγνυμι iungo. Pellæū: ab Alexādro conditū: qui fuit de Pella ciuitate Macedoniæ. OMNIBON. Zeuma ubi

Pōpeio: ideſt caſtra Pōpeii. Vici Ro. uolet: ut ſub acto Cæſ. Pom. uictoriā conſequat̄. Regē parere iubenti: nūc dicit quomodo rex Deiotarus ad Pom. legationem perficiēdam ſeſe expedinerit. Ardua: quia iuſſit eū extremas orbis partes penetrare. Poſitis inſignibus: ideſt depoſitis regiis ueſtimētis. Raptos amictus: ideſt gregaria ueſte ſumpta: & capta occaſiōe laudat paupertatem: ſi inquit dominis terrarum tutum eſt aliquando ſimulare paupertatem: quanto ueri pauperes tutiores ſunt. Dimiſſo in littore rege: nūc dicit dimiſſo rege Deiotaro: qua parte Pompeius nauigauerit.

Ipſe per Icariæ: Icaria inſula eſt Samo adiacens: non procul a Naxo: quæ nomen Icario pelago īpoſuit: ut Plinius, & Strabo. Epheſum: ciuitas Ioniæ: quę & Smyrna dicta eſt: ab Amazonibus dicta. Plinius. Colophona: ciuitas ionica: quæ olim nauali ope: & equeſtribus præliis excelluit. Strabo. Telmeſis promontorium eſt Lyciorū: quod portū habet: hūc locū Eumenes in bello Antiochio a Rom. accepit: ſed oblato regno Lycii eū locum receperunt: hic enim eſt: de quo Lucanus mentionem facit. Claram: ubi coloſſus Iouis eſt tantæ magnitudinis: ut inter ſeptem mirabilia mundi connumeretur. aut claram: quia (ut ſcribit Solinus) nunquam cęlum tam nubilum eſt: ut in Sole Rhodos non ſit. ſic Horatius: Laudabunt alii claram Rhodon. Coloſſum autem fabricauit Chares Lydius dicatum Ioui: ut aſſerit Strabo. alii ſcribunt Apollini. Telmeſidos undæ Cōpenſat: ambitum longum Telmeſidis ſinus breuitate maris recompēſat. Pamphylia puppi: Pamphylia olim ſub imperio Cilicum cōſtituta fuit: alio nomine appellata Moſophia: & Pamphylium mare iungitur Cilicio. Plinius. Nec ſe committere: & quia Pompeius metuebat: ne omnes ciuitates uictori parerent: non audebat mœnia ingredi: ſed nunc primum ingreſſus eſt mœnia. Phaſelis: Phaſelis ciuitas eſt quæ portus tres habet: auctore Strabone: ciuitas inſignis: & locus imminet: & mons nomine Solyma. Phaſelis fuit ciuitas Zeniceti pyratæ: qui capto monte Iſaurico: ſe cum tota domo concremauit. Nā te: ratio cur ingreſſus eſt. Rarus incola: quia deſerta erat. Hinc: a Phaſelo. Taurus: mōs qui a multis idem cū Caucaſo mōte credit̄. nā Aſiā omnem ab eois incipiens: & in Cilicum mare deſinens in duas fere æquales ptes diuidit̄. Dipſanta: fluuiū.

Cadentem: ideſt naſcentem. Crederet hoc Magnus: nunquid credere potuiſſet hoc Pom. cum pyratas deuicit: hāc uictoriā ſibi utilem futuram: ac ſi dicat profuit: quia nunc demum per mare tutus nauigat. Pacem: ideſt cum pyratas deuicit. Et ſibi: non ſolum negociatoribus: ſed etiam ſibi. Sequitur pars magna ſenatus: Pom. proficiſcentem in Ciliciam uniuerſus ſenatus ſecutus eſt: ubi ſententiam ſuam de republi. dixit.

SVLPITIVS. Selenus quid

¶ Celēdris: oppido in Cilicia cum portu: ut docet Strabo: & ipſe poeta īdicat. nec legas Sinædris: & ſidiculæ cōgregationem hic ſignificare interpreteris. Selinus: Ciliciæ fluuius in portu Celendrarum: qui emittit & recipit naues: eius quoq; meminit Strabo. Comites belliq; fugæq;: decreturus Pō. ad Parthos confugere: rationes, quibus uires, & exercitas: quos non omnino amiſerit: reparari poſſint: oſtendit. ponitq; in conſultationē: ad quem ſit potiſſimum confugiendū. Suadetq; Ægyptū non eſſe eundum: propter Ptolemęi ſuſpectam ætatem: nec in Libyam: quæ perpetua flagret odio in Ro. tum Parthiam laudat. exorditur autem a beneuolētia:

Ad ꝑfugū collecta ducē: paruiſq; Synædris:
Quo portu: mittitq; rates: recipitq; Selinus
In procerū cœtu tandem mœſta ora reſoluit
Vocibus his Magnus: comites belliq; fu-
Atq; inſtar patriæ: q̄uis in littore nudo (gæq;:
In Cilicum terra nullis circundatus armis
Conſultem: rebuſq; nouis exordia quæram:
Ingentes præſtate aīos: non omnis in armis
Emathiis cecidi: nec ſic mea fata premuntur:
Vt nequeā releuare caput: cladeſq; receptas
Excutere: an Libycæ Mariū potuere ruinæ
Erigere in faſces: & plenis reddere faſtis?
Me preſſum leuiore manu fortuna tenebit?
Mille meæ Graio uoluunt̄ i æquore puppes:
Mille duces: ſparſit potius Pharſalia noſtras:
Quam ſubuertit: opes: ſed me uel ſola tueri
Fama poteſt rerum: toto quas geſſimus orbe:
Et nomē: qđ mūdus amat: uos pendite regna
Viribus: atq; fide: Libyē: Parthoſq;: Pharōq;:
Quæ nā Romanis deceat ſuccurrere rebus.
Aſt ego curarū proceres arcana mearum
Expromā: mētiſq; meæ quo pōdera uergant:
Aetas Niliaci nobis ſuſpecta tyranni eſt.
Ardua quippe fides robuſtos exigit annos:

Inſtar: imago: & qui patriam mihi refertis. In littore nudo: in arena ſine tecto: & ea externa. Nullis arm. nullo exercitu armato. Exordia nouis rebus: principia noſtræ reparationi. Non omnis: nō penitus. Nec ſic premunt̄: nec ſunt adeo ꝓſtrata: ut nequeant erigi. Excutere: repellere damnū: & obliuiſci. An Libycæ: a minori ad maius argumentatio: nam Marius: ut dixit primo libro: Nuda triumphanti iacuit ꝑ regna Iugurthæ, & Pœnos preſſit cineres. Ruinæ: in quibus latuit. In faſces: in conſulatum. Faſtis: libris: & annalibus ubi acta deſcripta ſunt. Leuiore manu: Cæ. minus potente: q̄ Sylla fuerit. Tenebit: non ſinet erigi. In æquore graio: in ambracio peloponeſiaco ſinu. Sparſit: late diffudit: & diſſipauit. Vel ſola fama: etiam ſola auctoritas: & gloria rerū geſtarū. Nomen: celebritas nominis oībus grata. Vos pendite regna: uos conſiderate: qui rex ſit fidelior: & dignior: a quo petat̄ auxiliū: an Iuba an Phraartes Ptolemæos: quos per Libyen Parthos: Pharonq; indicat. Expromam: aperiam. Pondera uergant: cōſilia inclinent. Aetas tyranni: pueritia Ptolemæi: quę inſtabilis eſt cōſilii. Ardua: inſignis: & egregia. Robuſtos annos: firmiorem ætatem.

OMNIBON.

¶ Paruis ſynædris: ideſt paruo conſeſſu cōparatiōe curiæ Ro. dictio græca eſt: ſυνέδριον cōſeſſus: τοσυνέδριον concilium. Selinus: oppidum Ciliciæ: ubi ſenatus Pō. audiuit de repu. ſentētiā dicentem. In cœtu ꝓcerum: in conſilia ſenatus. Comites bellis: in deliberatiuo genere conſtitutio. Cōiecturalis eſt: Potero reparato uires: non poteris: quæſtio eſt: an poſſit: & deliberatur: deinde quomodo repararet. Eſt aūt deliberatio: cum quæritur: quod ex multis rebus potiſſimum ſit faciēdū: nā conſultatio duplex eſt: aut cum quærit̄ de duabus rebus: utrū potius: ut ſi cōſulteтur bellū ne: an pax potius ſit facienda. Eſt autem cōſultatio: cum de pluribus rebus quæritur: quod potiſſimum ſit: ut ſi quærat aliquis: an Macedoniam: an Ægyptum: an in Indiam nauiget: ſed primum: quod in dubitatione ueniebat quærit̄: uidelicet an poſſit reparare uires: & probat reparare poſſe. non enim adeo ſe uictum eſſe dicit: ut releuari non poſſit. Quæſtio coniecturalis eſt: quia quæritur: an poſſit uires reparare primo captat beneuolentiam a perſona auditorum: cum eos comites fideles uocat: & eos laudat ꝙ ſint q̄ſi q̄dā imago ꝑriæ. Quāuis in littore nuda: a perſona ſua nunc beneuolētiam captat: nā ſua ꝓfert incōmoda per cōmiſeratione: qa beneuolentia facile cōparat̄. In Cilicū terra: non in ꝓpria urbe. Nullis armis: nō exercitu ſeptus: ſed inermis. Non oīs in armis Emathiis: ad coniecturā deſcendit: & probat poſſe reparare uires, & argumētū eſt a minori ad maius: qđ plurimū ualet ad cohortatione. dicit. n. ſi Marius exul hoſtis populi Ro. iudicatus: Minturnis in carcerē cōpulſus: in Libyā ꝓfugus: in terris hoſtiū: tamē cōparato exercitu reparauit uires ſuas aduerſus Syllā: multo magis ego facerē: qđ non ſum hoſtis patriæ iudicatus: nō habeo inuiſos populos ſicut ille. deinde nō minor eſt mea, aut gētis auctoritas: q̄ illius: immo maior. Nō oīs. i. adhuc mihi uires ſuperſunt. Excutere: abiicere. Libycæ ruinæ: qa iam Carthago euerſa fuerat a Scipione inferiore: quo tēpore Marius eo ſe recepit. Faſces: cōſulatū. nā exercitu cōparato in Italiā uenit & ſe Cinnæ coniunxit: & ita conſul factus eſt. Plenis faſtis: ut impleret ſeptimū cōſulatū, nā ita Haruſpex ꝓdixerat: uiſo auſpicio. Leuiore manu. ſ. Cæſ. q̄ ille manū Syllæ. Mille duces: argumentum eſt a ui: quæ per claſſes decernitur exercitus: arma: tormenta: reuocationes hominum. Mille: ideſt multæ. Sed me uel ſola: ab auctoritate arguit: quā ſibi tātā eſſe dicit: ut uel hæc una reparare poſſit bellū. Nomen. ſ. meū. Mundus amat: ſine dubio Pom. beneuolus fuit apud omnes: nā humanitatis nomen ubiq; obtinuit. Vos pen. reg. nunc conſultatio eſt de multis rebus: quid potiſſimum. Fide & uiribus: utrunq; bene coniunxit: quia parum poſſunt uires: ubi fides deeſt. Pharon: Ægyptum. nā Pharos clauſtra ſūt Ægypti. Pondera uergant: ideſt quo cogitatio noſtra pōderoſa uertatur: & primum oſtēdit: neq; Ægyptū: neq; Libyā eſſe petēdā: & reddit ratione. Arguit autē ab attributis perſonæ: uidelicet a genere: ꝙ diuidit̄ in naturam: patriā: & ſexū. arguit ab ea partes quæ eſt ætas: ubi cōſiderat̄: puer ne: an adoleſcens. grandis natu: an ſenex. in puero fides ſtabilis eſſe nō pōt.

¶ Solertia

SVLPITIVS

¶ Solertia Mauri: aſtutia Iubæ: cui forſan ineſt Punica fides: de quo per coniecturas, & attributa perſonæ iudicat. Generis maiorum ſuorum: quia Ro. uicti: ſubiugati: & deleti fuerunt. Imminet: captat nocendi occaſionem. Multus Hannibal: frequens meditatio: & imago Hānibalis: qui per obliquam lineam erat ex ſanguine regio Numidarum: gloriā maculabat: quod adhuc multus iacebat. erat autem Iuba Maurorum, Numidarumq; rex. Supplice Varro: qui ab eo contra Curionē auxilia petiit: quē ipſe Iubā Varro potentior interemit. Intumuit: ſuperbiuit. Secūdo loco: ideſt inferior Africanis. In orbem eoum: in Parthiā. Mundū: mundi partem: uidelicet Armeniā a Cappadocia: Cōmagenē ab Arabia: & mediam Babylonē. Caſpia clauſtra: montes: & mare Caſpium. Immenſos receſſus: ſpatia remota: oſtenditq; Parthiam: quæ ab Indiæ finibus ad Meſopotamiā exporrigitur: includitq; Aracuſam: Aſſyriā: Perſidem: & Mediæ partē. Alter polus uertit noctes: ideſt illic aſpicitur polus antarcticus: & ſidera nota: & ad notum eius uertuntur Sol: Luna: aſtraq; omnia. Abruptum: ſeparatum. mare. n. Caſpiū ē littoribus circūdatū: & nec noſtro mediterraneo: nec Oceano iūctum eſt. Diſcolor unda: mare Rubrum indicat: quod inter Oceanū: & Æthiopicum late funditur: appellaturq; Erytrehū. Sola uoluptas: ſine auaritia: nam nulli alteri rei oſtendit niſi ut regnent: & ideo militiam exercent. Celſior in campis ſonipes: ſūt Parthis equi maiores noſtris. Fortior: firmior noſtris. Neruos letales: arcus letiferos. ſynecdoche. Mors eſt īcerta: quia quæq; feriri & pimit. Primi: Parthi primi Alexādrū Macedonum ſuperarūt. Sariſſas P. tela Macedonum a Pella oppido in Macedonia.

Hinc anceps dubii terrēt ſolertia Mauri:
Nāq; memor generis Carthaginis ipia ꝓles
Imminet Heſperiæ: multuſq; ī pectore uāo ē
Hānibal: obliquo maculatq; ſanguine regnū:
Et Numidas cōtigit auos: iā ſupplice Varro
Intumuit: uiditq; loco Romana ſecundo.
Quare agite eoū comites ꝓperemus ī orbē:
Diuidit Euphrates ingētem gurgite mundū:
Caſpiaq; īmēſos ſeducūt clauſtra receſſus:
Et polus Aſſyrias alter: noctesq;: dieſq;
Vertit: & abruptū ē nr̄o mare diſcolor unda:
Oceanuſq; ſuus: regnādi ſola uoluptas:
Celſior in campis ſonipes: & fortior arcus:
Nec puer: aut ſenior letales tendere neruos
Segnis: & a nulla mors eſt incerta ſagitta.
Primi Pellæas arcu fregere Sariſſas:

OMNI BON.

¶ Hinc anceps dubii: regem Iubā dicit. Arguit autē ab ea parte: quæ dicitur natio: in qua conſideratur: græcus, an barbarus. Athenienſis eſt: ergo acutus. Lacedæmonius eſt: durus & aſper. Thebānus ē: pinguis & ualens. Maurus eſt & Carthaginenſis: ergo perfidus: unde Liuius de Hānibale: Perfidia pluſquā punica. Nūquā memor: ab ea parte arguit: quæ eſt cognatio: uidelicet qbus maioribus ortus ſit: ſcilicet ab Hāniba e: qui ſemp hoſtis populi Ro. fuit. Imminet: ut ulciſcaſ iniuriā. Multus: frequens: quia ſemper nominat Hannibalē. Obliquo maculat: ꝓterea eſt etiā nothus: & nothi ſolēt eē callidi: uerſoti: atq; perfidi. Contingit: cōtagiōe polluit. Iā ſimplice Varro: arguit factis: qd̄ ē ipiū: & ī attributis pſonæ: ubi cōſideraſ: qd fecerit: qd faciat: qd facturus ſit ſupbus aduerſus Varrū pfectū noſtrū. Vidit: nā Varrus Hiſpaniæ partē tenebat: & cū eā Cæ. iua ſiſſet: hic ad regē Iubā ī Libyā cōfugit: dicit illū aīum extuliſſe: tunc cū Varrus ad eū profugit. Romana: ideſt res Romanas: uidelicet Varrū prefectū noſtrū. Quare agite: nunc ſentētiā dicit: quo nā ſe conferre uelit. ſ. in orationē ad Phraartē Parthorū regē: & ſuadere īcipit: ut ſentētiam ſequi uelint. primo arguens a ui: quæ eſt pars tuti: Parthos oſtēdens eſſe bellicoſos: ſeu patria: ſeu natione. Diuidit Euphrates: nam Armenios: Cappadoceſq; diſterminat. Caſpia: Caſpiæ portæ dicūtur: quæ ſunt inter Colchos: & Albanos. Caſpias aūt portas Caucaſus habet: qbus ſeparatos dicit inhabitare Parthos: ut nullius imperii uires timeāt. Taurus p gētiū, & linguæ uarietatē pluriſariā nominatus eſt: nam ubi in excelſam ſurgit ſublimitatē: Caucaſus diciſ: ēt a populis appellationē trahit. a dextro latere Caſpius diciſ: uel Hircanus. a leuo Amazonicus. mox Cichus Scythicus. ad hæc uocabula habet multa alia: ubi dehiſcit biulcis iugis facit portas: quarū primæ ſūt Armeniæ: tū caſpiæ: poſt ciuiliæ. a caſpiis portis p Parthiā una, eademq; uia eſt Alexandria: teſte Strabone: Portæ caſpiæ: auctore Solino: panduntſ itinere manu facto lōgo octo millibus paſſuū: nā latitudo uix eſt plauſtro pmeabilis. in his anguſtiis ēt aliud aſperū: quod præciſorū laterū ſaxa: liquētibus īter ſe ſalis uēis exundāt humorē affluētiſſimū: q cōſtrictus ui caloris uelut in glaciē corporaſ: ita labes iniuria acceſſum negat. Polus alter: antarcticū dicit: nā ſicut nos ſub polo arctico poſiti ſumus: & ſublimitate terræ antarcticū uidere nō poſſumus: ita q ſub antarctico uiuūt: arcticū uidere nō pnt. Vertiſ: qa ſp circa polū uertiſ cælū. Abruptū ē no. m. mare Rubrū dicit: q īter Indicū: & Æthiopicū ampliſſimo ore ab auſtro in ſeptētrionē fundiſ: iō dixit: Abruptū noſtro mari: quia ne in mediterraneū exeat a terris Perſarū: qbus finitimi ſunt Parthi: Arabeſq; tenenſ. Regnādi ſola uolupras: nunc arguit ab habitu: quod eſt unū ex attributis perſonæ: in quo etiam cōmoda aliqua corporis conſiderantur non natura: ſed ſtudio: & induſtria cōparata. ſtudio & induſtria equitare: ac ſagittare didicerunt: & habitū regnādi fecerūt: ut nulli regno parere uelint. Voluptas. ſ. eſt Parthis. Celſior in cāpis: & hoc quoq; induſtria cōpararūt: ut eqtādi, & ſagittādi periti ſint. Nec puer. ſiue ſenex fuerit eſt pronus ad ſagittādū. Et nulla ſa. i. quē feriat ſagitta: ille ſtatī occidit. Primi Pellæas: arguit a caſu & fortuna: ubi cōſideraſ qd euenit: qd eueniat: qd euētorū ſit. qd euenit: ut ſemper uicerint. Primi. ſ. Parthi. hi a Scythis originē ducūt. Et ab Indiæ finibus uſq; ad Meſopotamiā Parthia nominata: quā diuidit Euphrates. hic Meſopotamia diciſ: nam ꝓ inuictam uirtutem eorum proximæ regionis in eis nomen tranſierunt: in qua ſunt Aracuſa: Aſſyria: Perſis: & Media ab una parte: qd̄ uidelicet a meridie Rubro mari: ab alia uidelicet a ſeptētrione Hircano clauditur ſalo. Pellæas. i. Alexādri impetum fregerūt. Sariſſas: ſariſſa ꝓprie eſt telū macedonicū: ſicut pilū Romanū.

Caſpiæ portæ ubi

Sariſſa quid

Bactraq; Medorum ſedē:muriſq; ſuperbam
Aſſyrias Babylona domos:nec pila timent
Noſtra nimis Parthis:audētq; ī bella uenire:
Experti Scythicas Craſſo pereunte ſagittas
Spicula nec ſolo ſpargunt fidentia ferro
Stridula:ſed multo ſaturantur tela ueneno:
Vulnera pua nocēt:fatūq; ī ſanguine ſūmo ē.
O utinam non tanta mihi fiducia ſæuis
Eſſet in Arſacidis:fatis nimis æmula noſtris
Fata mouēt Medos:multūq; ī gēte Deoꝝ eſt.
Effundam populos alia tellure reuulſos:
Excitoſq; ſuis immitam ſedibus ortus.
Quod ſi nos eoa fides:& barbara fallunt
Fœdera:uulgati ſupra commertia mundi
Naufragium fortuna ferat:nō regna ꝑcabor:
Quæ feci:ſed magna feram ſolatia mortis
Orbe iacēs alio:nihil hæc in membra cruēte:
Nil ſocerum feciſſe pie:ſed cuncta reuoluens
Vitæ fata meæ:ſemper uenerabilis illa
Orbis parte fui:quantus Mæotida ſupra:
Quantus apud Tanai:toto cōſpectus ī ortu.
Quas magis in terras noſtrū felicibus actis
Nomen abit:aut unde redit maiore triūpho?
Roma faue cœptis:quid enim tibi lętius unq̄
Præſtiterint ſuperi:q̄ ſi ciuilia Partho
Milite bella geras?tantā conſumere gentem:
Et noſtris miſcere malis:cum Cæſaris arma
Cōcurrent Medis:aut me fortuna neceſſe eſt

SVLPITIVS ¶Bactra:urbem & regionem Scythiæ aſiaticæ ſupra Aſſyriam:quam Medi tenuerant:dictaq; eſt Etzanaſpa auctore Strabone. Superbā muris:qui ex lateribus & bitumine a Semiramide ſtructi fuerant. Aſſyrias domos:appoſitio. Scythicas:Parthicas. Saturantur:ſparguntur:imbuuntur. Nocent:letifera ſunt. Fatum:mors. Summo:cuti uicino. nam uel exiguo ictu ueneno inficitur. Arſacidis:Perſis. Nimis æmula:pene parias & æquantia ſe noſtris in regnandi felicitate. Medos:Parthos:qui partem Mediæ occuparunt. In gente:in Parthis ipſis. Multum Deorū:multum fauoris. Effundam:ſi non ſatis fuerint Parthi. Ortus:orientales populos. Barbara:cum barbaris inita. Vulgati ſupra commertia mundi ultra cognitas gentes:& eas cum quibus habemus cōmertium. Naufragium:nos miſeros. Ferat:auferat. Regna:reges:ut Tigrannem:Ariobarzanem:Pharnacem:Ptolemæum. Sed magna feram ſolatia mortis:ſed erit mihi ſolatio perire in externis terris:in quibus Cæſar:nec crudelis:nec officioſus eſſe in me poſſit. Sed cūcta reuoluens:argumenta fidelitatis ex pręteritis officiis colligit. Fata:ſucceſſus. Illa:Parthia. Quantus:q̄ uenerabilis. Quas:certe in nullas. Abiit:ſyncope eſt. Roma:ciues tanq̄ numina inuocat. Partho milite:cum quo aut uincemus in ultionem noſtram:aut ita attenuabitur:ut Craſſi umbras ulciſcamur:& ſit multo Romanis inferior:qđ ſequenti oṙone declarat. Cōſumere:atterere. Miſcere:ꝑticipes facere.

OMNIBON. ¶Bactra:ciuitas Aſiæ eſt Oxum amnem uerſus:ex India diebus octo a Bactris uſq; ad Alierum flumen:quod influit Oxum amnem peruenit Pompeius:dū pſequeretur Mithridatem:deinde,auctore Solino;ad Caſpiū mare:inde per Caſpiom ad Cyri amnis peuetrauit fluenta:q Armeniæ,& Libyæ fines interluit. Babylona:quā coctilibus muris cinxiſſe dicitur Semiramis. Nec pila timentur:& non ſolū cæteras gentes ſubegere:ſed noſtras quoq; iam timere deſinunt poſtq̄ Craſſum deleuere. Experti ſcy. qa (ut dixi)a Scythis originē habent. Spicula nec ſolo ferro argumētū eſt a cōſilio:& cōſiliū rectius appellat;q̄ dolum,nam dolo aliquid ſuadere turpe uidet:ergo rectius conſilio:quo Parthos uti dicit:ut ſcilicet ueneno muniant ſagittas. Stridula:ſtrepentia per aerem:cum a neruo mittunt. Fatūq;.i.mors eſt etiam in ſumma corporis exulceratiōe:quia uenenum ingreditur. O utinam non tāta mihi:uellē,inquit,ne tāta mihi fiducia eēt in Parthis.ne uidelicet Craſſoꝝ cecidiſſent:nam inde orta eſt fiducia ꝙ exercitum cū duce occiderūt. Fata mouent Medos:nam Media tranſiuit in nomē Perſarum:Aracuſa:Aſſyria:& Ideo Medos Parthos dixit,ſicut Horatius:Neu ſinas Medos equitare inultos.Te duce Cæſar. Multumq;:a caſu arguit. Alia tellure:ideſt aduerſa ab Italia.nam Parthia in oriente eſt:Italia uero in occidente:unde etiam Heſperia dicta. Quod ſi nos eoa fides:dilemma eſt:& confutat ab honeſti partibus:uidelicet a magnanimitate:ſenſus eſt:ꝙ ſi Parthorum pereo perfidia:optatius id mihi continget:quaſi beneficio fortunæ in his regionibus peream:ubi nulla noſtri cum gentibus illis commertia habuerunt.nam id mihi ſolatio erit:ꝙ nec iniuriam a Cæſare,nec beneficium accipere potero:aut Parthi fideles erunt:aut perfidi. ſi fideles:nos contra Cæſ. iuuabunt.ſi uero perfidi:id boni conſequar:ꝙ in manus Cæſa. non ueniam:quo aut mors credulis manet:aut turpis uita. Eoa:ideſt orientalis:hoc eſt Parthorum. Supra commertia mundi:ultra regionem mundi Romanis cognitam.nam Romani nulla prorſus cum Parthis habuere commertia. Ferat:pro afferat. Regna Quæ feci:ut Tigrānis:Ariobarzanis:& Pharnacis:quos deuictos in regna conſtituerat. Sed ma. ferā:magna conſolatio erit:ꝙ nō ueniam in manus Cæſa.a quo crudeliter trucidabor:aut turpiter uita donabor. Hæc membra:ſi occideret. Nil feciſſe pie:ſi uita donabit. Sed cuncta reuoluens:ſed cum omnia conſidero:ipſi fidem ſeruabunt.Nam nullis mundi partibus magis honoratus ſum q̄ in oriente:& arguit ab auctoritate:quam habuit in his gentibus:& a caſu cum perſequebatur Mithridatem:Colchos:Albanos:Iberos:Arabes:Chaldęos:Iudæamq; omnem ſubegit. Mæotida:paludem Scythiæ. Tanaim:qui diuidit Europā ab Aſia. Cōſpectus:cōſpicuus. Quas magis:ſcilicet q̄ in terras orientis. Vnde:a quibus regionibus. Quid enim tibi:alio utitur dilemmate:nam ſi inquit ad Parthos uenimus:aut uincemus:aut uincemur.ſi uincemus obtinebimus;quod inſtituimus.ſi uincemur nobiſcum Parthi peribunt:& umbram Craſſi uindicabimus. Tantas gentes:quæ ſemper infeſtæ Romanis fuerunt. Medis:ideſt Parthis.

¶Damnaſſe:

¶ Damnaſſe:improbaſſe. Nobilitate dolẽdi:nobili dolore:& cõmiſeratiõe. Modo cõſule:eius qui paulo ante fuerat cõſul. Siccine:hac oratiõe Lentulus argumẽtis cõtrariis diſſuade:decernitq; Ægyptũ eẽ petẽdã. Exorditur a beneuolẽtia p cõmiſerationẽ Põpeii. Mũdi dãnauit fata:penitus oppreſſit reliquorum hoĩum præterq̃ Cæſarianoꝝ felicitatẽ. Secũdũ Emathiã lis tãta dat̃:fert̃ tota ſentẽtia p uictoribus ĩ Emathia. Eſt aũt iudicantiũ uerbũ:ſecũdũ te litẽ do. Iacet omne:periere ne oẽs:q eſſe nobis auxilio potuiſſent. Pedes:q bus tu ſupplices. Trãſfuga mũdi:q exterminas te mũdo. Cælũ:aerẽ noſtri poli. Aduerſoſq;.i. Parthos:q aſpiciũt polũ antarcticũ. Aliena:quæ noua dicunt̃. SVLPITIVS

Vidicet:aut Craſſum.ſic fat⁹ murmure ſenſit
Conſiliũ damnaſſe uiros:quos Lentulus oẽs
Virtutis ſtimulis:& nobilitate dolendi
Præceſſit:dignaſq; tulit modo cõſule uoces:
Siccine Theſſalicæ mentem fregere ruinæ?
Vna dies mundi damnauit fata? ſecundum
Emathiã lis tanta datur?iacet omne cruenti
Vulneris auxilium?ſolos tibi Magne reliq̃t
Parthoꝝ fortuna pedes?quid trãſfuga mũdi
Terrarum totos tractus:cælumq; peroſus:
Aduerſoſq; polos:alienaq; ſidera quæris?
Chaldæos culture Deos:& barbara ſacra
Parthorũ famulus?qd cauſæ obtẽdit̃ armis?
Libertatis amor?miſerum qd decipis orbem:
Si ſeruire potes?te quem Romana regentẽ
Horruit auditu:quem captos ducere reges
Vidit ab hircanis:Indoq; a littore ſiluis:
Deiectum fatis humilẽ:fractumq; uidebit:
Extolletq; animos latium ueſanus in orbem:
Se ſimul:& Romã Põpeio ſupplice menſus.
Nil animis:fatiſq; tuis effabere dignum.
Exiget ignorans latiæ commertia linguæ:
Vt lachrymis ſe Magne roges.patiur ne pu-
Hoc uuln⁹:clades ut pthia uidicet añ (doris

Culturæ:relictis Diis patriis ueneraturæ:& ſeruitu-te Parthis. Quid cauſæ:acris p ſimplicem complexionem interrogatio:cur pugnamus inq̃t:niſi amore libertatis:ſed tu uis ſeruire. Romana:res Romanas. Horruit:Parthus. Reges par. Tigrãnocerõtã, & Ariſtobolũ Iudæoꝝ reges:quos duxit in triũphũ.

Hircanis:Armeniis. Videbit:ut uideat. Extollet:decebit extollat:& appetat Romanorum imperium:cõſiderans uires ſuas:& a Romanis te auxilia ſupplicantem. Nil animis:nil loqui poteris ſecundum magnanimitatem, dignitatemq; tuã. Exiget:requiret. Cõmertia linguæ:ſermonem latinum.

Patimur:pati debemus:ut Parthi ante ulciſcantur cædem Romanorum,q̃ ipſa Roma.

¶ Sic fatus murmure ſenſit:ut hæc locutus eſt Põ. nemo ſucclamauit:non.n.conſiliũ placuit.nã clamare ſolebant:perorantis cõprobantes ſententiam: ſed Põ.ex murmure ſenſit:nõ placere conſiliũ. Quos oẽs Len.ſed Lentulus oẽs anteiuit:dolore enim perculſus:colloquiũ tenere nõ potuit:qa conſiliũ illud a uirtute alienum uidebat̃. Nobilitate dolẽdi: qa generoſitate animi dolebat hãc Põpeii ignauiã. Modo:pauloante cõſule. Siccine Theſſalię:hęc oratio eſt cõtra id quod Põ.ſuadere uolebar.eſt aũt in deliberatiuo genere poſita in iuridiciali cõſtitutione. Et primo beneuolẽtiã captat a perſona aduerſarii:hoc eſt Põ.cũ adducit intẽtionẽ ipſius oſtendẽs ignauiã: q qui antea de Ægypto triũphauerit:idẽ regibus ſe ſubiiciat. Siccine:pro ſic ne.eſt autẽ epẽtheſis:adeo ne animus tuus uictus eſt. Vnde dies.ſ.cladis tuæ. OMNIBON.

Dãnauit fata.i.fortunã ĩperii Romani. Secundũ Emathiã lis tãta datur:eſt locutio iuris.l.bellũ ciuile ſic decidit̃:ut ille ſuperior ſit:qui in Emathia uicit:nã litẽ dare ſecundũ hos aut illos:eſt decidere litem ſecundum uoluntatem eoꝝ. Litẽ dare quid Iacet omne cruenti:ſenſus eſt:Adeo ne uulnus eſt illatũ tã magnum:ut nullo auxilio poſſit ſubleuari. Solos tibi Magne:nunqd in toto terraꝝ orbe eſt:q auxiliũ pſtare poſſit præter Phraartẽ:ad cuius genua te pſtraueris. Aduerſos polos:ideſt Antarcticũ:relicto arctico.nã rõ hemiſperii facit hoc:ut ſidera:quæ ſunt in antarctico:a nobis uideri nõ poſſint. Et barbara ſacra:& Diis Romanis omiſſis ĩcipias colere Deos barbaroꝝ. Quid cauſæ obtẽdit̃ armis?a ſenatu beneuolentiã captauit:nũc ad cõfirmationẽ cauſæ uenit:iſtabilẽ ãt oſtẽdit Põ. Vitium cõtra perſeuerantiã:quæ eſt in re bene cõſiderata:ſtabilis:& perpetua pmãſio:nõ.n.pſiſtit in ratiõe bene tuẽdæ libertatis:cauſa cuius bellũ ciuile ſuſceptũ eſt:ergo a perſeuerãtia arguit:quæ eſt pars fortitudinis:partis honeſti. Quid cauſæ:pro quæ honeſta cauſa eſt:quã bello poſſis obtendere & demõſtrare: primo cauſam honeſtã habebas:nũc ſi nõ ſolũ Cæſari paratus ſis ſeruire:ſed etiã externis regibus:hæc cã tollit̃. Armis.i.cauſæ belli. Libertatis amor:ĩterrogat:deinde rñdet.i.ptextu libertatis potes dicere te bellũ gerere. Te quem Romana regentẽ:oſtẽdit eũ abiecti animi eſſe:quod eſt cõtra magnificentiã:quæ eſt magnaꝝ:& excelſaꝝ reꝝ cognitio:atq; admiſtratio.uel certe cõtra dignitatẽ:quæ ẽ honeſta & cultu:& honore uerecundiæ digna auctoritas:quæ eſt in eo honeſti genere:in quo utilitas quoq; adiũgit̃: priſtinus honor fuerat:ut apud reges in maxima ueneratiõe fuerit Põpeius:qoibus regna donauerit.nunc uero contra dignitatẽ ſuã fore arguit q his ſupplicare paratus ſit:de quibus triũphauerit:aut quos certe in regnũ reſtituerit. Te.i.imperatorẽ Romanorũ. Horruit:dum perſequeris mithridatem. Captos reges: Tigrãnocerõtã & Ariſtobolũ Iudæoꝝ reges in triũphum duxiſti. Hircanis:Ideſt ex Hircania:quæ eſt pars Armeniæ. Hircania,auctore Strabone,ualde opulenta:& multa:& magna ex parte planicies præclaris urbibus adornata. Extollet animos:arrogantior fiet. Se ſimul & Romã mẽſus:nã q te ſupplicẽ uidebit:imperium ſuum imperio Romano cõparabit. Exiget ignorãs:cũ loq uolueris ad illũ:tum dicet: Non intelligo linguam Romanam:& uolet:ut lachrymes:ut ſi non ex uerbis tuis:ſaltẽ ex lachrymis qd uelis intelligat. Patimur ne pudoris: ad hoc in eo perſiſtit:q dignũ eſt Romanis:q uidelicet Parthi prius uendicẽt iniurias Italiæ:q̃ nos iniurias nr̃as ab ipſo rege illatas.turpe hoc eſt;qa prius iniurias nr̃as ulciſci debemus:q̃ Parthi ulciſcant̃ romãos cõtra Cæ.

SVLPITIVS ¶ Ciuilibus armis:admonet eum officii Tu inquit electus es ad gerenda bella ciuilia:non ad exteros excitã dos in ciues. Quid uulnera:arguit imprudentiæ: ꝗ quæ cælanda ſunt:indicet: & hoſtes excitet. Solatia mali: pem & fructũ belli:qui eſt:nõ ut ſeruiat regibus externis:ſed pareat magiſtratibus ſuis. Nullos admittere reges:ut non admittat. Ducentem:te. In Romana mœnia:oppugnãda:uel euertenda. Ab Euphrate:a Parthis. Qui ſolus:ſolus Phraartes:qui nobis hoc in bello non fauit:cum eſſet incerta uictoria:nunc fauebit & in uictorem inſurget. Fato cælante fauorem:erat.n.exitus belli incertus. Opes uictoris:potentiam Cæſaris. Tecum:qui uectus es. Genti: Parthicæ ꝗ orientalis eſt:& mollis. Omnis in arctois:locus, quo diſſoluit laudes:quas Põ.Parthis aſcripſerat: & argumentaťa cælo:& ſolo natali cuius qualitati hominũ natura:& mores reſpondent:ut docet Victruuius li.vi.Ideoq; Arctoos fortes:Orientales molles: & Parthos ĩbelles:fugaces:effœminatoſq; eſſe Lentulus mõſtrat. Tractus:regiões. Labitur:uergit: exporrigitur. Emollit:eneruat:effœminat. Laxas: ueſtes:quę ſunt argumenta mollitiei. Laxas:latas. Fluxa:longa. Parthus:Parthum fuga per plana tãtum nõ uiribus ualere dicit. Sarmaticos:Scythicos. Tumebit:montuoſa erit. Per te.noctu.

Heſperias:ꝗ Roma ſuas? ciuilibus armis
Elegit te nempe ducem.quid uulnera noſtra
In ſcythicos ſpgis populos:cladeſq; latẽtes?
Quid Parthos tranſire doces? ſolatia tanti
Perdit Roma mali:nullos admittere reges:
Sed ciui ſeruire ſuo.iuuat ire per orbem
Ducentem ſeuas Romana in mœnia gẽtes?
Signaq; ab Euphrate cũ Craſſis capta ſequẽ
Qui ſolus regum faro cælante fauorem (tẽ?
Defuit Emathiæ:nunc tantas ille laceſſet
Auditi uictoris opes? aut iungere fata
Tecũ Magne uolet? nõ hæc fiducia genti eſt.
Omnis in arctois populus quicũq; pruinis
Naſcitur:indomitus bellis:& mortis amator.
Quicquid ad eoos tractus:mundiq; teporẽ
Labitur:emollit gentes clementia cæli.
Illic & laxas ueſtes:& fluxa uirorum
Velamenta uides.Parthus per medica rura
Sarmaticos inter campos:effuſaq; plano
Tigridis arua ſolo nulli ſuperabilis hoſti eſt
Libertate fugæ:ſed non ubi terra tumebit
Aſpera conſcendet mõtis iuga:nec p opacas

OMNIBON. ¶ Ciuilibus armis:contra leges, argumentũ eſt a iuſtitia:ꝗ diuidiť ĩ ius naturale:ius cõſuetudĩs: & ius lege:pacto pari & iudicio:argumẽtũ ẽ iure lege:qa lex erat:ut q ad aliquod bellũ electus eſſet:nullum aliud gerere poſſet:prius ꝗ illud pficeret. Elegit te ducẽ: nõ aũt ut alios duces tẽtares. Quid uulnera noſtra: ignominiam oſtẽdit: arguit cõtra gloriã:quæ eſt frequẽs de aliquo fama cũ laude:nã ſi clades Romanorũ uulgauerit ĩ Parthia:magna erit populi Romani ignominia:ut melius oſtẽdat in Europa pmanere:ꝗ in Aſiam tranſire. Parthos trãſire doces:qa cũ ĩtellexerint diſſenſionem ĩter Romanos:capta occaſione:ipſi in Italiã uenient:& ĩperiũ Roma. de medio tollent. Solatia tollis:hanc cõſolationẽ tollis:quæ unica eſt nobis:ut ſi ſeruiendũ eſt:magna cõſolatio eſt:ut ſeruiamus potius ciuibus noſtris:ꝗ barbaris. Ciui.ſ.Cæſari. Iuuat ire per orbem:oſtendit periculũ:qď eſt cõtra tuã partẽ:quæ incolumitas diciť:ea eſt ſalus tuta:atq; ĩtegra cõſeruatio. Signaq;.ſ. Romanat quæ capta ſunt a Parthis cũ Craſſis. Qui ſolus:arguit a maiori ad minus:quod eſt ex adiunctis negocii:ſi nos Parthi ĩ felicitate ſequi noluerunt:multo minus in aduerſis ſequẽtur. Defuit:quia noluit intereſſe bello ciuili. Cælãte fauorem:ideſt cum adhuc in dubio uictoria eſſet. Omnis in arctois:nũc Pom.rationes cõfutata natione primum conuertens dicta Pom.in ſuam utilitatem:nam quod Pom.dixerat de regiõe Parthorum quod eſſet ſeparata quodammodo a noſtro orbe:ubi liberos ſemper habitare Parthos dixerat:nec regi cuiquam ſeruire:immo regnandi cupiditatem habuiſſe:ita conuertit Lentulus:ut oſtendat eos:quia ibi nati ſunt:& nutriti:enerues eſſe:& effœminatos:quemadmodũ etiã Cicero dicit:quo qualitate aeris ex aſtrologorum ſententia ita eſſe naturam hominis.dicit enim Athenienſes ingenioſiores eſſe:Thebanos uero pingues: & ualentes.ratio eſt:Athenis aer tenuiſſimus eſt:ideo acutiores ſunt homines.Thebis uero craſſior:ideo pingues:& ualentes ſunt:ſed in oriente aer clementior eſt:ideo etiam homines ſunt molliores:& propterea effœminatiores. Omnis arctois:arguit a natione:quæ eſt una pars ex attributis perſonæ:& per contrariũ quicunq; naſcitur in ſeptentrione: quæ regio frigidiſſima eſt,& aſpera:fortiſſimus,& bellicoſus eſt.e contra uero:q naſcitur in oriente:quæ regio mollior habetur:& clementior:eneruatior eſt:& mollior. Iã arctois:in ſeptẽtriõe. Eoos tractus:longitudinem orientis. Emollit:molliores facit. Illic:in oriente,& arguit a uictu imbelles eſſe orientis populos. Laxas,fluxa:ſinus habent amplos:ut longum firma uerrat humum.ſic & Virgi.Et tunicæ manichas;& habent redimicula mitræ. Parthus per medica rura:arguit ab affectione.eſt autẽ affectio:quæ ex tempore:& bellorum adminiſtratione:& ſtudio hominum commutatur. Parthus per medica rura Sarmathicos inter cãpos:hoc uerũ eſt:ſed mutatur hoc ex adminiſtratione:in ea regiõe lata:ut equitare poſſint:uictores ſunt:nam fugiendo inſequentes uulnerant:at uero in Italia:quæ montuoſa eſt:& multas anguſtias habet:non ita:neq; licebit ſpatiari:& ita mutata regione:ſtudium eorum nihil proderit. Sarmaticos campos:ideſt Aſſyrios:ſed eſt epitheton longe repetitum.Sarmatæ populi ſcythiæ ſunt:unde Parthi originem habuere. Effuſa:porrecta:ſicut omnium planicies iacet. Libertate fugæ:libertate uagãdi:lateq; ſpatiandi. Sed non ubi:ecce mutato tempore. Tumebit terra:ideſt ubi ſunt mõtes. Nec p opacas:nec in Italia:ſicut mos eſt:ſciunt gerere bella tempore noctis:quippe qui cum niſi ſagittis utantur:uidere non poſſunt:quo eas dirigant. Opacas tenebras:ideſt per noctem:ſicut nos gerimus:nam tempore noctis Pompeius Mithrydatis exercitum fugauit.

¶ Incerto

℄ Incerto:certum locum ferienti. Vorticis uioléti:ideſt uorticoſum & rapacis conuolutionis. Nec tota:nec uulneratus in pugna perſeuerabit:nec æſtum:& puluerem patietur. Exiget Solem:ideſt ducet diem. Aries: trabs ferrata. Machina:cōpoſitio ex materia,&tormentū:græce dicitur μηχανή. Foſſas implere:quod fit faſcibus:cratibus:terra:trabibus. Murus erit:erit pro muro:qui illæſum te præſtet. Pugna leuis:eſt ipſis Parthis. Fugax:non ſtatarium prælium. Illita dolis:ſparſa doloſo ueneno. Virtus:fortitudo. Pati Martem comminus:conſerere manus & ſtricto enſe pugnare. Longe tendere neruos:procul ſagittas emittere. Permittere uentis:caſu quodā non recte inferre. Habet uires:uim infert. Viro℞:fortium:& quæ ex fortibus conſtet. Medos:Parthos. Remeare:fugere. Manus:fortitudinis. Viros:fortes & humanos:& a dolis,& crudelitate uituperat. Tentare pudendū Auxilium tanti eſt:tanti facis inquit ad Parthos confugere cum dedecore:ut mala incides:& perfidiam non perſpicias.primum eris exul:& in aliena terra uix humatus:Corneliamq; turpi ſeruituti ſubiicies. Incūbat tibi:premat cadauer tuum. Inuidioſa:inuidia plena:cum Craſſus inſepultus fuerit:feris & alitibus præda. Sed tua ſors melius:melius tecum agetur q̃ cum Cornelia eſtq; locus ab inſtātibus malis. Quoniā mors:Salluſtius ait:Mortē erūnarū requiē:nō cruciatū eſſe. Eā cūcta mortaliū mala diſſoluere:ultra neq; curę:neq; gaudio locū eſſe. Non letū:ſed dedecus.

SVLPITIVS

Bella geret tenebras incerto debilis arcu:
Nec franget nādo uiolenti uorticis amnem:
Nec tota in pugna pfuſus ſanguine mēbra:
Exiget æſtiuum calido ſub puluere Solem.
Non aries illis:non ulla eſt machina belli:
Aut foſſas implere ualent: Parthoq; ſequēte
Murus erit:quodcūq; poteſt obſtare ſagittæ.
Pugna leuis:bellūq; fugax:turmęq; uagātes:
Et melior ceſſiſſe loco:q̃ pellere miles.
Illita tela dolis:nec Martē cōminus unquam
Auſa pati uirtus:ſed longe tendere neruos.
Et quo ferre uelint pmittere uulnera uentis.
Enſis habet uires:& gens quæcūq; uiro℞ eſt:
Bella gerit gladiis:nam Medos prælia prima
Exarmāt:uacuæq; iubent remeare pharetrę.
Nulla manus illis fiducia:tota ueneni eſt.
Credis Magne uiros:quos in diſcrimina belli
Cū ferro ueniſſe parum eſt?tentare pudendū
Auxilium tanti eſt:toto diuiſus ut orbe
A terra moriare tua?tibi barbara tellus
Incumbat:te parua tegant:ac uilia buſta?
Inuidioſa tamē Craſſo quærente ſepulchrū.
Sed tua ſors melior:qm̃ mors ultia pœna ē:
Non metuenda uiris:at non Cornelia letum
Infando ſub rege timet.num barbara nobis
Eſt ignota Venus?quæ ritu cæca ferarum
Polluit innumeris leges:& fœdera tædæ
Cōiugibus:thalamiq; patēt ſecreta nefandi.

Venus:laſciuia. Cęca:inconſiderata:promiſcua:inceſta. Innumeris:plurimis.tot.n. reges accipiunt quot libet:alii quot poſſunt alere. Secreta thalami patent:in publico coeunt. Nefandi:ſcelerati.

℄ Incerto:erranti. Non franget nādo:ſi opus erit trāſire flumina:non erit peritus natādo uortices fluuio℞:q multi ſunt i Italia. Eſt āt uortex gurges aquæ a uertendo dictus. Nec tota in pugna:nec in pugna pati poterit æſtū caloris:quia aſſuetus eſt molliori aeri. Nō aries:alia mutatio belli quia non oppugnare conſueuere oppida:nec habent inſtrumenta quibus id fieri ſolet. Machina nulla:ut pote:qui nūquā oppida oppugnauerūt. Parthoq; ſequente:& cū Parthus ſequetur milites noſtros:quicquid poterit tenere impetū ſagittarū:erit tanq̃ murus. Clypeus etiā nō aliter defendet:q̃ murus:non.n.cōminus gladiis pugnant. Pugna leuis:ideſt leuis armatura. Turmæ uagātes:quia fugientes huc:& illuc perſequētes uulnerant. Ceſſiſſe:fugiſſe. Quā pellere:ideſt q̃ pſeq.

OMNIBON. Vortex quid

Illita tela dolis nunc arguit a conſilio:quia dixerat Pōpe.illis uiribus addere conſilium:tunc cū ueneno munirēt ſagittas:hoc ipſo inquit:q; ſagittas ueneno polluunt:oſtendūt ſuam ignauiam:qa tota fiducia ipſorū eſt fugiēdo:nec eſt quiſquā:q audeat cōminus certare. Et quo ferre uelint:ſed ictus ē icertus:nā uētus aliqñ alio:ſum ſagittas uoluit:q̃ illi uoluerit. Enſis habet uires:a contrario arguit:qui fortius eſt cōminus pugnat.a contrario ſenſu:qui eminus debilis:& eneruis. Credis Magne uiros:tu credis illos eſſe fortiores:q; habent fiduciā ſuam in ueneno magis q̃ in armis:& hoc ipſo oſtendunt ignauiā ſuam:quia ſi fortes eſſent:nō in ueneno:ſed in armis fiduciam ponerent. Diſcrimina:certamina. Parum eſt:niſi adhibuerint uenenū. Tentare pudendum eſt:nunc confutat quod Pō.dixerat:ēt ſi perfidi eſſent Parthi:eo meliori cōditiōe eſſe:quia moreretur pcul ab Italia:& ideo Cæ.nihil i illū crudeliter agere poſſet:refellit hoc ab idignitate dicēs:hoc eſſe indignū Pō.ut pcul mori uelit ab Italia:q̃q̃ mors poterit eſſe ſolamē miſeriæ.ſed Cornelia nō mortē timebit:nam cū formoſa ſit:barbari uero libidinis ipatientes:quid de hac ſperare poſſumus:quādo nec a ſororibus ſuis ſe contineant. Pudendū eſt:nunquid ubi uidetur:ut tentes auxilium in remotiſſimis partibus:hac ratione:ut tantum procul ab Italia moriaris q.d.hoc indignum eſt.

Incumbat:ſuperimponatur corpori tuo. Te parua tegant:contra dignitatem tuā. Inuidioſa tamen:quamuis uile conſequeris ſepulchrum:non tamen ſine inuidia conſequeris:quia ſine ſepulchro iacet Craſſus. Sed tua ſors:hoc quidē indignū erit:& ætate:& priſtinis moribus tuis. Non metuēda uiris:nā qui fortes ſunt:nō metuunt mortē. Nam barbara nobis:dixit Corneliæ maius aliquid metuēdū eſſe:q̃ mortē:cū ab indignitate probaret non eſſe fidei barbaro℞ ſe cōmittendū:qđ autem hoc ſit metuendum:probat a natura barbaro℞:qui ſunt libidinis impatientes. Cæca:inconſiderata:nimia libidinis cupiditate. Ritu ferarum:more belluarum in promiſcuos concubitus ruit. Tędæ:ideſt coniugii:a parte totum intelligit. Coniugibus:quia barbari tot uxores habent:quot alere poſſunt. Thalamiq; patent:in propatulo coeunt.

Inter mille nurus epulis ueſana:meroq;
Regia:non ullis exceptos legibus audet
Cōcubitus:tot fœmineis cōplexibus unum
Non laxat nox una marem:iacuere ſorores
In fratrū thalamis:ſacrataq; pignora matrū.
Dānat apud gentes ſceleris non ſpōte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas.
Parthoꝝ dominus quoties ſic ſanguie miſto
Naſcitur Arſacides:cui fas implere parentē:
Quid reat eē nefas? ꝓles tam clara Metelli
Stabit Barbarico coniux milleſima lecto?
Quamquā nō ulli plus regia Magne uacabit
Sæuitia ſtimulāte Venus:titulisq; uirorum.
Nā quo plura iuuent Parthū portenta:fuiſſe
Hanc ſciet & Craſſi:ceu pridem debita fatis
Aſſyriis:trahitur cladis captiua uetuſtæ.
Hæreat eoæ uulnus miſerabile ſortis:
Non ſolum auxilium funeſto a rege petiſſe:
Sed geſſiſſe prius:bellum ciuile pudebit.
Nā qđ apud populos crimē:ſoceriq;:tuumq;:
Maius erit? q̄ quod uobis miſcentibus arma
Craſſorum uindicta perit:incurrere cuncti
Debuerāt in Bactra duces:& nequa uacarēt
Arma:uel arctoum Dacis: Rheniq; cateruis
Imperii nudare latus:dum perfida Suſis

SVLPITIVS ℂ Nurus:nuptas. Epulis ueſana,meroq; Regia.i.reges ſaturi & ebrii legibus uetitos coitus appetunt. Exceptos:notatos. Marē:qui tā fortis eſt ad libidinē:ut una nocte cū plurimis coeat indefeſſus. Secreta pignora: & filii,q iure naturæ debēt eſſe iuiolati:thalamos matrū iceſtāt. Dānat:exclamatio:q̄ illos Oedipode ſcelestiores eē coarguit. Is.n.caſu & pignorātiā cū Iocaſta matre cōcubuit:hi ſpōte. Oedipodiōias:q bus Oedipus ē dominatus. Quoties:ſæpe.o.accidit ut rex ſic naſcat. Cui fas ipellere:ille cui cū matre coire licet:q d ſcelus ꝑtabit. Proles Metelli:Cornelia Scipiōis Metelli filia. Milleſima:ultima inter mille:quāq̄ ſit ea rex frequēter uſus:ut crudeliter iſultet ei:& honori tuo: & Craſſi. Venus regia uacabit:rex libidinoſus erit i tētus. Sæuioā:ut crudeliter agat in mœſtā. Portēta:mōſtroſæ libidines:& turpes cauſæ. Fatis:uictoriæ. Trahit captiua:ducit ut præda Craſſianæ calamitatis. Hæreat:ſi memineris Craſſianæ cladis inqt non mō te pudebit a Parthis auxiliū petiuiſſe:ſed aū Craſſi ultionē pugnaſſe in ciues. Maius:dānabilius. Vindicta pit:ulciſci nō poſſum⁹. Duces Romani. In Bactra:in Parthos.ſunt.o.ad Oxū amnē. Ne qua uacarēt Arma:ne ulli ab hoc bello ceſſarēt a Dacis,Germaniſq; reuocādi eēnt exercitus. Nudare:uacuare militib⁹. Suſis:Suſis, quæ & Suſa dicūtur,a Dario Hiſtapis filio condita fuerūt i Perſide:abſuntq; a Seleucia Babyloniæ quadringentis quinquaginta millibus paſſuum:ut Plinius ait.

OMNIBON. ℂ Inter mille nur.nullæ leges naturales ſeruant apđ Barbaros:cū lex naturalis;ut ab his abſtineam⁹:quæ nobis ſanguine cōiūctæ ſunt. Regia ueſana.i.rex uēſanus: Epulis,meroq;:quæ ſunt icitamēta libidinis. Nox una nō l.m adeo expleti ſunt:ut q̄uis iaceāt inter mulieres:tn̄ nō ſatiari nō poſſint. Iacuere ſo.probat nullas eſſe leges:nā ſorores i mr̄imonio iūgebāt. Dānat apud gētes:p exemplū exornat:& arguit a

Oepidi fabula minori ad maius:Oedipus cū mr̄e Iocaſta neſcius cōcubuit:exiſtimabat.n.eē regis uxorē.& illam ſibi merito deberi exiſtimabat:q Spingē uicerat:& uictā occiderat.& quāuis ignarus cōcubuerit:tamē apud oēs in fabulis deteſtabilis hr̄.quāto magis deteſtādi ſunt reges Parthoꝝ:qui nō ignari:ſed ſponte ſua tantum ſcelus admittūt. Apud gēt.apud oēs natiōes. Non ſponte:ſed ignarus cū Iocaſta mr̄e cōcubuit:ex q̄ nati ſūt Etheocles:& Polinices. Infelix fa.i.fabula infelicis Oepidi. Oedipodiōias Thebas:quaꝝ rex fuit Oedipus. Sic:eo mō. Cui fas iplere parentē:non erubeſcit grauidā facere mr̄ēm. Proles tā clara:ex quo ſequit q Cornelia uxor tua erit & ipſa in numero cōcubinaꝝ regis. Metelli:nā mr̄ Corneliæ Metelli filia fuit:& illā Scipio duxit. Milleſima:ultima:uel una de mille.Quāq̄ dixit milleſima imo fortaſſe ipſa frequētius cū barbaro iacebit:nā ſæuitia libidinis creſcet barbaro hoc ipſo.q nobilē uiderit:& q eā Craſſi uxorē itelliget fuiſſe:q̄ſi ſibi debitā a fatis. Vacabit:operam dabit. Titulis uiroꝝ.i.nobilitate maioꝝ:a qbus Cornelia originē ducebat. Hāc ſciet & Craſſi:præterea cognoſcet nuptā fuiſſe Craſſo:ut plura mōſtruoſa adulteria tētet:q̄ſi duplex cōmittat adulteriū:q Craſſi,& Pō.uxor fuerit. Ceu debita fatis:tanq̄ ſibi fato obligata eſſet:eo q Craſſum occiderit. Hæreat eoæ uulnus:arguit a uēdicatiōe.nō modo eſt cōfugiendū ad regē Parthoꝝ:ut arma cōtra Cæ.moueat:imo bellū illi iferendū eſt: & eſt ſenſus:Si inqt fixum eſſet pectoribus:& alta mente repoſtum uulnus occiſi Craſſi:puderet nos:nō mō petere auxiliū:ſed bella ciuilia prius cœpiſſe q̄ ulciſci:qa tu o Pōpei:& Cæſar debueratis ꝑus ulciſci iniuriā ueſtrā a Parthis latāq̄ ciuile bellū gerere. Hæreat:ideſt ſi hæreat:hoc eſt ſi fixū ſit. Eoæ ſortis:fortunæ orientalis. Petiſſe:ſicut nūc petere uis. Prius.ſ.q̄ Parthicū bellū. Nā quod apud populos:magnū nefas ē bellū ciuile gerere:ſed ex oī bello nullū tibi crimē mai⁹ obiiciet:q̄ q manes Craſſi iultos reliqris. Vidicta.ſ.Craſſi:nā bellū ciuile cā fuit:cur romani nō miſerit exercitū cōtra Parthos. In Bactra:ciuitas Oxū amnē uerſus:teſte Solino:qa ex Indiæ mōtibus defertur:& i Caſpium mare immittit:& ,auctore Strabone,irrigat Hyrcaniā. Baſtra Aſiæ ciuitas etiā Zariaſpa nominatur. Et nequa uacarent:& ut uires omnes imperii inuaderent hos barbaros debebamus ſeptentrionē omnē aduerſus eos ducere:& eam partē imperii noſtri deſtitutā relinq̄re. Nequa ua arma ideſt ne ullæ uires imperii noſtri immunes eſſent ab hac militia. Arctoū:ſeptentrionē. Dacis cateruis:Daci (ut inquit Strabo) appellant:qui Germaniā uerſus & ad Iſtri fontes uergūt:qui olim Dani uocati ſūt:ex quo apud Athenienſes Danoꝝ:& Getarū noīa ſeruilia plurimū abūdabant. Suſis:Suſa, inquit Solino oppidū nobiliſſimū i Perſide iuxta Parthos:in quo templū Suſæ Dianæ eſt.Suſa (ut refert Strabo)a Tithono condita dicunt, Mēnonis pr̄e.Suſii & Caſſii ſunt appellati:nam Aeſchylus Mēnonis matrem Caſſiam nocat.

ℂ Ducam:

¶Ducum:Craſſi, & reliquorũ. Aſſyriæ paci finẽ.i.principium belli Parthici:ut ulciſcamur cladẽ illatã. Peractum: finitũ. Qui uicit:Cæſar. De qua Cæſareis: q̃ uinci: & triũphari a Cæſare,quẽ odi, lætarer. Non tibi:ab imagine mouet affectus & potius aliud:quod eſt moleſtius faciẽdũ ſuader:poſtea honeſtũ:tutũ : & utile cõſiliũ apit. Araxẽ:Armẽiæ fluuiũ. Senis:Craſſi Nudæ umbrę:iſepulti cadaueris. Mõumẽta:ſigna te ſubmouentia. Quæ mœnia trunci:circa quæ mœnia duces Romani trunco capite capti fuerint:uel quas urbes ipſorum capita circuiuerint. Nomina tanta:tantos uiros. Detulit in terras:abſorpſit ſecum, & extulit: nam Tigris pluries longo tractu abſorbetur a terra: & inde emergit. Ire p iſta:tam crudelibus ſupplicare. SVLPITIVS

In tumulos ꝓlapſa ducũ:Babylonq; iaceret.
Aſſyriæ paci finem fortuna precamur:
Et ſi Theſſaliæ bellum ciuile peractum eſt:
Ad Parthos:q uicit eat.gens unica mũdi eſt:
De qua Cæſareis poſſim gaudere triumphis.
Num tibi cum primũ gelidũ trãſibis Araxẽ:
Vmbra ſenis mœſti ſcythicis confixa ſagittis
Ingerat has uoces? tu quẽ poſt funera noſtra
Vltorem cinerũ nudę ſperauimus umbræ:
Ad fœdus:pacemq; uenis? tũ plurima cladis
Occurrẽt monumẽta tibi:quæ mœnia trũci:
Luſtrarunt ceruice duces:ubi nomina tanta
Obruit Euphrates:& noſtra cadauera Tigris
Detulit in terras:ac reddidit:ire per iſta
Si potes:i media ſocer ꝗ quoq; Magne ſedẽtẽ
Theſſalia placare potes.quin reſpicis orbem
Romanũ:ſi regna times proiecta ſub auſtro:
Infidũq; Iubã? petimus Pharõ:aruaq; Lagi.
Syrtibus hic libycis tuta ẽ Aegyptus: at Ide
Gurgite ſeptẽo rapidus mare ſubmouet ãnis:
Terra ſuis contenta bonis nõ indiga mercis:
Aut Iouis in ſolo tãta eſt fiducia Nilo. (gne:
Sceptra puer Ptolemæus hẽt tibi debita Ma

In media Theſſalia:in loco tibi grauiſſimo. Quin reſpicis:cur nõ ad amicos Romani populi te conuertis. Regna:Libyam. Petimus: petere poſſumus. Pharõ inſulam in Aegypto. Aruaq; Lagi: regnum Ptolemæi. Syrtibus:natura ſua munitã Aegyptũ eẽ & puero Ptolemæo fidendum concludit. Hinc:ab occidente:qua flectitor ſinus ſyrtis maioris: & arenoſum littus:cum mare libycum ſit ei a ſeptentrione. Inde:ab oriente. Amnis gurgite ſepteno Nilus ſeptem hoſtiis in mare Aegyptium t & Syriacum effluens. Suis:quæ ibi ſponte proueniunt. Mercis: importatiõibus aliarum rerum. Iouis:pluuiarum:quoniã a Nilo inundat. Sceptra puer:diſſoluit illud Põpeii: Aetas niliaci nobis ſuſpecta tyrãni. Debita:qa tu eius patri donaſti. Cõmiſſa ex teſtamẽto patris.

¶In tumulos ducũ:ut eẽnt quædã quaſi ſepulchra. OMNIBON.

Aſſyriæ paci finẽ:uos precamur o Pompei & Cæſar,qui iperium adminiſtratis:ne diutius uelitis Parthos i pace ſecuros uiuere:ſed operã detis:ut pœnas dẽt cædis Craſſi. Et ſi Theſſaliæ: & ſi bellũ ciuile peractum eſt pugna theſſalica oramus: ut Cæſar ducat exercitum aduerſus Parthos:nã de ſola Parthoꝝ gẽte Cæſarẽ libẽter uiderẽ triumphũ ducere. Peractũ eſt.i.ſi uicti nõ poſſumus reparare bellũ. Num tibi cũ primũ:concluſio orationis Lentuli per cõqueſtionẽ ſumitur loco:qui ꝑ ꝓſopopœiã dicitur:cũ oratio ad res mortuas: & animi expertes refert.Inducit enim umbras Craſſi de Põ.conqueri:ſi forte animũ ĩduxerit:ut auxiliũ ex rege Parthorũ petat. Araxẽ:flu.Armeniæ:qui ĩ prima parte ſui tam lẽte labitur: ut quã in partẽ fluat:nõ facile dignoſcas:qui poſtea in duos alueos diuiſus:altero Perſepolim urbem præterlabitur.

Mœſti ſe.Craſſi. Tu quem poſt:inducit cõquerẽtẽ Craſſi umbrã de Pompeio ſumitur autẽ locus:per quem oſtenditur ab eo fieri: a quo minime oportuit.& ab eo fieri:a quo,ſi ab alio fieret:uindicari deberet. Tu:o Põpei. Poſt funera:poſt cædes noſtras. Nudæ:inſepultæ. Ad fœdus:non autẽ ad ulciſcendã iniuriam noſtrã. Tunc plurima cladis:alius locus conqueſtionis:per quẽ res indignas:turpes:humiles:illiberales: & indignæ referunt priſtina ætate:genere:honore:beneficiis:hæc omnia geſta fuiſſe a Parthis oſtendit:tunc cum deletus eſt a Parthis Craſſus cum exercitu. Occurrẽt:cõtra dignitatẽ nõ Craſſi ſolũ:ſed exercitus. Luſtrarũt c.d.nã abſciſſis capitibus circuibãt mœnia urbis Parthi:cũ ea telis fixiſſent.& poteris hãc ĩdignitatẽ animo tuo conſiderare: & petere auxiliũ ab his qui hæc fecere:quaſi dicat:facere nõ debes. Trunci:pro truncati. Vbi Euphrates obruit t.n.nã Euphrates per Parthiã labitur: & per eũ locũ:qui Meſopotamia dicitur. Detulit,ac reddidit:inundatiõe aquaꝝ. Ire p iſta Si po.ſi potes aĩum tuũ ad hãc ĩdignitatẽ remittere:potes potius a Cęſare humiliter ueniã petere: & nõ tantũ itineris tibi peragẽdũ erit. Placare potes:nec tibi ueniã denegabit.

Quin reſpicis orbẽ:cõfutauit ſententiã Pompeii de petendo a Parthoꝝ rege auxilio.nũc ãt ipſe ſuã ſniam ꝓnũciat:quæ eſt:ut ſe in Aegyptũ ꝓferat. Orbem Romanũ.ideſt orbẽ imperio Romano ſubiectũ Regna ꝓiecta ſub auſtro:ideſt Libyã. Infidum Iubã ꝙ gens illa naturaliter infida eſt. Lagi:regis Aegyptioꝝ:qui primus Alexãdriæ regnauit:q̃ eſt Metropolis Aegypti. Syrtibus hinc libycis:arguit a tuto: & ab utili confirmat. Tutũ eſt ut in Aegyptũ te cõferas:nã regio illa circũdata eſt a Nilo. Vtile:quia fœcũdiſſima eſt & cõmeatũ ꝑ ſe abunde ꝑſtabit. Hinc:a meridie:nam contigua eſt mari libyco. At inde:ſcilicet a ſeptentriõe. Gurgite ſepteno:quia ſeptem hoſtiis in mare defluit Nilus. Terra bonis:nunc ab utili probat. Non indiga mercis: nõ opus eſt ut aduenticiis utatur mercibus. Aut Iouis:ideſt pluuiæ.Nilus enim quotãnis regionem inundat.

Sceptra puer:nunc confutat Pompeii argumenta:ꝙ uidelicet non eſſet fidendũ puero regi: & ab eodẽ loco arguit ita ut dicta Pompeii in ſuum commodum cõuertat.Tu dicis non eſſe fidendũ puero regi:at uero ego, quia puer eſt,maiorem fidem adhibendã eſſe cẽſeo:nõ eni rex eſt:ſed umbram tantummodo regis habet: nam reges,qui diu regnare ſoliti ſunt:raro ſunt fideles:quia diuturnitate regni didicere perfidiam:ſed nunc ille innocẽs eſt: & puer: & neſcit uti fallaciis.argumẽtũ ab ætate.præterea tutela eius a pr̃e ſuo tibi cõmẽdata ẽ

SVLPITIVS ¶ Horreat umbram nominis:timeat imaginem quandam pueri regis:nam uerus,expreſſuſq; rex dici non poteſt. Innocua:nocere neſcia. Nec iura:antiquus rex:iniuſtus:infidus:irreligioſus:& impudens eſt. Aulæ: regis. Mitiſſima ſors:optima conditio eſt in regibus nouitas:& noui reges benigniſſimi ſunt ingenii. Impulit huc:in Aegyptium:ut iretur,perſuaſit. Quantũ ſpes:magna profecto eſt loquendi libertas in rebus extremis:& quaſi ſpe deſtitutis:liberius eni & quaſi inſolenter locutus eſt Lentulus in Pompeium. Solum:orã.

Cypro:i Cyprũ. Citatas:pcipites. Diua:Venus. Vndę Paphię:maris Cyprii:in quo nata eſt ex pudẽdis Cæli patris. Naſci:cum æterni ſinti & naſci non ſit credendum. Cœpiſſe: initium, & originem habuiſſe.nam quæ initium habẽt:finem habere,& omnia orta occidere neceſſe eſt. Hæc ubi deſeruit:Põpeius cum Cypri cognouiſſet arcem eſſe captam ſui excludendi cauſa & de aduentu Cæſaris fama crebeſceret:depoſito Syriæ adeundæ cõſilio:pecunia ſocietatis ſublata:& a quibuſdam priuatis ſumpta:& æris magno pondere ad militarem uſum in naues impoſito:duobuſq; millibus hominum armatis Peluſiũ peruenit:ut ait Cæſar:a Cypro enim ad Nili hoſtium recta nauigatione in auſtrum ſunt quadringenta millia paſſuum. Inde maris:inde ex tranſuerſo curſum direxit in Caſium montem:qui,ut inquit Strabo,eſt cumulatus in modum promontorii aquarum inops.In eo Magni Pompeii corpus iacet:& Iouis Caſii templum. Nocturno lumine:cum obſeruaret nocturnum lumen Phari:noluit ire in Caſium:ſed in Peluſiacum hoſtium. Pugnaci:intenti contra uentum. Pars maxima:eſt enim alueorum maximus. Diuidui:qui in ſeptem alueos finditur. Tempus erat:æquinoctiũ autumnale deſcribit:quod Sol ſub Libra decurrens efficit. Examinat:trutinat. Nõ plus una die:quæ reddat unũ ſolũ diem parẽ nocti:quo præterito:dies imminuuntur,creſcuntq; noctes.

Rependit reddit compenſat.

Tutelæ cõmiſſa tuæ.quis nominis umbram
Horreat?innocua eſt ætas:nec iura:fidemq;
Reſpectũq; Deum ueteris ſperaueris aulæ:
Nil pudet aſſuetos ſceptris:mitiſſima ſors eſt
Regnorũ ſub rege nouo.non plura locutus
Impulit huc aíos.quantũ ſpes ultima rerum
Libertatis habet:uicta eſt ſententia Magni.
Tunc Cilicũ liquere ſolum:Cyproq; citatas
Immiſere rates:nullas cui prætulit aras
Vndę Diua memor Paphiæ.ſi numina naſci
Credimus:aut quẽquã fas eſt cœpiſſe deorũ.
Hæc ubi deſeruit Pompeius littora:totos
Emẽſus Cypri ſcopulos:qbus exit in auſtrũ:
Inde maris uaſti tranſuerſo uertitur æſtu:
Nec tenuit Caſiũ nocturno lumine mõtem:
Infimaq; Aegypti pugnaci littora uelo
Vix tetigit:qua diuidui pars maxima Nili
In uada decurrit Peluſia ſeptimus amnis.
Tẽpus erat quo Libra pares examinat horas
Non una plus æqua die:noctiq; rependit

OMNIBON ¶ Tutelæ commiſſa:nam cum pater Ptolemæi moriens condidiſſet teſtamentũ:puerum & regnum fidei Põ cõmendauit. Innocua eſt ætas:quia ille dixerat:Ardua quippe fides robuſtos exigit annos:nõ eſt ita inquit:nam reges diu in regno uerſati callidi:& aſtuti:nunquam fidem ſeruare didicerunt. Iura,fidemq;:endiadis eſt. Veteris aulæ:ideſt ſenioris regis. Mitiſſima ſors:cum primũ rex regnare cœperit:ſolet eſſe liberalior:& benignior. Impulit aíos:perſuaſit animis:ut ſe reciperet huc Põpeius. Quantum ſpes ultima rerũ in extremis rebus plus licentiæ:& libertatis homines ſumunt ut quicquid uelint:dicere audeant.nam ſi Pompeius in priſtina felicitate fuiſſet:nõ tantum libertatis habuiſſet in dicendo Lentulus, & cæteri omnes.nunc uero quia periculum inſtare uidetur:auſus eſt Lentulus diſſentire:& cæteri potius Lentuli ſentẽtiã ſecuti ſunt.

Spes ultima:quia ad extremũ redacti erãt. Tunc Cilicum:in hanc ſniam Lentuli Põpeius ſe ad nauigationẽ præparauit:ut Aegyptum peteret. Citatas:ueloces. Cypro:Cyprũ uerſus. Nullas cui prætulit:dicit hãc Cyprũ præ cæteris cariſſimã eſſe Veneri. Vndæ Diua memor Paphiæ:ex qua nata erat nã ex ſpuma genitaliũ Saturni originẽ dicũt habere Venerẽ:unde αφροδιτη ab αφρος ſpuma deriuatur.dicitur etiã Cypria Venus. Si numina naſci Credimus:ideſt ſi credendũ eſt. Cœpiſſe:ideſt numina principiũ habuiſſe.nam ſi Deus eſt:æternus ẽ.ſi æternus eſt αναρχος:ideſt ſine pricipio. Hæc ubi deſeruit:Cilicũ mare a Cilicia,cuius i cõſpectu eſt,denominatũ:cõtra ſe habet inſulam Cyprum a meridie:quod nũc mare Pompeium nauigaſſe deſcribit. Hæc littora:ideſt Cilicia. Totos ſcopulos.iſulam Cyprum ſcopuloſam. Exit in auſtrum:in eã partem:quę uergit in meridie. Inde maris uaſti:nec nauigat in portum:ſed ex tranſuerſo mari curſum dirigens declinauit in Caſium montem. Montem:Pharon ſignificat inſulam:turrim magna altitudine:mirificis operibus extructam:montis inſtar:quæ nomẽ ab inſula accepit:haud procul ab Alexandria:hæc flammarũ indicio a longe inſpicitur:eius lucis uſus eſt ad prodẽda noctis uada:tutumq; portus introitum. Pugnaci uelo:quia uentos habebat aduerſos:quaſi præſagi eſſent uenti eius,quod futurum erat. Septimus amnis:ſeptimus ramus.nam ſeptem hoſtiis in mare deſcendit:quorum unum Peluſiacum appellatur. Tempus erat:deſcribit tempus:quo Pompeius Aegypto appropinquauit:deinde locũ:ubi forte Rex Ptolemæus erat qui ad Pompeii aduentum tumultuarium cõcilium habuit:in quo duæ diuerſæ ſententiæ habitæ ſunt Altera erat Achorei ſenioris:ut pro amicitia:& antiquo fœdere:quod patri eius cum Pompeio erat:benigne ſuſciperetur:altera uero Photini pernitioſa in Pompeium. Quo Libra pares:æquinoctium inquit erat:cum Pompeius appropinquauit Aegypto.Libra die.xv.Septembris oritur:& in ea Sol intrat circa meridiem:quo die tantũ lucis & noctis æqualitas eſt:nam cõtinuo noctes ſenſim augent:idq; perexiguum adeo:ut ſentiri uix poſſit. Examinat:penſat.& alluſit ad nomen:quaſi Libra:quod ſignum eſt æqua luce dies,ac noctes pẽſet. Non una plus:nam uno die ſolum æqualitas eſt lucis ac noctis. Rependit.recompenſat.

¶ Solatia:

❡Solatia:leuamen eius diminutionis in uere. Comperit:Pompeius. Teneri: erat enim illic cum exercitu in Cleoparram ſororem:quam communem hęredem regno conabať eiicere. Flectit:a Peluſio. Nec Phœbus,nec carbaſa languent:nondum Sol occiderat:& uenti ſpirabant. Speculator:cuſtos: explorator. Compleuerat.aduentu hoſpitis uulgauerat Pomp.aduentare. Plutarchus,& Appianus dicunt Pomp.nuntium præmiſiſſe ad regem orãdum & eum in anchoris expectaſſe iuxta regionem. Monſtra Pellęæ domus inhoneſti conſiliarii Ptolemæi Alexandrini. Fractus annis.debili ſenectute. Creſcentis in arua : irrigantis campos. SVLPITIVS

Lux minor hybernæ uerni ſolatia damni.
Comperit ut regem Caſio ſe monte tenere:
Flectit iter : nec Phœbus adhuc : nec carbaſa languent.
Iam rapido ſpeculator eques p littora curſu
Hoſpitis aduentu pauidam cõpleuerat aulã.
Conſilii uix tempus erãt:tamen oĩa monſtra
Pellęæ coiere domus:quos inter Achoreus
Iam placidus ſenio:fractiſq; modeſtior annis:
Hunc genuit cuſtos Nili creſcentis in arua
Memphis uana ſacris:illo cultore Deorum
Luſtra ſuæ Phœbes non unus uixerat Apis:
Cõſilii uox prima fuit : meritumq; : fidemq; :
Sacraq; defuncti iactauit pignora patris.
Sed melior ſuadere malis : & noſſe tyrannos
Auſus Pompeium leto damnaſſe Photinus.

Memphis cuſtos:ideſt inſula. Nili regia Ægyptiorum. Vana ſacris:quia bouem:canem:felem & diuerſa animalia.monſtraq; colunt. Illo cultore:cum ille ſacerdos eſſet:& eũ grãdẽ natu indicat:quia plurimorum Apiũ uiderat mortem. Non unus Apis uixerat luſtra plurimus bos eorum:quos colit Ægyptius perierat : bouem enim per Apim intelligit. Eum ut Plini.ait,non eſt fas certos uitæ excedere annos:merſumque in ſacerdotum fonte enecant quæſituri luctu:& alium,quem ſubſtituant,& donec inuenerint mœrent deraſis etiam capitibus:nec tamen unquam diu quæritur. Suæ Phœbes:hoc dixit propter albam notam : quam in dextro latere inſtar bicornis Lunæ habent ingenitam. Vox prima fuit: primus ſententiam dixit. Iactauit,meritumq;,fidemq;:in uanum commemorauit officia:& fidem Pompeii & fœdera: quæ Ptolemæus Auletes cum ipſo percuſſerat:hic ob flagitia ab Alexãdrinis eiectus cũ Rom.ueniſſet precatum:ut in regnum reſtitueretur: Pompeii præcipue fauore tandem reductus eſt per Gabinium:cum non magna militũ manu: qui apud regem remanſerũt:quos inter fuit Septimius:qui Põpe.obtruncauit. Melior:aptior:potentior ad ſuadẽda mala. Malis:in malis. Tyrannos:tyrannorum uoluntatem. Photinus:Eunuchus regis:& eius pecunię cuſtos: qui Pompeium interimendum in uictoris Cæſaris beneficium perſuaſit. Plutarchus ait Theodotum rhetorem neutrum ſatis tutum fore demonſtraſſe:ſi enim ſuſcepiſſent:ſe Cæſarem hoſtem habituros.Po.q; dominum aiebat:ſi repuliſſent cum Pompeio eiectionis crimen ſubituros:Cæſa.cauſam perſecutionis debere. Optimum itaq; uirum accitum occidere:beneficium hinc Cæſari collaturos.

❡Aeterni damni:uer incipit.xvi.Martii:quo die Sol intrat Arietem:& hunc diem ſolum nox adæquat:nã ſtatim decreſcit:cuius diminutionis exiguitas uix percipitur:ergo ſicut autumno creſcunt noctes : ita uere decreſcunt:& ita quod damnum uer intulerat noctibus decreſcentibus:reparat deinde autumnus creſcentibus. OMNI BON.

Cõperit ut regem:non uenerat ad Caſium montem:ſed ubi comperit regem ibi eſſe flexit iter.forte accidit: ut his diebus ſororem regno expulerit per amicos,& propinquos:& caſtra apud Caſium habebat contra ſororem.Caſius mons eſt in Aſſyria:Peluſio Ægypti conterminus:haud longe a loco:qui Oſtracine dicitur nobilis ſepulchro Pomp. Nec Phœbus:quia adhuc dies erat. Carbaſa languent:qa uentus flabat. Iam rapido ſpeculator eques : iam inquit equites:qui ſpeculatum miſſi fuerant(audiuerant enim de clade Pompe.)nunciabant regi aduentare Pom. Pauidam:ambiguam:quid conſilii caperet. Vix tempus conſilii:quia ſubitus erat Pom.aduentus. Omnia monſtra:monſtra appellat uitioſos regis conſiliarios:quia,ut ferme fieri ſolet, miniſtri regum ſunt flagitioſi:nam,ut regi aſſententur,quæcunq; illi ætate placeant,ſolent excogitare:quæ autem aduleſcenti placeant:manifeſtum eſt. Pellææ:Alexandriæ. Hunc genuit:dicit hunc originem habuiſſe a Memphi urbe Ægypti. Cuſtos Nili creſcentis:quia Memphis fuit,auctore Plinio,arx regum Ægypti:id cuſtodi Nili appellatur:aut quia ibi Apis conſeruabatur:quo naſcente:ſemper Nilus creſcebat:& ſi forte non naſceretur:malo omine habebatur:quaſi iratus eſſet Deus:nã inter cætera:quæ Ægyptus habet digna memoratu:bouem præcipue mirantur:quem Apim uocant:hunc inſtar colunt numinis inſignẽ albæ notæ macula: quæ dextro eius lateri ingenita corniculantis Lunæ refert faciem: ſtatutum æui ſpatium eſt : quod,ut affuit (adeſt autem e Nilo ſingulis luſtris)profundo ſacri fontis immerſus necatur:ne diem trahat longius q̃ licebit : mox alter: nec ſine publico luctu requiritur: quem repertum centum antiſtites Memphin proſequuntur: ut incipiat ibi ſacris initiatus:ſacer fieri.Solinus.Hunc igitur Achoreum dicit ſacra ſæpius hæc celebraſſe:propter quod grandæuum illum ſignificat. Vna:quia Apim bouem illum magna pompa ſequebantur ex Nilo naſcentem:& inſtar numinis colebant. Cultore Deorũ:ſcilicet Achoreo operãte in ſacris Apis. Suę Phœbes:ideſt ſuæ Lunæ:quam in dextro armo geſtabat. Non unus:quia ſæpe celebrauerat. Prima uox cõſilii: & hic primus ſententiam dixit. Sacraq; defuncti:ideſt ſacra hoſpitii,& amicitiæ iura:quæ Ptolemæo ſeniori cum Pom.fuerunt:nam Ptolemæus Auletes,ſicut in epiſtolis legitur,& apud Valerium,orta ſeditione pulſus eſt ab Alexandrinis: ille confugit Ro.qua in re præcipue adiutus eſt a Pom.Gabinius : qui poſtea eum reſtituit:e ſenatuſconſulto Põ.militũ partẽ regi in Ægypto reliq̃t:& inter cæteros P.Septimiũ:qui ſub Põ.militauerat:a quo cũ Photino:& Achilla Põ.occiſus eſt. Sed me.ſua.quia malus malo facilius ſuadet:q̃ bonus. Noſſe tyrannos:quia pro libidine uiuere uolunt:neceſſe ergo eſt:ut qui grati tyrãnis eſſe uolũt:aſſententur.

SVLPITIVS. ¶ Ius & fas: ſuaſio ab utili: honeſtate neglecta: qua docet regibus cōuenire crudelitatem: & Pom. Ptolemęū ob beneficia in patrem nihil debere: eumq; adeo eſſe miſerum: ut reſarciri non poſſit: & cum miſeris non ſuſcipiendam, nec tenendam amicitiam eſſe docet. Ius & fas: iuris: & liciti obſeruatio. incipitq; a ſentētia graui: & tragica. Dat pœnas: punitur. Cum ſuſtinet fortuna premit: cū tuetur miſeros. Fatis accede, Deiſq; foue, quos Dei, & fata. Sic utile recto: rectum, & utile ſic natura coniuncta ſunt: ut ſeparari non poſſint: ut ſtoici uolunt, qui uero uerbis: & intellectu ea ſeparauerunt: magnam, ut Ci. ait, pernitiem hominibus induxerunt. Sceptrorum uis tota: potentia inquit regia extinguetur: ſi iuſtitiā ſeruare: & ſequi uoluerit. Euertitq; arces: tollit loca munita: ne alius ſit potētior alio & omnia facit æqualia. Libertas ſcelerū eſt: licentia peccandi: & ſęuiēdi in alios defendit: & ſeruat reges. Sublatuſq; modus gladiis hoc eſt delictis. Facere omnia ſęue: crudelitatem impune exercere non licet: niſi ipſam exercendo audaces terrueris. Exeat aula: deponat regnū. Virtus & ſumma poteſtas Non coeunt: non conueniunt. quod quis iuſtus: & rex eſſe uelit: fieri nequit. Pudebūt: pudore afficient. Terētius: Nō iſtic te pudent. Non impune: in odiū Pō. adducens regem irritat: q; per contemptum Pōp. in Ægyptum acceſſerit: ut qui inde repelli nō poſſet. Neu te ſceptris: uel ne Pō. regno te priuet: ſiue te a ſorore priuari: ſin tibi moleſtū eſt regnum trade illi: nobiſq; defendendū. Pignora propiora: propinqui, ut ſoror beneuolentior ipſo. Piget: triſtaris. Damnatæ: eiectę a te. Fuerat Magni: paruerat Pō. Victoris: Cæ. & ſic erimus toto bello liberi. Cū q̄ gente cadat: quos ſecū ī miſeriā trahat. Rapit᷑: agitat᷑: ut furens. Ora ſenatus: conſpectum eoꝝ: quos in diſcrimē adduxit.

Ius: & fas multos faciunt Ptolemæe nocētes:
Dat pœnas laudata fides: cū ſuſtinet inquit:
Quos fortuna premit: fatis accede: Deiſq;:
Et cole felices: miſeros fuge: ſidera terra:
Vt diſtant: & flamma mari: ſic utile recto:
Sceptrorum uis tota perit: ſi pendere iuſta
Incipit: euertitq; arces reſpectus honeſti.
Libertas ſcelerū eſt: quæ regna inuiſa tuetur:
Sublatuſq; modus gladiis: facere omnia ſæue
Non impune licet: niſi cum facis: exeat aula
Qui uult eſſe pius: uirtus: & ſumma poteſtas
Nō coeunt: ſemp̱ metuet: quē ſæua pudebūt.
Nō īpune tuos Magnus cōtempſerit annos:
Qui te nec uictos arcere a littore noſtro
Poſſe putat: neu te ſceptris priuauerit hoſpes
Pignora ſunt ꝓpiora tibi: Nilonq;: Pharōq;:
Si regnare piget: damnatæ redde ſorori.
Aegyptum certe latiis tueamur ab armis:
Quicqd nō fuerat Magni: dū bella geruntur:
Nec uictoris erit: toto iam pulſus ab orbe:
Poſtq̄ nulla manet rerum fiducia: quærit
Cū qua gente cadat. rapitur ciuilibus armis:
Nec ſoceri tātū arma: fugit: fugit ora ſenatus:

OMNIBON. ¶ Ius & fas multos: nō utit᷑ ꝓœmio: & a tuto incipit argumētū: & ab utili: dicēs multū differt īter honeſtū: & utile. Ius & fas faciūt nocētes: i. ſeruare ius humanū & diuinū facit hoīes nocētes: a ꝓcedēte qđ ſeq᷑: ſi nocens eſt: pœnā meret᷑: ergo faciūt nocētes. i. faciunt pœnā pati tanquā nocētes. ſi Ptolemæus ſecūdū ius & fas ſuſcepiſſet Pō. pependiſſet pœnas a Cæ. nihilominus: q̄ ſi nocens eſſet. Laudata fides: quam oēs laudant. Fatis accede. i. acquieſce uoluntatibus Deoꝝ. fata ſunt aduerſa Pō. propitia uero Cæ. ergo ſequere fata. Cole: obſerua. Sceptroꝝ: tyrannoꝝ. Vis tota perit: ſi reges inquit iuſtū ſeruare uoluerint regna cito amittent: ſed non ita eſt: nā diuerſa eſt tyrannoꝝ uita a regibus: tyranni enim magis metui uolunt: q̄ amari. Pendere: ponderare: æſtimare. Reſpectus honeſti: ſi uis tueri regnū tuum: fac ut tibi cuiuſcunq; ſceleris licentiam retineas: & occidendi: & in exiliū mittendi. Libertas ſceleꝝ: quādo aliquis contra uolūtatem ciuium regnat: inuiſum eſt regnū: & non niſi per uim defendi poteſt. Sublatuſq; modus gladiis: ut ſine modeſtia gladii exercitātur. Facere omnia ſæue Non impune licet: niſi ut facis: ideſt ſi intermiſeris facere turpia tunc tibi licentia auferetur: ſed ſi continue perſeueras facere: tunc licet. Coeunt: conueniunt. Non impune tuos: quando cauſa turpis eſt inſinuatione uti debemus: & nō opus eſt prooemio: oſtendit qđ utile ſit: nūc autem deſcendit ad proprietates prooemii: & probauit a tuto propoſitionē ſuam: nūc autem adducit in odium hoc modo: nā conſidēter Pō. hoc facere dicit: quia tuā contēnit pueritiā: facito ut nō impune ſciat ætatē tuā cōtemnēdam. Qui te nec uictos: exiſtimat te nec tantum uirū habere: ut uictos etiā a tuo regno prohibere poſſis. Neu te ſceptris p. h. niſi inqt regnū tuū tradetes Pō. ut hoſpes priuet te regno. Pignora ſunt: ꝓbat a minori ad maius: ſi noluiſti cedere ſorori: nec debes cedere Pō. nā ex teſtamēto patris ſuccedere debet puella: nā apud reges primogenitus: ſiue mas: ſiue fœmina fuerat ſuccedebat in regnum: q; ſi animum inducere potes: ut regno cedas: quid nō cedis ſorori: ut bellum finiamus. Propiora: habes neceſſitudine tibi magis cōiūctos, q̄ Pomp. Quicquid nō fuerat: arguit a minori ad maius: ſi noluiſti ſequi Pompe. in felicitate: nec nunc ſequi debes: immo nec Cæ. uictorem. Dum bella ge. nōdum uictoria ad alterum eorum inclinata. Nec uictoris: quia noſtrū nō requiret regnū: quaſi ulciſci uelit iniuriā: q; ſecuti fuerimus Pō. Toto iam pulſus ab orbe: arguit ab ea parte tuti: quæ incolumitas dicit᷑: nā tuti duas eſſe partes dicimus incolumitate. ſ. & potētia. Eſt aūt īcolumitas ſalutis tuta & ītegra cōſeruatio: & locus eſt ab attributis perſonæ: uidelicet ab eo attributo: qđ dicitur factum: ubi conſiderat᷑ qd fecerit: qd faciat: qd facturus ſit: qd fecit Pom. fecit: ut oēs: q eū ſecuti ſunt perierint. ergo qui eū ſequent᷑: omnes peribunt: nō eſt inquit tutū ſequi Pō. quē oēs oderūt: quia tantoꝝ malorum cauſa fuit: quorū & nos: ſi eū ſequemur: participes erimus. Cū qua gente cadat: ſicut cū his ante deletus eſt: q eum ſecuti fuerant. Rapit᷑ ciuilibus armis: deeſt ab. i. fugit cōſpectū ſuorū: quorum maior pars ciuili bello periit. Ora ſenatus: fugit propter pudorē: nā ipſe cauſa fuerat malorū: quaſi ducis imperitia milites periiſſent.

¶ Deſeruit: fugiens. Merſit: obruit. Theſſaliæq; reus: ob cladem Theſſalicã accuſatus: & pulſus. Iuſtior in Magnum: iuſtius nos de eo: q̃ alii: conqueri poſſumus. Quid ſepoſitam: apoſtrophe ad Magnum. Sepoſitam: ſemotam. Crimine bellorum: ciuilium culpa. Conferres fata: transferres cladẽ ſimilem: & ubi tu punieris: itaq; hoc peccato in regiam maieſtatem commiſſo iuſta morte es dignu. Quod nobis: cõfutatio obiicendæ ingratitudinis. certe inquit ob regnum a te acceptum fuimus animo grati, nam Deos in tua uota orauimus; hanc autem facilem uim: quam inferimus: nõ ut Põ. de nobis benemerito: ſed ut uicto inferimus: SV PI TIVS

Cui⁹ Theſſalicas ſaturat ps magna uolucres:
Et metuit gentes: quas uno ĩ ſanguine miſtas
Deſeruit: regeſq; timet: quoꝝ omnia merſit:
Theſſaliæq; reus nulla tellure receptus:
Sollicitat noſtrum: quem nõdũ ꝑdidit: orbẽ.
Iuſtior in Magnũ nobis Ptolemæe querelæ
Cauſa data eſt: qd ſepoſitam: ſempq; quietam
Crimine belloꝝ maculas Pharon: aruaq; nr̃a
Victori ſuſpecta facis? cur ſola cadenti
Hæc placuit tellus: in quam Pharſalica fata
Cõferres: pœnaſq; tuas? iam crimẽ habemus
Purgandũ gladio: qd' nobis ſceptra ſenatus
Te ſuadente dedit: uotis tua fouimus arma:
Hoc ferrũ: quod fata iubẽt: proferre parauis
Nõ tibi: ſed uicto: feriam tua uiſcera Magne:
Malueram ſoceri. rapimur quo cũcta feruntur.
Te ne mihi dubitas an ſit uiolare neceſſe?
Cum liceat? quæ te noſtri fiducia regni?
Huc agit infelix? populũ non cernis inermẽ?

intuliſſemus profecto audius Cæ. ſed rerum curſum contra te ſequimur. Proferre: exercere. Tene mihi: antipophora. diceret Pompe. qui te cogit me interimere: reſpondetur: neceſſe eſſe: quia licet, & fieri poteſt. Quæ te noſtri fiducia: reprehenſio: imprudentia. Inermem: imbellem: & mollem.

¶ Metuit gentes: quia ipſe auctor fuit: ut bello ciuili ꝑderentur: ideo metuit eos: qui ſuperſunt. Regeſq; .ſ. orientis qui eum ſecuti fuerant. Theſſaliæ reus: q; imperitia Pom. dicerent cladem illam accepiſſe. OMNI BON.

Nulla tellure: nõ habet: quo cõfugiat: ſola relinquitur Ægyptus: quo recipiat: ut ſi eum ſecuti fuerimus: ſicuti cęteri: & nos pereamus. Iuſtior in Magnũ: nihil igitur eſt: q; Pom. de nobis queratur: ſi illum occiderimus: nam iuſtius de illo nos cõqueri poterimus: quia ad nos peruenit: ut nos uictori faciat inuiſos.

Quid: oſtendit iuſtam ſe cauſam habere conquerẽdi de Pom. Sepoſitam: ſeparatam bello ciuil.: quia nec hunc: nec illum ſecuta fuerat. Conferres: tranſferres. nam conferre proprie transferre ſignificat: ut Ad hæc potiſſimum ſtudia contuliſſemus; ideſt tranſtuliſſemus. Pharſalica fata: ideſt pœnas omnes q̃s meruerunt: qui tecum in Pharſalia aduerſus Cæ. pugnauerunt in nos transferẽs: nã ſi te recipiemus parata ſunt nobis a uictore ſupplicia. Que: expoſitiue: pro ideſt. Iã crimen habemus; nã etiã ſi te non ſuſceperimus tamen ab ipſo q; ad nos confugeris: non ſine crimine erimus: niſi te occidemus. Pugnandum gladio .i. quã culpã nõ poſſumus, niſi cæde tua, fugare. Quod nobis ſceptra ſenatus: tunc poſtquã rationes ſuas confirmauit: refellit obiectiones: quæ fieri poſſent: obiici poterat uitiũ ingratitudinis: q; uidelicet Põp. auctor fuerit; nec auctor ſolũ: ſed auxiliator Ptolemæi ut in regnũ reſtitueretur: ergo ſefellit. nec eſt inquit: q; nos ingratos appelles o Pom. nam ſi nobis fauiſti; tunc cũ reſtitutus eſt pater in regnũ: & nos non deſtitimus rogare Deos: ut tibi uictoriam præſtarent: ſed Diis aliter uiſum eſt: quo neceſſitas nos trahit: eo ſequi uolumus. Ptolemæus Auletes (ut oſtendit a Strabone) pater Cleopatræ eiectus regno ab Alexãdrinis: quia flagitioſus erat; & coraulã in regia celebrabat: profectus Ro. a Pom. ſuſceptus eſt: ac ſenatui commendatus: egitq; de reductione eius: ac de nece legatorum qui ſupra centum contra regem uenerãt: e quibus fuit Dion Academicus princeps legationis. Ptolemæus itaq; a Gabinio reductus Archelaũ: quẽ regẽ ſibi Alexandrini aſciuerant, interemit: ac filiã. ſed non multo poſt morbo aſſumptus eſt: relictis duobus filiis: & totidem filiabus: quarum grandior erat Cleopatra: Alexandrini & puerũ natu grandiorẽ, & Cleopatrã regno prefecerunt: ſed pueri familiares: mota ſeditione: Cleopatrã eiecerunt: quę poſtea in Syria cũ ſorore receſſit. Interea Magnus ex Phalepharſolo fugiẽs in Caſium mõtẽ: ac Peluſiũ uenit: ibiq; a regiis familiaribus dolo obtruncatus eſt. Cæ. cũ aduectaſſet adoleſcentulũ interemit: & Cleopatram ab exilio reuocatã: Ægypti reginã cõſtituit: atq; ei in regni partẽ reliquũ fratrem addidit admodũ iuuenem. Votis: Deos rogãdo: ut uictor eſſes. Hoc ferrũ: qd' nũc nudat' in cædẽ tuã parauerã: non ad te interficiendũ: ſed Cæ. Proferre: nudare cõtra te. Fata: non uoluntas noſtra. Nõ tibi, ſed uicto: ac ſi dicat: niſi uictus eſſes: hoc non facerẽ. Rapimur quo cuncta: argumẽtũ eſt a neceſſario: neceſſitas duplex eſt in arte rhetorica: una ſimplex & abſoluta: cui reſiſti nullo modo poteſt. alia cum adiectiõe: ſimplex neceſſitas eſt: ut moriendũ eſt homini aliquãdo: at uero homini requieſcendũ eſt aliquando. eſt cũ adiectione: niſi malit laſſitudine confici: ita hoc loco: neceſſe eſt occidere Põ. niſi nos perire maluerimus. hæc eſt neceſſitas cũ adiectione. Ne .i. dubitas an ſit neceſſe uiolare te: cũ liceat. magna differentia eſt inter licere & decere: nã oĩa: q̃ licent: decent. ſed non e contra: ideo dicit. Cũ liceat .i. nobis poteſtas: & facilitas ſit occidẽdi te. q. d. nõ debes dubitare: an deceat: q̃a oẽs ſuã icolumitatẽ anteponũt alioꝝ utilitati: ſed illud oñdit: q; ſi te ſuſcepimus: nec te qdẽ tueri poterimus: & nos ĩ piculũ ſalutis cõiic̃emur. Quæ te fid. no. ab impoſſibili arguit hoc mõ: nõ poſſumus defendere Põ. nã uires nr̃æ exiguæ ſunt: q̃ uictori reſiſtere nõ poſſunt: ſed ſi tandẽ ſuſcepimus periculũ oẽ in nos cõferemus: ergo qũ nulla utilitas ſecutura eſt: ſi ſuſceperimus Pom. immo nos in piculũ uẽturi ſimus: ſatius eſt illũ occidere. Quæ te fiducia noſtri: o infelix Pom. nõne uides uires noſtras nõ ſufficere: & opes: q̃ te poſſint in hoc caſu defendere. Populũ inermẽ: argumẽtũ eſt a genere: & attributis pſonę. genus aũt diuidit' in patriã. & nationẽ: ut Gręcus ẽ: ergo ſupbus. Pœnus ẽ: ergo pfidus. Ægyptius: ergo mollis: & imbellis: nõ tutũ eſt ergo cõſilium eius: qui alterius auxilio indigeret: ad gentẽ mollem: & eneruẽ confugeret.

Cõferre

Licet & Decet quid differant

Aruaq; uix refugo fodientem mollia Nilo?
Metiri ſua regna decet:uireſq; fateri.
Tu Ptolemęe potes Magni fulcire ruinam:
Sub q̄ Roma iacet? buſtū: cinereſq; mouere
Theſſalicos audes? bellum in regna uocare?
Ante aciē Emathiā nullis acceſſimus armis:
Pompeii nunc caſtra placēt: q̄ deſerit orbis?
Nunc uictoris opes: & cognita fata laceſſis?
Aduerſis non deeſſe decet:ſed læta ſecutos:
Nulla fides unquam miſeros elegit amicos.
Aſſenſere omnes ſceleri:lætatur honore
Rex puer inſueto: quod iam ſibi tanta licere
Permittant famuli:ſceleri delectus Achillas.
Perfida qua tellus caſiis excurrit arenis:
Et uada teſtantur iunctas Aegyptia Syrtes:
Exiguam ſociis monſtri:gladiiſq; carinam
Inſtruit:o ſupi Nilus ne:& barbara Mēphis:
Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi
Hos aīos? ſic fata premunt ciuilia mundum?
Sic Romana iacēt? ullus ne in cladibus iſtis
Eſt loc⁹ Aegypto? Phariuſq; admittit̄ enſis?
Hanc certe ſeruate fidem ciuilia bella:
Cognatas pręſtate manus:externaq; monſtra

SVLPITIVS ¶Mollia Nilo refugo: quæ inundata Nilus decreſcens reliquit mollia. Metiri ſua regna:menſurare ſu ā potentiam. & eſt ſuaſio ab impoſſibili: & inſtanti periculo. Fulcire:ſuſtentare:& reparare. Mouere:ſuſcitare: ut repararentur. Ante aciem:argumentum a maiori cū inſultatione. Nullis acceſſimus:nec Pom.nec Cæ. nos adiunximus. Aduerſis non deeſſe:turpe eſt ueterem amicum in aduerſitate deſerere:ſed ſi particeps fueris felicitatis:ſed cum calamitoſis amicitia incunda non eſt. Nulla fides:nullus fidelis miſerum cœpit amare. Tanta:uidelicet Pom.occidere. Permittant ſuadent non uetent. Achillas:qui fuerat pædagogus eius: & nūc præerat exercitui. Tellus excurrit: Ægyptus extenditur ad radices Caſii montis. Vada:uadoſa: & non profunda loca. Socii monſtri: nam hic Septimiū olim ſub Pō. tribunum militum: & Saluium centurionē cū aſſumpſiſſet ſocios: præterea tres:aut amplius quatuor ſatellites puppem ad Pō.mouit: ut ait Plutarchus. O ſuperi:tragica exclamatio cū querela. Mollis:imbellis:effœminata. Canopi: Canopus oppidum in Ægypto: ſic appellatum a Canopo gubernatore nauis Menelai illic aſpidis ictu dfuncto: iuxta id, ut tradit Strabo, eſt foſſa cymbis plena: in quibus mulieres aſſiduæ canūt:atq; laſciuiunt. Hos animos:deeſt habent. Premūt:opprimūt. Vllus locus:ulla nocēdi occaſio. Admittitur:in Ro.cædē. Bella:uocandi caſus. Cognatas:Roma.quę Pō. conficiant. Monſtra:monſtroſos parricidas.

Canopus ubi

¶Mollia arua:uix inquit uires noſtrę ſuppetūt ad colendum agrū: & eū quidē mollē:q adeo p ſe fertilis eſt:cum inundatus fuerit Nilo:ut nullo,uel paruo admodū laborare egeat. Metiri ſua regna decet: nūc a prudentia arguit.prudētię partes tres ſunt:memoria: intelligētia: & prouidētia: ab ea uires ſuas cōſiderare oportet diligenter: & nō ſuſcipere plus negocii:q̄ ferre poſſit. Diceret.ſ.uirū prudētē. Fateri uires:qa ſi exiguæ ſint:nō dbes eas extollet: & oñdit nō eē opes Ægyptiorꝫ eiuſmodi:q̄ poſſent cladē hanc reſarcire: quā Pō.acceperat. Fulcire:ſuſtētare. Roma: ipſū Ro.qa cū eo uictus eſt Pō. Bellū:qđ antea a nobis remotū fuit:in te ipſum trāſferre auſus fueris. Ante aciē Emathiā:argumētationē excitat a maiori ad minus:uā a ſimili a maiori ad min⁹.a minori ad maius ab exēplis: a cōtrariis illā exornare conſueuerimus:ſi Pō.iqt cū ſ felicitate erat:defendi nō potuit:quomodo nūc uictus defendetur.a cōtrario:quē in pſperis rebus ſecuti non fuimus:eundē in aduerſis ſequemur. Nūc:poſtq̄ uictus eſt. Cognita fata:qa ante in dubio erat: uter eorū uictor futurus eſſet:nūc aūt manifeſtū eſt uictorē Cæ.ergo fata Cæ.manifeſta ſunt. Aduerſis non deeſſe decet:facit obiectionē:deinde reſpōdet.dicit aliquis:non decet amicis deeſſe in aduerſis:fateor inquit.

OMNIBON.

Sed læta ſecutos:ideſt illos decet in rebus aduerſis amicis non deeſſe q amicos in ſecunda fortuna ſecuti fuerunt:nos autem nō ſumus Pom.in ſecundis rebus proſecuti:ergo uitio nobis dabit̄:ſi illū ī aduerſis ſequemur.

Nulla fides unq̄:nemo unq̄ tā fidelis fuit:qui amicū in miſeria eligere īcepetit. Aſſenſere oēs ſceleri:nūc oñdit:quē affectū Achillæ habuerit oratio.dicit omnes huic ſententię aſſenſiſſe:ꝙ uidelicet tuta uidebatur. Lętatur inſueto honore:ipſe etiam,ꝙ puer eſſet,gaudebat ſibi tantum licentiæ dari:ut Pō.de medio tolleret. Famuli:ſub quorū tutela fuerat. Sceleri delectus Achillas:qui fuerat cōſilii electus eſt ēt auctor ſceleris. Perfida qua tellus:nūc dicit quomodo Achillas huic cædi ſe præparauerit: & oñdit unde nauigare cœpit Achillas cū ſociis:ut Pomp.occurreret:dicit.n.cœpiſſe ab eo loco ubi caſtra Ptolemæus iunior poſuerat aduerſus Cleopatrā ſororē regno pulſam:nā ex teſtamento patris regnabat Cleopatra: qa maior natu erat:ſed Ptolemæus puer poſtquā ad adoleſcentiā peruenit:conſilio amicorꝫ,& factione:ſororem e regno pepulit.illa aduerſus fratrem caſtra poſuerat:nam multos habebat:qui eam ſecuti fuerāt. Monſtri:ideſt mōſtruoſi ſceleris. Syrtes: nam Ægyptus ab occaſu Syrtes habet. O ſuperi:exclamat cōtra īdignitatē:ꝙ Pom.ſit a Ptolemæo iuſſus occidi. dicit enim indignum fuiſſe Ptolemæum regem: qui manus ſuas in Magni ducis cruore pollueret: uſq; adeo inquit ad imum redactæ ſunt res Ro.ut Pom.dux Ro.ab Ægyptiis ſatellitibus uiliſſimis occidat̄. Hos animos:ſcilicet habuit:ut Ægyptii audeāt hoc ſcelus ſuſcipere:ſemiplenus ſermo cōuenit afflictis. Nilus Memphis:pro Ægyptiis poſuit. Barbara:omnes enim barbaros maiores appellāt:præter Gręcos & Latinos. Pe-

Barbari qui luſiaci Cano.i.ſinus Ægypti:nā Peluſiū unus ē ex ſeptē meatibus Nili. Mollis:eneruis: & effœminata. Sic uſq; adeo. Vllis ne in cladibus:poteſt ne Ægyptus ad hoc facinus ſufficere:ac ſi.d.non eſt Ægyptus tanti: ut mereat̄ occidere Pomp. Hanc certe ſeruate fidem:in hoc iquit fidem ueſtrā requirimus o ſuperi: uelitis: ut ſi Pō.occidēdus eſt:a Ro.ſaltē occidat̄ nō a barbaro. Præſtare:ſcilicet ī hanc cædē. Cognatas.i.Ro.manus. Externaq; mō.i.mōſtruoſos: & abiectiſſimos hoīes:q mōſtri inſtar ſunt.erāt.n.Eunuchi: & molles miniſtri

¶Si meruit

Pellite.ſi meruit tam claro nomine Magnus
Cæſaris eſſe nefas:tanti Ptolemæe ruina
Nominis haud metuis:cæloq; tonãte pfanas
Inſeruiſſe manus impure:ac ſemiuir audes?
Non domitor mundi:nec ter Capitolia curru
Inuectus:regumq; potens:uindexq; ſenatus:
Victoriſq; gener:Phario ſatis eſſe tyranno
Q đ poterat:Romanus erat.qd uiſcera nr̃a
Scrutaris gladio?neſcis puer improbe:neſcis
Quo tua ſit fortuna loco:iam iure ſine ullo
Nili ſceptra tenes:cecidit ciuilibus armis:
Qui tibi regna dedit.iam uento uela negarat
Magnus:& auxilio remorũ infanda petebat
Littora:quem contra nõ longa uecta biremi
Appulerat:ſcelerata manus:Magnoq; patere
Fingens regna Phari:celſæ de puppe carinæ
In paruã iubet ire ratẽ:littuſq; malignum
Incuſat:bimareq; uadis frangentibus æſtum:
Qui uetat externas terris appellere claſſes.
Quod niſi fatorum leges:intentaq; iuſſu

℃ Si meruit:ſi dignus eſt occidi nomine Cæ. Tãti:deterret eum a metu Deũ. Cæloq; tonante:dum adhuc tonet e cælo Iuppiter:q te ulciſcetur. Impure:obſcœne. Non domitor: etiam ſi non eſſet clarus rebus geſtis Põ.non ne ſatis ab eo necando illud unũ terrere te potuit:quod erat Ro. Non domitor: nõ ſit uictor omniũ: nec qui ter triũphauerit:nec q reges fecit:nec imperator: & ultor ſenatus:Cæ.gener. Ter:uidelicet de Africa: & Hiſpania:tũ de pyratis:ultimo de Tygrãne: & Mithridate:innumeriſq; prouinciis. Quod poterat eſſe ſatis:quod te poterat deterrere. Quo tua ſit fortuna loco:hoc dicit:quia & ipſe Cæſa.iuſſu conficietur. Noſtra:Ro. Iã iure:iam mereris priuari; cũ ſis parricida. Negarat:depoſuerat:cũ eẽt terræ proximus: & remibus ibat. Appulerat ſcelerata manus; interea ſcapha cũ iã propior eſſet:p̃ æueniens Septimius fugit: Romanoq; eloquio Pom.imperatorẽ appellat Achillas; Põ.græce ſalutato ipſum admonet ad ſcaphã cõſcendere.limũ.n.eſſe quãmultũ inqt:nec profundum:qđ triremi perarenoſum ſit.ex Plutarcho. Patere:i hoſpitiũ. Littuſq; malignũ Incuſat:uada littoris damnat: & accuſat quod maiorẽ nauẽ nõ ferãt. Aeſtũ bimarẽ:limoſum feruorẽ:q fit ab Ægyptio: & Libyco mari in uadis ipſis ſe illidentibus. Externas:q̃ maiores: & grauiores ſũt. Quod niſi: ſed ſi fatale,& neceſſe nõ fuiſſet Põ. perire:oẽs poterant pditiõis pſagia animaduertere. Intẽta:imiſſa. ℃ Si mer.tã cla.ſi Põp.inqt priceps Ro.cuius nomẽ totũ orbẽ terraꝝ ipleuerat meruit occidi:nũqd tñ audaciæ habere potes o Ptolemæe:q nec plane qdẽ uir appellari debes:ut tm̃ uirũ occideres: nunquid tanti nominis fama: & claritate deterreris. Tã claro nomi.p tã clari nois.ut Pręſtãti forma puella. Cęſaris nefas:ut Cę.Põ.mortis auctor eẽt. Cælo tonante: nunqd nõ Iouẽ ipſum uereris dũ fulmina iaculat: & audes ne ſacrilegas manus tuas iferre Põ. Nõ mundi domitor:ſenſus ẽ:Fac inqt Põ.nõ fuiſſe domitorẽ mũdi:nõ uẽdicaſſe ſcelera:nõ ter triũphaſſe:nõ fuiſſe generũ Cæ.nũqd hoc ipſum te terrere potuit:q; Ro. erat:ut auderes miſcere mãus in ſanguine Ro. Domitor mũ.q totũ oriẽtẽ impio populi Ro.ſubegit. Ter capi.cur.qa de Hiſpãia ſimul cũ Africa triũphauit:occiſo Carbone,& Domitio triũphauit de pyratis: & de Mithridate. Regũ potẽs:qa Tigrannẽ regẽ Armeniæ bello ſubegit:q filiũ eius Tigrãnocerõtã añ currũ triũphãs uexit: & Ariſtobolũ Iudæorũ regẽ. Quid uiſcera nr̃a:ſed hoc quoq; te debuit ab hac cæde remouere o Ptolemæe:q; auctorẽ regni tui de medio tollis:ut occiſo Põ.ſine ullo iore regnare poſſis:nã ſi auctore Põp.pr̃ reſtitutus fuerat i regnũ:ipſo occiſo ſeqt̃:ut iniuſte regnũ Ægypti occupes. Tua ſit for.fortũa tua ſtabilita eſt in auctoritate Põ. Iã.ſ.occiſo Põ.ipſo.n.auctore ſenatus cenſuit patrẽ tuũ p Gabiniũ in regnũ eiecto Archelao reſtituẽdũ.Hic Archelaus filius fuit eius:quẽ Sylla & ſenatus i honore habuerũt: Gabinio quoq; uiro cõſulari ualde familiari:ut refert Stra. Nili.i.Ægypti. Regna dedit:q̃ſi ſine ullo iure regnare icipiat mortuo Põ. Iã uẽ.ue.nũc dicit quo pacto Põ.appropinquare cœperit Peluſio:nauigabat igt remis cũ uela dimiſiſſet Põ.ſic.n.nautæ facere ſolẽt:cũ portubus appropinqũt:ut uela dimittãt: & remis nauigãdo nauẽ ſubducãt i portũ. Infanda litto.p ifandi regis littora. Quẽ cõtra:nec a Põ.pcul erat Achillas cũ cæteris miniſtris ſceleꝝ. Nõ lõga bir.i.breui naue:q̃ duplici remorũ ordie ipellit̃.

Magno p.& Achillas primus pfat̃:ſuadẽs Põ.ut de celſa naue ſua in biremẽ trãſeat:reddẽs rationẽ q; uidelicet uadoſus ſit Peluſius ſinus:nec grauiorẽ nauẽ humilitate aquarũ ſuſtinere poſſit. Celſa de puppe:de maiori naue:q̃ uehebat̃ Põpe. Littus malignũ: & ne poſſit mirari Põ.q; ſibi obuiã parua naue nauigaſſent Ægyptii:in quã trãſire ipſum uolebãt:reddũt rõnẽ:littus illđ uadoſũ iuiſũ eẽ nautis:q; i ſicco ſæpe deſtitutæ naues naufragiũ faciũt. Malignũ:nocẽs:iuiſũ. Bimarẽ æſtũ: æſt⁹ pprie dicitur maris ipetus:bimarẽ dixit pp Ægyptii,& Arabici ſinus maris:nã Peluſiũ tẽdit i mare Arabicũ. Externas claſſes.i.naues aliũde uenięntes. Appellere.i.applicare: & pprie dicit̃:cũ aliqs ex freto ad littus acceſſerit. Vir. Hinc me digreſſum ueſtris Deus appulit oris. Qđ niſi fato.dicit niſi fata obſtitiſſent:cõites oẽs Põ.pſidiã regis itelligere: & qbus ſignis id cõiectura aſſeq potuerit ipſe declarat. Sceleris:q; iã i aio cõceperãt Ægyptii. Fatorũ leges:philoſophi ẽt uehementer iter ſe diſſẽtiũt:nũqd oĩa fato fiãt:qđ ipſis abſurdũ uidebat̃. Nã ſi oĩa fato fierẽt:oĩa fierẽt cã antecedẽte:ẽt ſi ea:q̃ hoĩes appetũt:aſſeqrẽt̃:ergo ẽt aſſenſiões nõ eẽnt:igit̃ nec laudatiões iuſtæ:neq; uituperatiões:nec honores:nec ſupplicia:qđ cũ ſit uitioſũ:ſeqt̃ nõ oĩa fato fieri. Chryſippus diſtinguit gña cauſaꝝ ut aliæ ſint pricipales,& pfectę:alię pximę: & adiuuãtes: q̃obrẽ:cũ dr̃ oĩa fato fieri cã ãtecedẽte:hoc uult iteligi cauſis ãtecedẽtib⁹ pximis,& adiuuãtibus:nõ pricipalibus,& pfectis:qđ aũt dicunt̃ aſſenſiões fieri cauſis antecedẽtibus explicat ſimilitudine cylindri:nec turbine ſui.nã quemadmodũ q pcuſſit Cylindrũ:dedit ei principiũ motionis:uolubilitatẽ aũt nõ dedit:ita uiſum obiectũ iprimit: & deſignat ſuã ſpeciẽ in aĩo:ſed noſtra aſſenſio eſt in noſtra poteſtate:eaq; ut cylindrus extrinſecus pulſa;qđ reliquũ eſt ſua per ſe ui: & natura mouet̃. Intenta:ineuitabilis.

SVLPITIVS

OMNI BONI

Æſtus quid

Ordinis æterni miſeræ uicinia mortis:
Damnatū leto traherēt ad littora Magnum:
Non ulli comitū ſceleris præſagia deerant:
Q uippe fides ſi pura foret: ſi regia Magno
Sceptrorum auctori uera pietate pateret:
Venturū tota Pharium cum claſſe tyrannū:
Sed ceſſit fatis:claſſemq; relinquere iuſſus
Obſequitur:letūq; iuuat præferre timori.
Ibat in hoſtilem præceps Cornelia puppim:
Hoc magis impatiens egreſſo deeſſe marito:
Q ꝺ metuit clades.remane temeraria cōiux:
Et tu nate precor:longeq; e littore caſus
Expectate meos:ſed in hac ceruice tyranni
Explorate fidem:dixit:ſed ſurda uetanti
Tendebat geminas amens Cornelia palmas.
Q uo ſine me crudelis abis? iterū ne relinquor
Theſſalicis ſubmota malis? nūq̃ omine læto
Diſtrahimur miſeri:poteras nō flecter puppim:
Cū fugeres alio:latebriſq; reliq̃re Leſbi:
Omnibus a terris ſi nos arcere parabas.
An tm̄ i fluctus placeo cōes? hæc ubi fruſtra
Effudit:prima pendet tamen anxia puppe:
Attonitoſq; metu nec quoquā auertere uiſus:
Nec Magnū ſpectare pōt:ſtetit anxia claſſis
Ad ducis euētū metuens non arma:nefaſq;:
Sed ne ſubmiſſis precibus Pompeius adoret
Septra ſua donata manu.tranſire parantem
Romanus Pharia miles de puppe ſalutat
Septimius:q ꝑh ſuperū pudor arma ſatelles

SVLPITIVS. Ordinis æterni:fati,prouidentiæq; diuinæ. Præſagia:præſertim cū aſpexiſſent naues quaſdam regias inſtructas:littuſq; ab armatis obtineri:unde cuncta fore inuia ad regreſſum cognoſcebantur. Fides:Ptolemæi in Pō. Auctori ſceptrorū:qui regnum donauerat. Pateret:iterum repetatur. Tota:quantuncunq; habet. Iuſſus:ab Achilla:& Septimio. Obſequit:obtemperat.prius Corneliam:quæ ſinē uiri lamentabat:cōplexus eſt:& duos centuriones in ſcapham ingredi iuſſit:& ex libertis unū Phillipū,ſeruūq; Seni nomine:inde cū Achillę comites dextris eum ſuſcipere appararent:ad uxorē,filiumq; cōuerſus:illud iambicū protulit: Quiſqs domum tyrāni proficiſcitur.fit illius ſeruus:licet liber ſit. Letūq; iuuat præferre timori:mauult mori q̃ timere. Ibat:ire uolebat. Hoc:hac de cauſa. Impatiēs deeſſe:quę pati nō poterat:ut deeſſet. Remane:uerba Pō. Nate:Sexte. Surda:quæ tibi nolebat obtemperare. Crudelis:qa in metu,doloreq; deſerat:eū crudelem appellat. Submota:ſegregata a te:qꝺ mali ominis fuit. Nunquā omine læto:ſed cladem præſagiente. Non flectere puppim:non uenire Leſbō:& abducere me illinc:cū nunc i mare relicta ſine me ſis iturus. In fl.i mari:& nō i terris. Anxia:mœſta:trepida. Viſus:oculos. Neſaſq;:cędem. Adoret ſceptra:adorare cogat regē:quē fecerat. Parātē:Pom. Salutat:appellando ipſum īperatorē. Septimius:olim Pō.miles. Satelles:ſtipator,& famulus.

OMNIBONI Æterni ordinis:quia fatū eſt cauſa æterna rerum. Quippe fides:& ponit ſigna:qbus ꝑfidia cognoſcere poterant.dicebant enim inter ſe comites Pom.Profecto ſubēſt aliquid ſceleris:nā ſi uellet occurrere bona fide Pō.honoris gratia Ptolemæus nō ſatellitibus,& miniſtris naue:ſed tota claſſe obuiam produſſet.
Auctori:nā,ut ipſe regnaret,auctor fuerat. Sed ceſſit:ergo aſſenſio ipſius erat in poteſtate ſua. Iuſſus:ſcilicet miniſtris Ptolemæi. Obſequitur:paret.
Præferre letum timori:etiam ſi diuinaret ſibi mortem inſtare Pom.tamē eā præponere timori uoluit:nā ſi nō tranſiſſet in nauem:ſine dubio timere uiſus fuiſſet. Ibat in hoſtilē nauē.ſ.Achillæ:qꝺ Cornelia ubi uidit:metuens id qꝺ euenit:maritū ſeq uolebat:Pō.aūt ꝓhibuit:& eē quaſi temerariā reprehēdebat:filiū quoq; ſuū in naue remanere iuſſit:& euētū ſui ipſius expectare:ut ſcire poſſent quātū fidei Ptolemæus ꝑſtaret. Præceps:incōſiderata:nullū periculū metuens. Hoc.i.ideo magis:nā qa ſaluti uiri ſui metuebat:ideo ēt ipſum cupidius ſequebat. Et tu o nate:o Sexte:nā Cn.Pō.erat cū Catōe:q ꝑerat claſſ. Caſus.i.quē euentū habiturus ſim in hac ceruice:demōſtratiue dixit. Sed dura:ita qdē iubebat Pō.ſed Cornelia cū i nauē trāſire nō poſſet:& uirū ſeq:id qꝺ poterat manus i uirū tēdebat lachrymās. Quo ſi.me:lachrymabiliter poſt diſcedētē uirū hoc dicit. Iterū relicta:ſicut relicta ſum quo tpe pugnā ſuſcepturus eras aduerſus Cæ.ita nunc ēt relinquor. Nunq̃ omine læto:ſemp igt cū diſiūgimur mali aliqd expectamus:ſicut ēt cū me reliqſti in Leſbo. Flectere puppem:ſi is aius tibi erat o Pō.ut nolles me comitē eſſe tuā cuiuſlibet caſus cur igt me in Leſbo non relinqbas:ſatis.n.erat:ut me ibi reliqueres:q̃ ſuſceptā deſereres. Terris:ad q̃s iturus eras. An tm̄ i fluctus:nūqd inqt hæc mea ſors ē ut tibi grata ſim tātūmodo dū nauigas. Hęc ubi fruſtra:neq;.n.obtinere potuit a uiro qꝺ uolebat:magna igit ſollicitudine expectauit euentū. Anxia puppe:nā in ſūma puppe ꝑmāſerat & dura erat cōditio ipſius:nā nec audebat ſpectare uirū in naue hoſtili:ne uideret qꝺ metuebat:nec ab ea auertere oculos. Tn̄:q̄uis uirū ſeq nequiuerat. Attonitoq; metu:q hoīes attonitos facit. Auertere uiſus.ſ.a Pō. Stetit anxia claſſis:pro una naue poſuit:q̄ uectus erat Pō.i.qui i naue erāt.& ē metonymia.continens pro cōtento. Nō arma.ſ.Ptolemæi:& miniſtrorū eius a qbus occideret Pō. Neſaſq;.i.cædē Pō.
Ne ſūmiſſis ꝑcibus:ꝓ ipē ſūmiſſus ſupplex. Adoret:ne ꝓuoluat ad genua regis:cui regna donauerat. Trāſite parantē:de celſa puppe i biremē. Septimius:hic Septimius,quē aliq Semproniū uocāt,tribunus militū erat:a quo benigne appellatus ē Pō.qꝺ notitia q̄dā ipſius familiarior erat:nā ad pyraticū bellū ſub Pō.duxerat ordinē:ſed nūc ſatelles regius fact⁹ occidit Pō.Hāc rē lōgiori oratiōe ꝓſequit Appianus.Dicit.n Pōp.ad Ægyptū cū ſe uertiſſet:& icūbēte uēto ad Caſiū delatus eēt:īſpectis copiis:q̄ plurimæ i littore cōſtiterāt:a curſu tēperauit:meditat⁹ qꝺ re ipa fuerat:adeſſe regē ꝓmiſſis nūciis amicitiā quā cū pře eius habuiſſet,expō ē Rex tertiū ſupra decimū ætatis annū iā attigerat:exercitū eius Achillas qdā aſſeruabat:pecunias uero Photin⁹ noīe Euunchus:

Eunuchus:qui cõfeſtim de Põ.aduentu conſultare incipiunt:aderat etiã Thedotus Samius rhetor:pueri regis præceptor.Hinefandũ inuicẽ negocium animo uoluentes: Põpeiũ interficere cõueniunt:quo Cęſari morẽ gererent:approbato deinde cõſilio:cymbã eximie ornatam ad eum mittunt:ueluti mari importuoſo eo in loco exiſtente:nec a maioribus nauibus adiri facili,miniſtri porro regii cymbã inſcenderãt:& cum his Sempronius uir Romanus:qui tũ forte regi aſſidẽs:allas cũ Põ.militauerat:is dextrã regis nomine Põ.obtulit:& ad amicũ filiũ monet tute accedere.Inter hæc exercitus:ueluti Põ.honorẽ ꝓſtiturus:iuxta litus in acie cõſtiterat:& rex inter medios purpurea amictus ueſte ꝓſidebat:quorũ aſpectu Põ.ſuſpitiõe motus ẽ:cũ exercitus ordinẽ cymbæ ornatũ itueret potiſſimũ cũ nec ad ipm acceſſiſſet rex:nec ex ſuis digniores ꝓmiſiſſet:hũc ſolũ itaq̧ Sophoclis iãbũ ꝓtulit.Qui ad tyrãnũ ꝓficiſcitur illius ſeruus eſt:quãq̃ liber ſit:quo dicto cymbã trepide ingreſſus eſt:cũ in alto longe abeſſet internauigandũ magis adhuc de Septimio cœpit ſuſpicari:ſiue q̧ Ro.hominẽ ſecũ olim militantẽ noſceret:ſiue q̧ ſolũ adeſſe cerneret:quaſi ob militaris diſciplinæ æmulationẽ imperatorem ſuũ eẽt iuaſurus ad illũ itaq̧ conuerſus:te ne ĩquit ego cognoſco o miles:cui ſtati ille annuit:deinde ſe conuertentẽ primus ꝑcolit:cæteri uero inſecuti ſunt:uxor itaq̧,& amici eius hæc a lõge ſtuentes eiulatu:gemituq̧ ad Deos ſideꝗ; uidices manus tollere:nulla interiecta mora:claſſem ab inimico littore auertere contendunt. Cæſar poſtea Photinum:& Achillam ob ea:quę in Pom. perpetrauerãt:morte mulctauit.Tehodotũ demũ fugientẽ:cum in Aſiã ueniſſet,cruce ſuſpendit. Proh ſup.exclamatio eſt dolẽtis:o nefas ingẽs:cuius ẽt Deos pudere debet.

Regia geſtabar poſito deformia pilo:
Immanis:uiolentus:atrox:nullaq̧ ferarum
Mitior in cędes.quis non fortuna putaſſet
Parcere te populis:q̃d bello hęc dextra uacaſ
Theſſaliaq̧ ꝓcul tã noxia tela fugaſſes?(ſet:
Diſponis gladios:ne quo non fiat in orbe
Heu facinus ciuile tibi:uictoribus ipſis
Dedecus:& nunq̃ ſuperum caritura pudore
Fabula:Romanus regi ſic paruit enſis:
Pellæuſq̧ puer gladio tibi colla recidit
Magne tuo:qua poſteritas in ſæcula mitter
Septimiũ fama?ſcelus hoc quo noĩe dicent:
Qui Bruti dixere nefas?iam uenerat horæ
Terminus extremę:phariãq̧ ablatus ĩ alnum
Perdiderat iam iura ſui:tum ſtringere ferrum
Regia mõſtra parãt.ut uidit cõminus enſes:
Inuoluit uultus:atq̧ indignatus apertum
Fortunæ prębere caput:tunc lumina preſſit:
Cõtinuitq̧ animã:ne quas effundere uoces
Poſſet:& æternam fletu corrumpere famam.
Sed poſtq̃ mucrone latus funeſtus Achillas
Perfodit:nullo gemitu conſenſit ad ictum:

Regia: Ægyptiaca. Immanis: aſyntherõ. Parcere te pop.uoluiſſe te ſeruare cõplurimos:quos hic ĩ Theſſalia pere miſſet:ſi affuiſſet. Vacaſſet.nõ iterfuiſſet:& ceſſaſſet. Theſſalia:ĩ quã,ſi ueniſſet,ſteriſſet pro Põ. Diſponis:ordinas:ut ubiq̧ fiat cędes ciuilis. *SVLPITIVS*

Dedecus ui.q̃d turpe eſt Cæſ.& partibus:turpe ẽt Diis. Nũquã ſuperũ caritura pudore:quę pudorem affert Deis. Romanus:Septimius. Puer:Ptolemæus. Tuo:tui militis. Fama:iſamia. Qui Bruti dixere nefas:q laudãdã Cæ.cædẽ a Bruto factã nefas appellãt. Iã uenerat horæ:cum internauigandum a trireme ad littus nulla uox pia ad Põ.perueniſſet:ad Septimiũ dixit:Non ego te meum commilitonem agnoſco:hic nulla uoce emiſſa:tantum capite annuit.Tũ Põ.orationem græcã,qua erat apud regẽ uſurus,legens littus propius acceſſit:& multis ex regiis deſcendentibus uelut ad officium:ſalutemq̧ uiri:cũ Pom.apprehenſa manu Philippi aſſurgeret:Septimius a tergo cũ enſe trãſfigit:inde Saluius & Achillas gladios nudauere. Perdiderat iura:erat ſub alterius poteſtate. Inuoluit:nam utraq̧ manu fronte ſup toga obducta:nihil ſeipſo ĩdignũ:aut locutus eſt:aut fecit:ſed tantũ ſuſpirans ſe ictibus præbuit:unde ſexaginta annos natus:diemq̧ claudens die natalem ſuum iſequẽti. Apertum:detectum.nam uoluit latere:ac ſi non cognoſceretur ab illis. Animã:ſpiritum. Voces:uerba & eiulatus. Famam:fortitudinis & conſtantiæ hactenus ſeruatæ:quã fletu corrupiſſet. Conſenſit:taciturnitate non improbauit.

Poſito pilo:telo Ro. Mitior.i.nõ minus crudelis.& eſt abuſio in comparatiuo. Quis nõ fortuna:adeo ipſe Septimius in omne nefas pronus erat:ut credi poſſet fortunam peperiſſe orbi terrarũ:qa uoluerit hũc bellis ciuilibus interfuiſſe:qui oẽs crudelitate ſuperaret. Dextra:ſcilicet Septimii. Vacaret:careret:uacua eſſet, Diſponis:inſtruis:paras. Ne nõ:ut fiat ĩ oĩ orbe:ut nec ẽt a ſcelere belli ciuilis Ægyptus quidẽ libera ſit. Fabula:ſermo uulgaris eſt:qa ubicunq̧ uulgabitur hoc ciuile bellũ cum magno Deoꝝ pudore. Sic.i.tam turpiter. Romanus enſis:Septimii:qui Ro.erat. Paruit:occidendo Pom. Tuo gladio.i.tui militis gladio. Fama:pro infamia.eſt enĩ τον μεσον.i.mediũ:ficut bona ualetudo,& mala. Quo nom.di.ſi reperti ſunt:q auſi fuerũt dicere Bruti nefas:q̧ Cæſa.occiderit:quo nomine tantæ crudelitatis ſcelus:& inauditæ ĩdignitatis appellabunt eius:qui Pom.occiderit.q.d.non extabit nomen ſceleris. Dicent.ſ.poſteri. Iam uenerat:appropinquauerat tempus:ut occideretur Pom.& mors eius differri non poterat. Ablatus:ſublatus. In alnum:in nauem.materia pro forma. Perdiderat iura.i.uenerat in manus hoſtium:& ſui iuris nõ erat. Vt uidit cõminus enſes:Põ.ubi uidit nudari enſes:ſtatim caput:& ora ueſtibus texit:ſpiritum aũt intra ſe cõtinuit:ne quã uocẽ effœminatã emitteret:quæ laudi & gloriæ ſuæ derogaret:occiſus aũt fuit die natalem diem inſequẽte:cũ iã undeſexagita annos natus eẽt.Plutar. Aptũ:noluit ſqt apto capite ſæuienti fortunę ſe oñdere. Preſſit:clauſit. Vir.Preſſitue oculos:aut uulnera laui. Aĩam:ſpũm. Ne q̃s effun.uo.hic ẽ q̧ uiros fortes oppetere dicebãt:q̃ſi ore terrã petere:ne audiri poſſent emittere eiulatũ. At poſtq̃ mucrone:ſed in ipſis ẽt uulneribus nõ miorem præſtitit animi uirtutem. Perfodit:tranſfixit Nullo gemitu:ideſt nullo gemitu ictum euitauit. *OMNI BONI*

SVLPITIVS. ℭ Nefas:cōſectores ſuos. Seq; probat moriens:placet ſibi ipſi patientia ſua:dum moritur. Sæcula:poſteri. Attendunt labores:obſeruāt aduerſitates. Aeuum ſequens:poſteritas.interpretatio eſt. Speculatur:uidet. Fidem:quæ nulla eſt. Fata tibi:tu diu felix fuiſti:no ſciueris pati aduerſa:niſi nunc oſtenderis omnes ignorant. Ne cede pudori nol ob dedecus ingemiſcere : & quod a Ptolemæo:ſiue Achilla : & Septimio interimare. Licebit:quiuis. Felix:uirtute,& cōſcientia mea:quæ inuiolabilis a ui iniuria tuta eſt:nec etiam Deus ipſam animo meo iam poteſt eripere. Mutantur proſpera uitæ: felicitas rerum externarum cum uita mutat:& in morte ego nō ſum miſer:qa mei me uidēt: ego certe felix uixi:& beatus decedo:infelicitatē ante hac nō expertus. Videt:quod eſt ad ſolaciū meū: nā amant:& dolent. Pōpeius.Sextus. Dolor:animi dolens. Cuſtodia:ratio:temperantia. Ius:imperium:& poteſtatē:ut dolori nō cederet. At non tā patiens Cornelia:& qui in nauibus erāt:ut aſpexere cædē:ululatu ad littus uſq; emiſſo:āchoris celerrime eductis effugere:inde pelago altius petito:uētus adeo uehemētior flauit:ut ab Ægyptiis perſeq ſatagētibus auerteret:ex Plutar. Cernere,q̄ pferre:uidere oculis, q̄ forti animo pati. Ego:ideſt caritas:& benignitas erga me tua. Auia:ſemota a recta fuga tua. Prior:te. Cui:alii q̄ Cæ. Sed quiſquis:ſed qcūq; Pō.peruſiſti:ut illū maiori dolore afficeres:debueras prius interimere me:quam unice,& non minus ſe ipſo amabat. A ſuperis immiſſe:qui Deo℞ permiſſu petiiſti. Proſpicienſ:obſeqnēs. Viſcera:corpus.nam mea eius ſunt. Properas:in cædem. Ingeris:immittis.

Deſpexitq; nefas:ſeruatq; imobile corpus:
Seq; pbat moriēs:atq; hæc ī pectore uoluit.
Sæcula Romanos nunquā tacitura labores
Attēdunt:æuumq; ſequens ſpeculatur ab oī
Orbe ratem:phariāq; fidē:nūc cōſule famæ.
Fata tibi longæ fluxerunt proſpera uitæ:
Ignorant populi:ſi non in morte probaris:
An ſcieris aduerſa pati:ne cede pudori:
Auctoremq; dole fati:quacunq; feriris:
Crede manū ſoceri:ſpargāt:lacerētq; licebit:
Sum tamen o ſuperi felix:nulliq; poteſtas
Hoc auferre Deo:mutantur proſpera uitę.
Nō ſū morte miſer:uidet hāc Cornelia cędē:
Pompeiuſq; meus:tanto patientius oro
Claude dolor gemitus:natus : cōiuxq; pēptū
Si mirantur:amant.talis cuſtodia Magno
Mētis erat.ius hoc animi moriētis habebat.
At non tā patiens Cornelia cernere ſæuum:
Quā pferre nefas:miſerādis ęthera complet
Vocibus.o coniux ego te ſcelerata peremi:
Letiferę tibi cauſa moræ fuit auia Leſbos:
Et prior in Nili peruenit littora Cæſar.
Nā cui ius alii ſceleris? ſed quiſquis in iſtud
A ſuperis immiſſe caput:uel Cęſaris irę:
Vel tibi proſpiciens:neſcis crudelis:ubi ipſa
Viſcera ſint magni? pperas:atq; ingeris ictus

OMNIBON. ℭ Deſpexitq; nefas:q̄ omnia ſigna erāt libenter morientis. Voluit:ideſt cogitat ſecreta animi Pō.quaſi uates diuinabat Lucanus:nā uatibus datū eſt ſcire ea: quæ ſecreta ſunt. Secu'a Ro.fingit:quæ uerīſimiliter ſecū Pō.cogitare potuerit:& hac cogitatiōe propterea ſenſum omnē a dolore uulnerū alienabat. Attendunt:ſcilicet uirtutē animi mei. Aeuūq; ſequēs:ideſt poſteritas:q̄ſi poſteritatē omnē fingit adeſſe:& laudare ai ſui fortitudinē. Ratē:biremē:in qua miniſtri regii me occidūt. Nūc cōſule famæ:ſeipſum adhortat:ut ſe talē pſtare uelit:ut ab omnibus non ſolū laude:ſed etiā admiratione pſequēdus ſit. Ignorans populi:id ne fortunæ ſit attribuendū:an uirtuti tuæ:q̄ res magnas geſſeris:ſed nūc tēpus ē ī quo pbare poſſis ai tui uirtutē. Ne cede pudori:nō te pudeat:qđ a Ptolemæo eneruī:ac effœminato occidaris : ſed ita aio tuo coniice:quicūq; te occident:nūc eē Cæ.nā auctori rerū cauſa attribuēda eſt. Dole:quaſi ignauū: & effœminatū. Quacūq;.ſ.manu:qa in gratiā ſoceri hoc faciūt. Nulliq; poteſtas:nā uirtus animi ī poteſtate nr̄a eſt:cætera uero fortunæ ſubiecta.nam fortitudo:patientia:fiducia:pſeuerantia. Hæ uirtutes ita noſtræ ſunt : ut nemo a nobis eas poſſit auferre:ideo dicit: Quamquam corpus meum lacerent:tamen hoc uirtutibus animi officere non poteſt. Hoc auferre,i.qđ eſt in mea poteſtate:ut me fortē : & patientiſſimum oſtendam. Mutantur proſpera uitę:cū ad hoc uſq; tēpus ſemper ſecundis rebus uſus fuerim:mutari poteſt fortuna:uirtus autem ſtabilis eſt:atq; ppetua. Morte miſer:mortē mihi corporis inferre poteſt:famam autem & gloriam diminuere nō poteſt. Videt haoc Cor.cę.pterea in conſpectu meorum occidor:qđ mihi non paruū eſt ſolatium: ideo etiā me fortiorē pſtare debeo. Claude dolor:alloquit̄ ſuū dolorem. Tanto patientius : qa in conſpectu meo℞ hanc cædē patior. Peremptū.i.cū occidor.participium præteriti temporis pro præſenti poſuit. Græci autem habent participium pſens paſſiui:nos uero utimur participio præteriti temporis pro participio præſentis:quo caremus.ut Qua uectus Abas:pro uehebat̄. Talis cuſtodia Magno:ſic inquit ſecum cogitabat Pō.& ſe ipſum ad patientiam mortis adhortabat̄. Hoc animi:hunc animū. At non tam patiens:at uero Cornelia:etiam ſi fortis animi erat:tamen cernere non poterat nec tantā indignitatem ſuſtinere:& ideo in miſerabiles uoces prūpit. Miſerandis.i.q̄ cōmiſerationem uidentibus,& audientibus cōmouere poſſet. Ego te ſce. exiſtimabat Cæ.præueniſſe Pom.& iā Ægyptum occupaſſe:cuius imperio hæc cædes admitteretur.nam eniſibi perſuadere nō poterat tantum audaciæ habuiſſe Ptolemæum. Auia.i.procul a uia:qa ſi recta uia ī Ægyptum ueniſſes:nō præueniſſet Cæſar. Ius.ſ.eſſet alii.l.poteſtas. Sed quiſquis in iſtud:alloquitur ipſos:qui occiderūt Pompeiū:ſiue hoc facis ad gratiam Cæſaris:ſiue ut tu pūideas tibi:ne ī offenſionē Cæſaris icurras. Neſcis:neſcis inquit ubi ſit dolor Pompei:nā ipſe qdē libenter morit̄:ſed ſi uis illū moleſte ferre:mea uiſcera pete.nā ſi me occideris:nihil erit:quod maiore dolore afficiat Pom. Immiſſe:pro immiſſus es.uocatiuū pro nominatiuo poſuit. Vel Cæſaris:ne illum hoſpitio ſuſcipiendum curares:quod tibi periculoſum fuerit.

ℭ Qua uotum

SVLPITIVS

¶ Qua uotum eſt uicto: quã incipit Pompeius mori optans. Perdat: patiatur. Ante: ꝗ ipſe pereat. Haud ego culpa: dignam morte ſe fatetur. Fatis: aduerſitate. Recepi uictum: Põpeium ſuſcepi in Leſbo. Hoc: propter hoc: qđ fui in te officioſa. Perfide: pfidú appellat: quia ipſam deſeruit: & nõ duxit ad mortẽ. Nec munere regis: nec Ptolemæi beneficio: ſed manu facta morte: aut imper ara ab aliquo. Saltũ: in mare. Exigat: ualde agat & immittat. Poteſt præſtare: poteſt cõferre beneficiũ Põpeio: cui erit grata mors mea: quæ crudelitati Cæſaris aſcribetur. Viuis adhuc: te adhuc uiuo libertatem amiſi: & uetor mori: ut uictor uiua me potiatur. Accerſere: prouocare: & inferre. Sonẽt: enſium ictibus. Permãſiſſe decus: nõ mutatam fuiſſe acrimoniam, grauitatẽq; uultus. Vltima mortis: tempus mortis: mortemq; ipſam. In ipſo actu: dum ſcelus patraret. Velamine: quo ſe cadens intexerat.

Occupat ora: prehẽdit adhuc ſpirãtis caput. Languentia: nõ ſuſtentantia. Tranſtro: ſedili nauis.

Q ua uotũ ẽ uicto: pœnas nõ morte minores
Pẽdat: & añ meũ uideat caput: haud ego cul-
Libera bellorũ: q̃ matrum ſola per undas: (pa
Et per caſtra comes: nullis abſterrita fatis
Victum: quod reges etiam timuere: recepi.
Hoc merui coniux in tuta puppe relinqui?
Perfide parcebas: te fata extrema petente
Vita digna fui? moriar nec munere regis.
Aut mihi prçcipitem nautæ pmittite ſaltum.
Aut laqueũ collo: tortoſq; aptare rudentes:
Aut aliqs Magno dign⁹ comes exigat enſem:
Põpeio præſtare poteſt: qđ Cæſaris armis
Imputet. o ſæui properantem in fata tenetis?
Viuis adhuc coniux: & iam Cornelia non eſt
Iuris Magne ſui? ꝓhibent accerſere mortem:
Seruor uictori. ſic fata: interq; ſuorum
Lapſa manus: rapit̃ trepida fugiente carina.
At Magni cum terga ſonẽt: & pectora ferro:
Permanſiſſe decus ſacræ uenerabile formæ:
Iratamq; Deis faciem: nil ultima mortis
Ex habitu: uultuq; uiri mutaſſe fatentur:
Q ui lacerum uidere caput: nã ſæuus in ipſo
Septimius ſceleris maius ſcelus ĩuenit actu:
Ac retegit ſacros ſciſſo uelamine uultus
Semianimis Magni: ſpirantiaq; occupat ora:
Collaq; in obliquo poſuit languẽtia tranſtro:
Tunc neruos: uenaſq; ſecat: nodoſaq; frangit

OMNIBON.

¶ Victo: Pompeio: ideſt optat pompeius: ut occidatur poſt cladem acceptam. Pœnas non morte: ſed da operã tu: quicũq; Pompeium occidis: ut me prius occidas in conſpectu illius: nam id demum erit: quod morte crudelius exiſtimet. Haud ego culpa: & eſt iuſta cã: cur occidat: neq; enĩ ego ſum expers belli ciuilis: quippe illum comitata ſum ĩ caſtra: & quocũq; profectus eſt: ego ſemper comes extiti. Bellorum: quæ obiiciunt̃ Põpeio. Nullis abſterrita fatis: ideſt a nullis periculis fatorum territa. Victum. i. Pompeium uictũ recepi ĩ Leſbo: ubi relicta eram. Reges timuere. ſ. recipere uictũ Pompeiũ: ne id Cæſari diſpliceret: & ipſi ĩ aliquod diſcrimen inciderẽt. Hoc merui coniux: cõqueritur Cornelia: q; Pompeius ĩ certum diſcrimẽ ire uoluerit: ſe aũt ſolam: quaſi deſtitutã reliquerit: cui mors carior eſſet uita: ſi ſine eo ſupſtes eſſet. numquid ego hoc merui ut in puppe relinquerer tuta: cum tu te in periculũ dederis: ac ſi dicat: non ita me geſſi tecum: ut crederes poſſes ſine te uiuere.

Parcebas: ſcilicet mihi tunc cum tranſires in nauem ægyptiacam. Fata expetente: cũ te certo piculo exponeres. Moriar nec munere regis: rex Ptolemæus occidit te in gratiã Cæſaris: & noluiſti ut me tecũ occideret: ſed tamen moriar ſine regis officio. Munere: officio. Aut: ſupplicit petit a nautis: q naue uehebantur: ut ſibi libere permitterent mori: uel aliquis eorum ſit: qui ferocem uxorem interficiat: antequã ĩ Cæſaris manus, aut poteſtatem ꝑueniat. Rudentes tor. i. funes q̃bus utar ad ſuſpẽdiũ. Aut aliqs comes. ſ. Põpeianus fidelis: ſtricto enſe mea pectora tranſfigat. Exigat: p pectora noſtra. Præſtare poteſt: ſenſus eſt: Poterit ille: q me occidet, dicere: Occidamus uxorem Pompeii: ne in manus Cæſaris ueniat. Imputet Cæſaris: ut non ipſe: ſed cædis huius Cæſar cauſa fuerit.

Properantẽ in fata: parabat Cornelia ſe de puppe in undã deiicere: ſed ꝓhibebãt, qui ſimul naue uehebant̃: ideo conqueritur. Viuis adhuc coniux: en quo redacta ſum o Põpei: adhuc tu uiuus es: & ego mei iuris eẽ deſtiti: te uiuo nõ poſſũ libere uti corpore meo: ac ſi dicat anteꝗ moriaris ĩ ſeruitutẽ redacta ſum. Prohibẽt ac. mor. nihil enim aliud faciũt. niſi ut me Cæſari ſeruẽt: & ab eo ineãt gratiã. Seruor uictori: ut captiua tradat Cæſari.

Sic fata: hæc ubi dixit: nautæ ꝗ celerrime potuerũt nauẽ ĩpulerunt: ut ab Ægyptio rege ſe uẽdicarẽt: a quo piculum manifeſte erat: nã q Põpeium occidi iuſſerat: nec Põpei qdẽ comitibus pepciſſet. Lapſa: qa cecidit ex animis. Rapit̃. ſ. a miniſtris. Trepida: feſtina. nã trepidus nõ ſolum timentẽ ſed feſtinum ſignificat. Vir. Ne trepidate meas Teucri defendere naues. i. celerate. At Magni: nũc redit ad Pompeiũ: q a regis miniſtris occidebat̃: & dum occideret̃ (ut ꝓhibẽt, q caput uiderũt) dignitatẽ uultus: & oris mortuus ẽt ſeruauit. Cum: q̃uis. Sonẽt: qa ĩ oĩ parte cędebat̃ a miniſtris: alii in pectore: alii a tergo uulnerabãt. Vltima mortis: p ultimã mortẽ. Iratãq; Deis fa. nã Diis uidebat̃ iratus: poſtꝗ acie Pharſalica uictus: & ex ſecunda fortuna delectus in calamitatẽ fuerat. Ex habitu: qa idẽ habitus: eadem dignitas oris: & uultus permanſerat mortuo: quæ & uiuo. Fatentur: affirmãt. Lacerum: abſciſſum. Nã ſæuus in ipſo: nã Septimius ille crudelis nõ ſatis habuit occidere Põpeium: ſed ẽt caput eius amputauit: ut illud regi Ptolemæo offerret: & fuit ipſe officii deterioris, & ſordidioris: nã quaſi carnifex Põpeio caput amputauit: qđ poſtea Achillas regi obtulit. Scelus inuenit actu: actus ſceleris erat occidere Põpeiũ: ſed maius ſcelus adiecit caput obtrũcãdo. Retegit: aperit. Sciſſo ue. quo Põpeius ſpiritũ cõtinuerat dolore uulnerũ: ne uerbũ aliquod emitteret effœminatũ. Occupat: ꝓhẽdit. Spirãtia ora: nõdũ. n. oĩno ſpiritũ emiſerat. Lãguẽtia col. p lãguẽtis colli. Neruos: q̃bus ceruix humeris nectit̃.

SVLPITIVS ¶ Nōdū artis erat:nōdū norant artifices caput uno ictu rotato enſe amputare. Trunco:reliquo corpore.nomen eſt tranſlatum ab arboribus:q̄ cæſis ramis trūci dicunt. Vēdicat ſatelles:Achillas ſibi attribuit. Degener:Septimiū arguit:q cū nō primus Magnū uulneraſſet ſed uulneratū pem ſſer,& obtruncaſſet:alteri caput ferēdū cōceſſerit. O ſūmi fata pudoris:o fatoꝝ:Deūq; pudor:eſtq; deploratio plēa cōmiſeratiōe. Puer:Ptolemæus. Hirta:aſpera. Manu:Achillæ. Veruto:gladio in ueru ſimilitudinē. Viuūt:ſentiūt:& cernunt. Singultus aiæ:pulſant os i murmura:dū ſpiritus mouet linguā in uerba:ipſaq; lingua palpitat. Dū lumina nuda rigeſcūt:dū apti oculi mouere ſe deſinūt. Leges:forū. Cāpū:comitia. Roſtra:ſenatū. Fortuna Romana placebas:o Roma felix & læta eo ore delectabere. Tyrāno:Ptolemæo. Fidē:fidei monumentū. Nefanda:crudeli. Tabes eſt ſubmota:corruptus ſanguis eſt depulſus. Ab alto:a ſummo & imo deſiccatus eſt. Veneno:medicamento:ut oleo cedrino:opobalſamo:oleo myrrhino:melle:aloe:& rebus huiuſmodi.Empedocles Diogenē ſcripſiſſe cōmemorat:medicamēta q̄dā:qbus cadauera:ac ſi dudū eſſent mortua:conſeruarentur:Romæq; hoc ipſo anno quo Innocētius octauus ſummus pōt. factus eſt uia latina repertum eſt in arca marmorea muliebre cadaūer antiquiſſimū ueneno oblitū:colore:corporeq; tā integro:& tractabili:ut recentiſſimū uideret:caro digito p̄ſſa reſurgebat:lingua educta retrahebat:artus flectebant:& nullū grauē odorē:niſi medicamētoꝝ emittebat:nihilq; ei:ne capilli qdē:p̄ter cerebrum:& inteſtina deerant.Sed cū magna frequentia gregati ab oībus ad ſuperſtitionē uſq; quotidie in Capitolin uiſeret:maximi pōtificis iuſſu inde aſportatū:ubi ſit abditū,ignorat. Vltima:in Ptolemæū inuehit:q Pōpeii trūcū nō cōdiuerit:ut caput:& ut cōditi ſunt reges Ægyptiorū:appellatq; eū ultimā plē Lagæā:qa Ptolemæoꝝ genus in ipſo defecit. Prim⁹ Ptolemæus:q Alexādro ſucceſſit:a quo reliq Ptolemæi ſūt denoiati, Lagi filius fuit:huic Philadelphu:Philadelpho Euergetes.Poſtea Philopater agathoclie:Poſtea Apiphāes:tū Philomator filio a pre ipiū accipiēte.Hic uero fr ſucceſſit:ſecūdus Euergetes nominatus:hūc Phyſconē dicūt:cui Ptole.Lathurus:ſucceſſit Lathuro Auletes Cleopatræ:& huius adoleſcētis pr ut memorat Strab. Peritura:breui moritura.Cæſar.n.ipſum pemit:& regnū Cleopatræ,eiuſq; fri tradidit.

Oſſa diu.nōdum artis erat caput enſe rotare.
At poſtq̄ trunco ceruix abſciſſa receſſit:
Vēdicat hoc pharius dextra geſtare ſatelles:
Degener:atq; operæ miles Romane ſecūdæ:
Pompeii diro ſacrum caput enſe recidis:
Vt non ipſe feras ? o ſummi fata pudoris:
Impius ut Magnū noſcet puer:illa uerenda
Regibus hirta coma:& generoſa frōte decora
Cæſaries cōpreſſa manu eſt:phario q; ueruto
Dū uiuūt uultus:atq; os in murmura pulſant
Singultus aīæ:dum lumina nuda rigeſcunt
Suffixū caput eſt:quo nunq̄ bella iubente
Pax fuit:hoc leges:cāpūq;:& roſtra mouebat
Hac facie fortuna tibi Romana placebas.
Nec ſatis infando fuit hæc uidiſſe tyranno:
Vult ſceleri supereſſe fidē:tūc arte nefanda
Submota eſt capiti tabes:raptoq; cerebro
Exſiccata cutis:putriſq; effluxit ab alto
Humor:& infuſo facies ſolidata ueneno eſt.
Vltima Lageæ ſtirpis:perituraq; proles

OMNIBON. ¶ Oſſa diu:qa nō tā facile oſſa recidi poterāt. Nōdū artis erat.i.cōſuetudo nōdū erat caput amputare enſe:ſicut fuit poſtea:nā ſpiculatores uno ictu caput amputabāt. Artis.ſ.ſpiculatorū. Enſe rotare.i.rotato enſe amputare:ut maiorē ictū inferret. At poſtq̄ trunco:ſed poſtq̄ abſcidit caput indignius fecit:q nō ipſe obtulit regi:ſed offerendū cōceſſit Achillæ:ipſe ergo ſordidioris offici fuit Septimius:uidelicet carnifex:dignioris aūt Achillas:cui caput datū eſt Pōpeii. Satelles:Achillas. Geſtare.ſ.ut offerat regi. Trūco:corpus p̄prie dī ſine capite.Vir.Iacet ingēs littore trūcus. Degener miles:inuehit cōtra Septimiū poeta:O degener miles:& cōditiōis ſeruilis:cū delegiſti obtruncare Pōpeii caput:qd alius offerret. Secundæ.i.uilioris opæ.hic duo opa fuere p̄mum recidere caput Pōpeii:alteꝝ uero offerre regi:ſed uilioris opę fuit:is q recidit. Feras:p offeras.aphæreſis. Diro enſe:p tu dirus. O ſummi fata pudoris:plēa cōmiſeratiōis ē iſta cōqſtio:quā de hac īdignitate īducit poeta. Fata o mors. Noſceret:cognoſceret īpletū eē:qd īnſerat. Hirta.i.dēſa. Verēda re.idest quā ēt uereri cōſueuerūt:ut Tigrānes:Ariſtobolus:Ariobarzanes:& multi. Generoſa:nobili:& decēti. Manus.ſ.carnificis. Singultus aīæ:q:adhuc ſpirans caput:cum ſpiritū efflaret ſingultū reddebat. Phario q; ueruto:uerutū genus ē teli:qd uelut ueru habet p̄fixum.Feſtus:nā ferrū habet oblōgum:ſed haſtā breuē adeo:ut

Verutū quid manubrium poti⁹ dici poſſit q̄ haſtile.hoc gñe teli fixum ē caput Pō. Nuda:aperta:nōdum clauſa. Rigeſcūt:dureſcūt:qa morietiū dureſcunt lumina:ut nuſq̄ flectant. Bella iubēte Pax fuit:qa tātū ualuit opib⁹ Pōpeius:ut quotieſcūq; bellū eē uellet cum hoſtib⁹ populi Ro.pax eſſe nō poſſet. Hoc leges:ſignificat Pōpeium maximā bello:maximā pace auctoritatē habuiſſe. Campūq; & roſtra:rurſus domi:foriſq; plurimū ſemp auctoritatis fuit. Hac facie fortuna:qua talē uirum genuiſſes. Nec ſatis infando:deteſtat Lucanus hoc nefas:qd iuſſu Ptolemæi admiſſum eſt nō ſolum q īterfici iuſſerit:ſed q caput Pōpeii ſeruauerit:q̄ſi nō ſatis haberet committi ſcelus:niſi ēt ſceleri teſtimoniū ſupeſſet. Vult ſceleris ſup.fi.i.uult qbuſdā unguētis ſeruari caput:qd ſit ſceleris teſtimonium. Tunc arte.ſ.medicoꝝ. Capiti:a capite. Raptoq; cerebro:euulſo:erepto. Veneno.i.pharmaco:more græco dixit:nam malū uenenū:& bonum uenenum dicimus.oīs.n.medicina particeps ē ueneni:ſignificat āt unguētum balſami:aut certe huiuſmodi liquoris:q plurimum ualet ad ſeruāda cadauera. Vltima Lageæ ſtirpis:adhuc īuehit poeta i Ptolemæum:quomodo,inqt,tm̄ ſcelus in animum tuum cadere potuit:ut patiaris īdigniores:ac ſordidiores honore ſepulturæ dōari:& Pōpeii cadauer i fluctib⁹ maris ultro,citroq; iactari. Vltia:hoc ultia:nā paulopoſt ſupuēiēte Cæſare pibis. Lageæ:Lag⁹.n.p̄m⁹ rex Ægyptioꝝ fuit.

¶ Ceſſure

SVLPITIVS

¶ Ceſſure ſceptris:locum dature imperio. Incœſtæ:impudicæ.nam rem cum fratre,cuius erat uxor,ha/buerat.in decimo dicet:Lege ſumma perempti Verba patris:qui iura mihi communia regni:Et thalami cum fratre dedit. Macedon:corpus Macedonis Alexandri. In antro:in cõditorio Alexandri:quod eſt moles ex/tructa concaua:quam etiam mõtem appellat. Pudendam:quia inertes:& ignaui fuerunt. Pyramides:mo/les maximæ e lapidibus:& calce:& arena:ſiue bitumine conſtructæ e lato in acutum tendentes:dictæ ꝙ in ſi/militudinem flammæ ſurgant:uel ꝙ lapidibus igne a uarietate fulgentibus ſtruerentur:eas Græci pyropeci/los uocant.

Degener:incœſtæ ſceptris ceſſure ſororis:
Cum tibi ſacrato Macedon ſeruetur in antro:
Et regum cineres extructo monte quieſcant:
Cum Ptolemæorũ manes:ſerieſq; pudendam
Pyramides claudant:indignaq; Mauſolęa:
Littora Pompeiũ feriunt:truncuſq; uadoſis
Huc illuc iactatur aquis:adeo ne moleſta
Totum cura fuit ſocero ſeruare cadauer?
Hac fortuna fide Magni tam proſpera fata
Pertulit:hac illum ſummo de culmine rerum
Morte petit:cladeſq; omnes exegit in uno
Sæua die:qbus immunes tot pręſtitit annos:
Pompeiuſq; fuit:qui nũquã miſta uideret
Læta malis:felix nullo turbante Deorum:
Et nullo parcente miſer.ſemel impulit illum
Dilata fortuna manu:pulſatur arenis:
Carpit̃ in ſcopulis:hauſto ꝑ uulnera fluctu
Ludibrium pelagi:nullaq; manente figura:

Mauſolęa:ſepulchra regum Mauſolęo ſimilia:Mauſolęum enim,hoc eſt ſepulchrũ.Mauſoli regis Cariæ uxor Arthemiſia adeo mirabile cõdi/dit:ut inter ſeptem urbis miracula numeret̃:ab eo reli/qua ſepulchra magnificẽtiora denominãt̃. (Mauſolęũ qd) Littora feriunt:littorales undæ illidunt. Moleſta cura:gra/ue diſpendium. Hac fide:hac perfidia.abuſio uer/bi. Pertulit:ad finem deduxit. Culmine:gradu,& dignitate. Petit:ſyncope. Cladeſque omnes exe/git:omnes calamitates,& mala:quæ ante hac fuiſſet paſſurus immiſit uno die. Immunes:expertes.nil enim aduerſi paſſus eſt. Turbante:nocente. Par/cente:ceſſante nocere. Semel impulit:ſemel pro/ſtrauit:diſtulitq; eius ruinam in ſenectutem. Pulſa/tur:truncus eius. Ludribrium:ludus ridiculus. Fi/gura:qua diſcerni poſſet.

OMNIBON.

¶ Sceptris ſororis:nam interempto Ptolemæo adu/leſcentulo in regnum Cæſar cõſtituit ſororem Cleo/patram:atq; ei in regni partem reliquum fratrẽ addi/dit admodum iuuenem. Incœſtæ:commiſcuit.n.ſe Cæſari regina meretrix:ex qua natus eſt Cæſariõ:quem poſtea iuſſit interfici Auguſtus Cæſar. Mace/don:ideſt Alexãder Macedo. In ſacrato antro:ſci/licet Alexandriæ.nam in Alexandria:quam Alexan/der condiderat ſepulchrũ eius conſtructũ fuerat:ubi tũc etiã ipſius cineres ſeruabant̃. In antro:ideſt mole ſepulchri. In monte:ideſt pyramide:quę inſtar mon/tis erat:ſicut apud Herodotum legitur:Reges Ægyptii magnis impenſis ſepulchra ſibi extruebant adeo:ut legamus trecenta talenta in pyramide regis Soſſis fuiſſe conſumpta in cibo cæparũ & allii:ut alerentur opera/rii a quibus pyramis conſtruebat̃:ex quo intelligi poteſt quanta fuerit magnificentia illius ſepulchri.De pro/fuſa pyramidum magnificentia cætera legito apud Herodotum:Plinium:Strabonem. Seriem:ordinem re/gum. Pudendam:quia erant deſides,& uiles. Pyramides:fuerunt ſepulchra Ægyptiorum regum ex qua/dratis lapidibus mirifice conſtructa:πυρ ſignificat ignem:eo ꝙ ignis figuram imitantur:nam flamma ignis ſemper a lato gracileſcit in acutum:qua forma fuerunt pyramides. Mauſolęa:ideſt ſepulchra ſimillima mo/numento Mauſoli:nam Mauſolus rex Cariæ uxorem habuit Arthemiſiam:cui uir adeo dilectus fuit:ut poſt mortem eius:quo perpetuo uiri memoria ſeruaretur:inter cætera ſepulchrum ſtruxerit:cuius ædificium tantæ magnificentiæ fuit:ut ex ſeptem mirabilibus mundi unum connumeretur:& inde ſepulchra magnifica Mau/ſolęa ſunt appellata.Mauſolus(ut refert Strabo)filius fuit Hecatomni Cariæ regis:q tres habuit filios:Idryeũ:Pyxodarũ:& Mauſolũ:filias duas:e qbus Arthemiſia grandior:Mauſolo ex fratribus grandiori nupſit.Idryeo altera ſoror data eſt nomine Data.Mauſolus itaq; regnauit:quo mortuo uxor imperium habuit:quæ(ut dixi/mus)illi ſepulchrum conſtruxit:Arthemiſia tabe conſumpta propter luctum:quem e uiro ſuſceperat:Idryeus i/perauit:atq; huic etiã ex morbo aſſumpto uxor ſucceſſit.at Pyxodarus:qui reliquus erat ex filiis Hecatomni hanc eiecit.De Mauſolo,quãuis hiſtoria ſit apud Gellium,& Plinium,& cæteros notiſſima:ſolus tamen Vi/truuius de architectura maximæ uir auctoritatis,& fidei,Mauſolum ipſum regem:dum adhuc uiueret ſibi ip/ſi id monumentum probat cõſtituiſſe. Indigna:quibus reges indigni fuerant. Adeo ne moleſta:ſi caput ſer/uandum eſſe iuſſiſti:cur non totum Pompeii corpus ſeruabas:ut ipſum Cæſari oſtenderes. Hac fide:ac ſi dĩ/cat perfidia.ironice dixit:ut mutabilitatem fortunæ oſtendat. Pertulit:ideſt perduxit:quia cum adhuc uſq; di/em ſemper in proſperitate uixiſſet Pompeius:tamen tetro,ac ſordido fine uitam ſuã clauſit. Hac morte:tã ſordida. Summo culmine:nam Romanorum primus fuerat:hæc autem deteſtatur Lucanus:ut oſtendat for/tunæ confidendum non eſſe. Cladeſq; omnes:quas inferre potuerat diuerſis tẽporibus Pom eas ſeruauit.ut i unum diem omnes conferret. Immunes:expertos. Pompeiuſq; fuit:dicit nihil medium fuiſſe in Pom.fue/re omnia ſiue læta:ſiue triſtia.ſatius eſt aliquando lætis:aliquando triſtibus fruamur:ꝗ diuturna ſemper:& ſe/cunda frui:& in extremum poſtea fortunam aduerſam experiri:quod Pompeio contingit. Felix:ſine ulli/us miſeriæ parte. Dilata:ſcilicet uſq; ad ſenectutem. Nũc:ſcilicet cadauer eius:qui tam longa fortuna uſus fuerat. Hauſto per uulnera fluctu:quia tergo:& pectore tranſfixum fuerat cadauer Pompeii:unde etiam ma/ris aquam hauriebat. Nullaq; manente figura:id quod ſolet aliis noticiam auferre Pompeio noticiam de/dit:nam hoc ipſum:ꝙ erat obtruncatum caput:noticiam faciebat Pompeii eſſe cadauer:quia pauloante con/ſtabat obtruncatum fuiſſe Pompeium.

SVLPITIVS ℭ Vna nota eſt:hoc ſolo ſigno noſci poterat:quod truncus eſſet. Victor:Cæſar. Raptim:furtim:& ſubito. Nullo:ut aliquo:uel in tam humili. E latebris:ubi latuerat:ut furtim Pō. ſepeliret. Codrus: Pompeii liber tus.& quæſtor:qui eum a Cypro fuerat comitatus:militabatq; cum eo. Plutar. ait Philippū libertū ipſum abſtuliſſe:ipſiuſq; tunica circūuoluiſſe: & reliquias paruæ ſcaphæ dum ſtrueret: superueniſſe ſenē liberiū: & militē Pōpeii:qui eſt Philippo auxiliatus. Cypri Cinyreæ:longe repetitū epitheton. Pygmalion.n. Cilicis filius q Cyprū eiectis Syris occupauit:ex eburnea imagine Veneris bñficio aīata ciuyrā filiū ſuſcepit:qui ei in regno ſucceſſit:de eo lege in.x. Metamorphoſeon. Ferre gradum:ire & quærere Pōp. Cōpulit: compreſſit. Duceret:pietas. Mœſta:ſubobſcura. Diſcolor: diuerſi ab aqua coloris. Ille:Codrus. Eripiēte mari:obſtinātibus fluctibus. Fluctusq; ſubleuet cadauer. Impellit:extra mare. Non pretioſa:non marmorea.& a modeſtia uoti ſui: & rerū penuria mouet affectus. Cumulato thure:adhibita thuris copia:& aliorū odorum in rogo. Tuus:quem hucuſq; fuiſti. Eoos odo.ut crocū:myrrham:balſama:cinnama: quæ ſolebant rogis nobiliū iniici;ut de Archemori Statius ſcribit. Vt Romana:ut efferatur a Romanis:& fiat ſolemne funus. Virgi Pars ingēti ſubiere feretro:Triſte miniſterium. Feralis pōpa:funebris apparatus præmittit imagines triumphorum.

Vna nota eſt Magno capitis iactura reuulſi:
Ante tamen pharias uictor:q̄ tangat arenas:
Pompeio raptim tumulum fortuna parauit.
Ne iaceat nullo:uel ne meliore ſepulchro:
E latebris pauidus decurrit ad ęquora Codrꝰ:
Quæſtor ab Icario Cinyreæ littore Cypri:
Infauſtus Magni fuerat comes: ille p umbras
Auſus ferre gradum uictum pietate timorē
Cōpulit:ut mediis quæſitū corpus in undis
Duceret ad terrā:traheretq; ad littora magnū
Lucis mœſta parū per dēſas Cynthia nubes
Præbebat:cano ſed diſcolor æquore truncus
Cōſpicit:tenet ille ducē complexibus arctis
Eripiente mari:nunc uictus pondere tanto
Expectat fluctus: pelagoq; iuuante cadauer
Impellit.poſtq̄ ſicco iam littore ſedit:
Incubuit Magno:lachrymaſq; effudit in oē
Vulnus:& ad ſuperos:obſcuraq; ſidera fat.
Non p̄tioſa petit cumulato thure ſepulchra
Pompeius fortuna tuus:non pinguis ad aſtra
Vt ferat e membris eoos fumus odores:
Vt Romana ſuū geſtent pia colla parentem:
Præferat ut ueteres feralis pōpa triumphos:

OMNIBON. ℭ Nota:ſignum. Ante tamē pharias:quāuis aliquādiu fluctibus maris huc & illuc īpulſū fuerit Pōpeii cadauer:tamē fortuna noluit:anteq̄ Cæſar in Ægyptū ueniret:ut ſepeliret̄,tametſi humili ſepulchro. Meliore:ac ſi dicat Cæſar ſi corpus illiꝰ ihumatū inueniſſet:non dubiū eſt:quin ſicut de capite:ita & de reliquo corpore feciſſet:nā poſtquā Pōpeii caput oblatū ſibi uidit:dolore percuſſus:lachrymas nō tenuit & illud oībus undiq; odoribus collectis:honorifice ſepeliri iuſſit. E latebris pauidus: deſcribit quomodo Codrus qui Pōpeii miles olim,& q̄ſtor fuerat: corpus in undis q̄ſierat:& repertū ſepulchro clā mandauit.de Codro nullam mētionē fecit Appianus: dicit .n.caput Pō.abſciſſum:Cæſ.magno pro munere ſeruatū fuiſſe:reliquū corporis in littore ſepultū a quodā:tumulo iſigni addito:cui ab alio iſcriptū fuit:Tēpli pōdus erat modica q claud.t urna.pcedēte tēpore:cū tumulus ſub arena eſſet obrutus:ſtatuæ etiā:q̄ Pōpe.a neceſſariis eius circa Caſiū ex ære erectæ ſteterant in tēpli adytu iā uetuſtate exeſę ſeruarent̄:ab Adriano īperatore ſumma diligētia perquiſitæ: & inuētæ ſunt:cū ad partes illas acceſſiſſet:tumulus quoq; mandato eius ppurgatus:ſtatuæ erectæ:ſic ut denuo ab oībus dignoſci poſſet.Pō.a Philippo liberto fragmētis ſcaphæ cōcrematū fuiſſe ponit Plutar. Cinyreæ Cypri:epitheton eſt lōge repetitū.nam Pygmalion Cilicis filius fuit:qui Ciliců,Phœnicūq; manu collecta:imperiū tranſtulit in Cyprū:& pulſis ueteribus incolis:inſulam omnem occupauit:hic ex uxore,quam ex ebore fecerat (fuit.n.peritiſſimus ſculptor) beneficio Veneris uiuificata:ſicut in fabulis eſt apud Ouidium:genuit filium Paphū:a quo natus eſt Cinyras:inde Cinyræus:ideſt Cyprius. Ab Icario littore:a littore maris Icarii:de quo ante dictū eſt: Ipſe p Icariæ ſcopulos. Victū pietate timorē:pietas in Pō.& timor.Ptolemæi inter ſe pugnabāt:tandē pietas timorē uicit: & ita per noctē pfectus cadauer Pōpeii inuentū ſepeliuit. Lucis parū:nūc dicit exiguū lumē præbuiſſe Lunā:ut uix corpus diſcernere potuerit:ſed tamē,quia repercuſſione Lunæ unda lucebat:& corpus diſcolor erat a candore maris:corpus Pom.ad ripas ſubduxit. Cynthia:Luna a Cynthio mōte Deli,ubi colitur,dicta eſt:unde etiam Cynthius Apollo. Mœſta:quaſi cæde Pompeii:ipſa quoq; ſidera mœrorē ſignificabāt. Tenet ille poſtq̄ ſemel corpus cognouit cōprehenſum:illud cōplectabat̄. Eripiente mari: quia dū corpus teneret:uis inundationū prope modū rapiebat. Pelago iuuante:qa fluctus maris nūquā deſiſtit:ſemper littora īpellit:& cū īpulerit,redit.nūc ergo dicit dum fluctus maris rediret:quaſi corpus manibus:& cōplexu rapiebat:expectabat igitur:ut fluctus rediret ī littore:cuius īpetu corpus exciperet. Impellit.ſ.ad littora. Pelago.i.fluctu maris. Sedit:ſcilicet corpus. Incubuit Magno:ſuperiniecit ſe cadaueri Pōpeii lachrymās. Obſcuraq; ſidera.i.ad ſidera obſcurum lumen reddentia:quia uidelicet nubibus oppoſitum erat cælū:& his uerbis utitur:ab ipſa fortuna petēs:ne uile ſepulchrū Pōpeio inuideat. Nō pretioſa:nō petit,īquit,o fortuna Pō. pro dignitate ſua ſepulchrū. Cumulato thure:ſcilicet rogis:& cadaueri:ſicut mos erat antiquiſſimus. Virg. Cōgeſta cremantur Thurea dona. Nō pinguis.i.ex pinguibus aromatibus,ſic.n.ſolebant cuiuſlibet generis aromatū ſuperinducere cadaueri:cum rogo ſuperimpoſitum cremaret̄. Pia colla:ſic.n.conſueuerant:qđ & nunc tenetur.ut Pars ingenti ſubiere feretro: Triſte miniſterium. Præferat:& non petit:ut pompa funeris præcedat:in qua ſit quædam imago triumphi:id etiam antiquitus faciebant: quod nunc quoq; ſeruatur.

ℭ Cantu:

SVLPITIVS

¶ Cantu:tibiæ:& nenia deplorátiũ ad tibiã. Ambiat ignẽ:pyrã circũdet. Vir. Ter circũ accẽſos cincti fulgẽtibus armis Errauere rogos:ter mœſtũ funeris ignẽ Luſtrauere. Proiectis:demiſſis:nã p terrã haſtas trahebãt. Arcã:pheretrũ:ſãdapilã. Lacer:truncũ. Siccos:nõ unctos pigui:& ſuccis aromatũ:& oleo:uino:melle:balſamo. Robora:ligna:qbus urarur. Sordidus uſtor:niger:& deformis cremator. Subici:ut ſubmittat:ſiuulq ipſa cõburat:qđ pfecto iuſſiſſet. Facẽ:aũt ſubiiciebãt ppiquiores. Vir. Et ſubiectã more parẽtũ Auerſi tenuere facẽ. Vile:non carũ. Subducit mẽbris:ſubtrahit cadaueri. Neclecta:quã nemo ſeruat:qđ iam cõ buſtus a me attingeris. Cõpoſitũ bu.ordinatã pyrã.ſed buſtũ pprie eſt locus in quo corpus cõburit. Cedis rogo:negligis cõburi:ut des locum Pomp. Dãna:ſubtractionẽ lignoꝝ. Sparſis manibus:errante aĩa.donec.n.corpus ſepultũ ſit:aĩæ errãt. Virgi. Centum errant annos:uolitãtq hæc littora circũ. Sinus:gremiũ ueſtis:qđ prius arena ſtrauerat:inde prunas ardẽtes ſupimpoſuerat. Peruolat:accelerat. Relatus:i mare retractus. Dimouit:effodit. Fragmẽta laceræ carinæ:ligna fractæ ſcaphæ. Scrobe:foſſa. Nulla ſtrue:nulla lignorũ cõgerie:nã ſolebãt in medio regi torũ erigere:ſup quẽ cadauer collocaretur. Admotus:a latere pximus factus.non ſubiectus penſili corpori. O Maxime:Codrus tanquã ſi hoc officio cadaueri ſit iniurius:ueniã petit. Vna:pcipua. Si tibi:ſi minus moleſtũ tibi fuiſſet iactari fluctib⁹:& ñ ſepeliri q̃ tã miſerãde cõburi:noli hæc aſpicere:nã aduerſum fatũ tuũ:ut hoc mihi liceat,eff.cit.

Buſtũ quid

Vt reſonent cantu triſti fora:totus ut ignem
Proiectis mœrens exercitus ambiat armis:
Da uilem Magno plebei funeris arcam:
Quæ lacerũ corpus ſiccos effundat in ignes:
Robora nõ deſint miſero:nõ ſordidus uſtor.
Sit ſatis o ſuperi:quod non Cornelia fuſo
Crine iacet:ſubiciq facem cõplexa maritum
Imperat:extremo ſed abeſt a funere buſti
Infelix coniux:nec adhuc a littore longe eſt.
Sic fatus paruos iuuenis pcul aſpicit ignes:
Corpus uile ſuis nullo cuſtode cremantes.
Inde rapit flãmas:ſemuſtaq robora mẽbris
Subducitq quæcunq es ait neglecta:nec ulli
Cara tuo:ſed Pompeio felicior umbra:
Qđ iã cõpoſitũ uiolat manus hoſpita buſtũ
Da ueniã:ſi qđ ſenſus poſt fata relictum eſt.
Cædis & ipſa rogo:pateris hæc dãna ſepulchri
Teq pudet ſpſis Põpei manibus uri.
Sic fatur.plenuſq ſinus ardente fauilla
Peruolat ad truncũ:qui fluctu pene relatus
Littore pendebat:ſummas dimouit arenas:
Et collecta procul laceræ fragmẽta carinæ
Exigua trepidus poſuit ſcrobe.nobile corpus
Robora nulla pmunt:nulla ſtrue mẽbra recũbunt
Admot⁹ Magnũ ñ ſubdit⁹ accipit ignis.
Ille ſedens iuxta flammas:o Maxime dixit
Ductor:& heſperii maieſtas nominis una:
Si tibi iactatu pelagi:ſi funere nullo

¶ Triſti cantu:nenia carmẽ erat:qđ laudãdi gratia i funere cãtabat ad tibiã:quod ex uerbo greco dicit:νεατον enim græce ſignificat ultimũ:qa cãtabat i fine uitę. Alii dicũt neniã eẽ uocẽ querimoniæ flentiũ:uidelicet a nene:ſunt q dicũt neniã extremũ carmẽ ſignificare:ab extrema iteſtini parte:nã νεατη græce ſignificat extremũ:alii referunt ad extrẽitatẽ chordaꝝ q̃ ultima eſt:cithara νετη dicit chorda acuti ſoni:qđ ultimũ ſit cãtatõis carmẽ:de hac nenia loquit hoc loco Luca. Mœrens exercitus:pompã militarẽ ſignificat:ter.n.circuiſe ſolebãt eqtes rogũ:cui ſuperiniectũ erat ducis cadauer. Virg.& ipſe deſcribit:Ter circũ accẽſos cincti fulgẽtibus armis Decurrere rogos:ter mœſtum funeris ignem Luſtrauere in equis. Proiectis armis:depoſitis iſignib⁹. Da uilẽ Magno:his oĩbus omiſſis:q̃ fieri ſolẽt in funere magnoꝝ ducũ:ſatis eſt Põ.ut uel uile ſepulchrũ ei cõcedas. Robora.i.ligna:qbus rogus cadaueri conſtruit. Vſtor ſordidus:cremator nõ deſit. Nõ Cornelia:qa ppiquiores ſolebãt ſubiicere facẽ:uel uxor uiro:uel filius patri.

OMNI BON.

Sit ſatis:ideſt ſufficiat ad irã ueſtrã.ſi fortunæ ſuccẽſetis Põ.uel nimiũ inuidetis. Imperat:bene qa ipſa præ dolore nõ potuiſſet ſubiicere facẽ. Abeſt:nã arrepta erat nauis unde uehebat Cornelia cũ Pomp.comitibus. Sic fat:hæc ubi dixit Codrus:uidit igentẽ rogũ haud pcul inde:ubi cuiuſdã cadauer crematũ fuerat:acceſſit ergo:& ignẽ cõſtituit:petẽs ueniã a manibus eius cuius rogo crematus eſt. Vile.i.cuiuſdã plebei. Suis:qa ſui dereliquerãt illud. Inde:ex illo rogo. Subducens.ſ.a corpe. Vmbra:o aĩa. Neglecta:q̃ nullo cuſtode cõbureris. Nec ulli cara:qa ſi cara eſſes:tui te cuſtodirẽt uſq ad ultimũ buſtũ. Iã cõpoſitũ:qa rogo ſupimpoſitũ cõburebat. Manus hoſpita.i.mei hoſpitis externi.legit alibi ultia. Si qu.ſe.p.fa.reſpexit ad opinionẽ epicureoꝝ falſam:ac ſtolidã:q aĩa ſimul cũ corpore extingueret. Scio inqt ſi poſt mortẽ ſenſus aliquis ſupeſt:q tu quoq uolẽs,ac libẽs mihi cõcedes:ut ignẽ de tuo rogo ſuſcipiã. Rogo.ſ.Põ. Teq pudet:& nõ ſine pudore hoc uideiut corpus tuũ cremet:Põ.uero ihumatus reliquat. Plenuſq ſinus.i.hñs ſinus plenos:tãta cupiditate cõburẽdi ferebat. Fluctu relatus:qa dum iundaret mare pene a littore i maria retraheret corpus. Procul.i.ante oculos.nã utrũq ſignificat.& porro ab oculis & p oculis. Premũt no.co.p a nobili corpore nulla robora pmunt.hypallage eſt.ſignificat aũt nõ altũ:& ſublimẽ rogũ ſtructũ:ſicut p qualitate fortunæ rogus ſtrui ſolebat. Nulla ſtrue:quod obſcurius dixerũt poetæ in ſeqnẽtibus declarat.eſt ergo ephexegeſis.i.expoſitio ſupra expoſito. Ille ſedẽs iuxta:Codrus poſtq̃ rogo fragmẽtis nauis cõſtructo Põ.ſupimpoſuit:ueniã ab eo petit:ſi nõ p ipſius dignitate ſepulchrũ pararet. O Maxie duct.nã Põ.ſicut in hiſtoria legimus fama ſui nominis totum orbẽ impleuerat:cũ maxime reges:atq nationes bello ſubegiſſet. Vna.i.ſola. Si tibi iactatu:ideſt ſi maluiſſes fluctibus maris dilacerari q̃ in hoc humili ſepulchro ſepeliri:iuſta cauſa eſt:cur mihi ignoſcas:cum hoc animo fecerim:ne corpus tuum eſca eſſet alitibus:piſcibus:& feris.

Triſtior iſte rogus:manes:animãq; potentẽ
Officiis auerte meis:iniuria fati
Hoc fas eſſe iubet:ne ponti bellua quicquã:
Ne fera:ne uolucres:ne ſæui Cæſaris ira
Audeat:exiguã q̃tum potes accipe flãmam
Romana ſuccenſe manu.fortuna recurſus
Si det in Heſperiã:non hac in ſede quieſcent
Tam ſacri cineres:ſed te Cornelia Magne
Accipiet:noſtraq; manu trãſfundet in urnã.
Interea paruo ſignemus littora ſaxo:
Vt nota ſit buſto:ſiquis placare peremptum
Forte uolet:plenos & reddere mortis hono(res:
Inueniet trũci cineres:& norit arenas:
Ad q̃s magne tuũ referat caput:hęc ubi fatus
Excitat inualidas admoto fomite flammas.
Carpitur:& lentũ Magnus diſtillat in ignem
Tabe fouens buſtũ:ſed iam percuſſerat aſtra
Auroræ præmiſſa dies:ille ordine rupto
Funeris attonitus latebras in littore quærit.
Quã metuis demens iſto p crimine pœnam:
Quo te fama loquax oẽs accepit in annos:
Condita laudabit Magni ſocer impius oſſa.
I modo ſecurus ueniæ:faſſuſq; ſepulchrum
Poſce caput.cogit pietas imponere finem
Officio:ſemuſta rapit:reſolutaq; nondum
Oſſa ſatis neruis:& inuſtis plena medullis
Aequorea reſtinxit aqua:cõgeſtaq; in unum
Parua clauſit humo:tunc ne leuis aura rete(ctos
Auferet cineres:ſaxo cõpreſſit arenã:
Nautaq; ne buſtum religato fune moueret:
Inſcripſit ſacrum ſemuſto ſtipite nomen.
Hic ſitus eſt Magnus. placet hoc fortuna ſe-
pulchrum
Dicere Pompeii:quo condi maluit illum:
Quã terra caruiſſe ſocer:temeraria dextra
Cur obicis Magno tumulũ:maneſq; uagãtes

SVLPITIVS ¶ Triſtior:moleſtior. Auerte:remoue:noli aſpicere. Iniuria fati:aduerſitas iniuſta:qua a fato premeris. Bellua:piſcis. Quicquã:aliquid te indignũ. Succenſe:cõbuſte. Romana:qđ tibi aliquo ſolatio eſſe poteſt. Noſtra manu:ipſe enim te aduehã. Interea:anteq̃ ad Corneliam referaris. Paruo ſaxo:marmore nõ te digno. Nota buſti:ſignũ ſepulchri mi. Placare:iuſta:& inferias ſoluere. Caput:quod his cineribus deeſt. Inualidas:lẽtas & debiles. Fomite admoto:adhibitis aridis lignis:& nutrimẽtis. Carpitur:ſuccẽdit:cõſumitur. Tabe:pingui:& adipe:quæ igne reſoluebatur. Dies:lux. Rupto ordine:nõ cõtinuato officio: nam relinquere cogitabat. Quam metuis:arguit eũ imprudẽtis metus:quod cum æternã famam ſit hoc facto conſecuturus:nullũ cruciatum metuere debet. Crimine:officio:quod uelut crimen paues:certe Cæ te id feciſſe probabit. Securus:circa cum ſpe. Cogit pietas:pietate coactus eſt. Officio:funeri. Inuſtis:nõ combuſtis. Cõgeſtaq; in unum Parua clauſit urna:collecta modica terra occultauit. Retectos auferet:retegeret & auferret. Compreſſit:grauauit. Buſtum buſti ſaxum. Sacrum uenerabile:quo indicatur & buſtum ipſum ſacrum eſſe. Semuſto ſtipite:torre:& ligno uſtulato. Situs:humatus.nam proprie ſiti dicuntur:qui conditi ſunt:nec tamen ante:eorum ſepulchrum eſt:q̃ iuſta facta:& corpus exeſum:ut ait in legibus Cicero.Appianus tradit ſepulchro Pompeii ab alio fuiſſe inſcriptum:Tẽpli põdus erat modica:qui clauditur urna.procedẽte tempore cum tumulus ſub arena eſſet obrutus:ſtatuæ etiam:quæ Pom.a neceſſariis eius circa montem Caſium ex ære erectæ ſteterant:in templi adytu iam uetuſtate exeſæ ſeruarentur:ab Hadriano imperatore ſumma diligentia perquiſitæ:& inuentæ ſunt cum ad oras illas acceſſiſſet.Tumulus quoq; mandato eius perpurgatus:ſtatuæ erectæ:ſic ut denuo ab omnibus dignoſci poſſet.hæc Appianus. Maluit:qa turpius fuit ita ſepeliri q̃ carere ſepulchro:& ideo Codrũ arguit. Dextra:Codri. Obicis:opponas.

OMNIBON. ¶ Triſtior:ideſt tibi moleſtius eſt tale ſepulchrũ tõſequi:q̃ nullum. Officiis meis:hoc eſt ne confideres uilem meum officium:ſed officii religionem & pietatem:quæ me induxit:ut hoc facerem. Fati:diſpoſitionis diuinæ:quia uſq; adeo fata tibi aduerſa fuerunt:ut periculum ſit:ne ſi hoc uile ſepulchrum non conſequaris:lacereris omnino a feris & alitibus:ideo non eſt nefas putandum:quod ego te hoc uili ſepulchro condiderim. Audeat:ſcilicet aliquid contra corpus tuum. Quantum potes:q̃ celerrime fieri poteſt benignus:& libens cremeris. Exiguam:humilem. Romana manu:Romani ciuis. Recurſus in Heſperiam:ideſt ſi Dii conceſſerint:ut in Italiam redeam:nõ patiar te hic iacere. Nõ hac i ſe.eſt humili ſepultura. Cornelia accipiet:& accipiendo noſtro utetur miniſterio. In urna:ſcilicet maiorum tuorum. Interea:ideſt dum tempus illud aduenerit:ut in ſepulturam digniorem tranſferri poſſis. Signemus ſaxo:ut dignoſci poſſit:ubi nam reliquiæ tui corporis iaceant. Vt nota:ideſt notatio:& ſignum. Plenos:ideſt perfectos tuos honores:nam mortis honorẽ ſepulchrum appellat. Referat caput:ut totum corpus in uno ſepulchro condatur. Excitat:incendit. Inualidas:infirmas flammas. Admoto fomite:fomitem appellat materiã aridã:qua fouetur ignis. Carpitur:ſcilicet corpus Põpeii. Diſtillat:liqueſcit. Tabe:ideſt adipe corporis ignis accendebatur. Sed iam percuſſerat aſtra:iam illuxerat cũ ſibi metuens Codrus incohatũ ſepulchrum reliquit:poſtea pietate coactus eſt redire ẽt cum diſcrimine ſalutis ſuæ. Dies præmiſſa Auroræ.i.ante Aurorã. Percuſſerat aſtra:qa ſuperueniẽte die aſtra offuſcantur. Ordine rupto:interrupto rogo inchoato. Demens iſto pro crimine p.reprehendit illũ Lucanus dicens:illũ nequicquã timuiſſe:nã nec ipſe quidẽ Cæ.adeo crudelis eſt ut ſepultura Põ.prohibere uelit. Crimine:ſicut tu exiſtimas. Fama loq.diuulgãs.nõ adeo ẽ culpa:quod oſſiũ tuũ fecit:ut tui nois fama ppetuo duret. Cõdita laudabit:ne timeas ingt ipſe ẽt Cæ.q̃uis ipius ſit:laudabit hoc oſſiũ tuum. I modo

um. I mod o:nec metuas ueniã tibi datũ iri. Faſſaſq;.i.fatere te feciſſe ſepulchrũ: & hoc amplius agas: caput etiã poſce:qđ habiturus es:ut reliquo corpori cõiungas. Cogit pietas:ut officiũ impleat ĩcohatũ. Plena:qa nõ bene uſta erãt oſſa. Cõgeſta in unũ:ideſt oĩa ſimul cõpoſita. Tunc ne leuis: & ne forte aura effoderet oſſa nõ profundius demiſſa:ſaxo preſſit. Nautaq;: & ne forte nauta illic ſepulto ſaxo religaret nauẽ:& fune forte trahẽci ſaxũ remoueret:inſcripſit ſaxo epitaphiũ:ut dignoſci poſſet ibi cõditas Magni reliqas. Se muſto ſtipite:carbone literas fecit epitaphii. Placet hoc fortuna:ita uoluiſti o Fortuna: ut hoc ſepulchrum Pompeio fieret. Quo condi: Cæſar maluit Pom. tam uile ſepulchrum conſequi: q̃ omnino inhumatum iacere. Condi:ſepeliri. Terra:ſepulchro. Temeraria dextra: hic Lucanus Codrũ quaſi reprehẽdit: q; dicat ibi nomen eius cõprehendi: q; fama ipſius: & gloria totum orbem terrarum impleuerat. Obicis tumulũ:ideſt cur Pom. tumuli breuitate coerces.

Includis? ſitus eſt qua terra extrema refuſo
Pendet in Oceano Romanũ nomen:& omne
Imperiũ Magno ẽ tumuli modus:obrue ſaxa
Crimine plẽa Deũ.ſi tota ẽ Herculis Oethe:
Et iuga tota uacant Bromio Nyſæia: quare
Vnus ĩ Aegypto Magno lapis? omnia Lagi
Rura tenere poteſt:ſi nullo in ceſpite nomen
Hæſerit:erremus populi: cinerumq; tuorum
Magne metu:nullas Nili calcemus arenas.
Quod ſi tam ſacro dignaris nomine ſaxum:
Adde actus tantos:monumẽtaq; maxĩa reȝ:
Adde truces Lepidi motus:Alpinaq; bella:
Armaq; Sertorii reuocato conſule uicta:

Maneſq; uagantes: quod ibi una cum corpore nomen eius ſepultum ſit:an neſcis ipſum toto orbe terrarum cognitum: ac celeberrimum eſſe. Vagantes: ideſt totum orbem pererrantes.

¶ Includis manes: animam, & umbrã: quæ errant: quietas iuxta cinerẽ reddis:nam tota terra erat Magno ſepulchrũ. Pendet:ſuſpenſa attingit:indicatq; uniuerſam terram. Modus:mẽſura. Obrue:ne appareãt, tege. Crimine: culpa.id enim Diis aſcribit: quos ab indignitate arguit. Oethe:mons Theſſaliæ ubi cõſumptus eſt, & ſepultus Hercules a Philoctete. Iuga Nyſæia:mons Helicon: ubi eſt ſepulchrum Bacchi: & Nyſa uicus. Vacãt Bromio:cõſecrata ſunt Baccho. Omnia Lagi Arua tenere poteſt: in qualibet Ægypti parte ſepultus uidebitur:ſi nomẽ eius a ſaxo deleas. legit alibi Rura tenere &c. Lagi:quæ Ptolemæus primus Lagi filius tenuit. Hæſerit: affixum ſit. Erremus:ſimus in errore. Metu: religione: & ueneratione. Nullas Nili calcemus arenas:in Ægyptum. Dignaris: dignum facis. Tantos actus: tot acta: & geſta. Monumenta:inſcriptionem ſummarum rerum: quas ſtrictim recenſet: & nos, quia ſuperius dicta ſunt, uix attingemus. Lepidi motus:qui acta Syllæ tentans reſcindere a Qu. Catulo Cn. Pompeio auſpiciis bis ex alpibus & Italia:tum ex Sardinia:ubi etiam mouerat bella:pulſus perit. Conſule:Metello: quo reuocato Pompe. in eundem Sertorium miſſus ipſum confecit. SVLPITIVS

¶ Situs eſt:nõ eſt hoc tanto tumulo ſitus Magnus: ſicut tu dicis: ſed eſt poſitus ea parte: qua Sol oritur: & occidit: hoc eſt in omnes partes terrarum. Terra extrema:uſq; ad extremos terrarum fines peruenit Pomp. nomen: & fama. Refuſo pendet Oceano: mare Oceanum totum terrarũ orbem ambit: & terra dicitur ibi pendere q; in centrum deſcendit: nec in aliquam partem declinare poteſt: natura enim eſt corporis cuiuſq; grauioris: ut in centrum deſcendat: quaſi in locum ſuum. terra ergo cum grauior ſit omnibus elementis ſuo pondere libratur in medio totius orbis: & primo quidem aqua: deinde aere: poſtea uero ſuperiori elemento ſuſtinetur: ut ĩ nullam partẽ inclinare poſſit: ideo ſuo pondere librata ſuſtinetur. Refuſo: reſpexit ad naturã quod fluit: & refluit. Magno tumuli: ſi uis menſurã & modum ſepulchri ſcire Pompe. Codre: ſcito late patere: nec breuius eſſe: q̃ quo fama populi Roma. peruenit. Obrue: ſubmerge fluctibus maris. Saxa: quibus coerceri Pompe. dixiſti: nam id etiam ſuperius inuidioſum eſt: ut dicatur Pompe. tam breui tumulo coerceri. non enim ſine Deorum inuidia hoc fieri: aut dici poteſt. Si tota eſt: a minori ad maius arguit. Dicit enim ſi alii quorum uirtus inferior fuit: magna & ampla monumenta conſecuti ſunt: quid non Pompe. & ipſe conſequi debet: non enim inferior Hercule dicendus eſt: non regibus Ægyptiis: qui magnas moles pyramidum pro ſepulchro habuerunt. Tota Oethe. mons Theſſaliæ: ubi combuſtus eſt Hercules a Philoctete: cui arcum: & ſagittas dono dedit. Nyſæia: Nyſa uicus eſt in Helicone: & ciuitas in Arabia: in qua nutritus fuit Bacchus: de cuius nomine ipſe Nyſam in India cõdidit. Bromio: Libero patri. multa nomina habet Bacchus: quoq; unũ eſt Bromius. Rura tenere poteſt: dignitate enim ſua meruit occupare omnia: quæ tenuit Lagus primus rex Ægypti. Erremus: pro errabimus. Nullo ceſpite: melius fuerat o Codre: ut nomen Pomp. nuſquam ſcriberetur: quia uniuerſam Ægyptum pro ſepulchro haberemus: nec in Ægypto ullum locum calcare auderemus: ne piaculum committeretur. Calcemus: ne forte calcemus cineres Pomp. Quod ſi tam ſacro: ſed ſi placet o Codre nomen Pompe. inſcribere ſaxo: plenum facito epitaphium: & ibi res eius geſtas inſcribe: & ita breuiter perſtringit geſta Pom. Actus: res geſtas. Si dignaris: ideſt dignum facis. Monumentaq; maxima: ideſt maximorum rerum hiſtorias. Adde truces Lepidi motus: hic Lepidus acta Syllæ reſcindere tẽtauit: quẽ auſpiciis Pompe. Qu. Catulus bis ab alpibus: & Italia pepulit: hic in Sardiniam: quo cõfugerat: bellũ mouit: inde pulſus paulopoſt periit. Truces motus: qui audebat acta Syllæ reſcidere: quibus reſciſſis: bellũ ciuile renouaret. Alpina: unde pulſus fuerat. Armaq; Sertorii: nam Sertorius populi Ro. hoſtis iudicatus Hiſpaniã occupauit: & magno exercitu cõparato bellũ aduerſus populũ Roma. geſſit: in quo ſæpe uictor euaſit: tandem cum a Metello propemodum uinceretur: factiõe Pomp. lata eſt lex: ut ſucceſſor mitteretur Metello: & ipſe Pompe. electus eſt contra Sertorium: qui deinde per proditionẽ Sertoriũ oppreſſit: nam Perpenna cum ſuis ipſum inter epulas trucidarũt. Reuocato cõſule, i. Metello: in cuius adminiſtratiõe ea omnis puincia poſita fuerat.

OMNIBON.

Nyſa ubi

Et currus:quos egit eques:commercia tuta
Gentibus & pauidos Cilicas maris:adde ſub
Barbariẽ:gẽteſq; uagas:& qcqd ĩ Euro (actã
Regnoꝝ:Boreaq; iacet.dic ſemper ab armis
Ciuilem repetiſſe togam:ter curribus actis
Cõtentum patriæ multos donaſſe triũphos.
Quis capit hæc tumulus?ſurgit miſerabile (buſtũ
Nõ ullis plenũ titulis:non ordie tãto
Faſtorum:ſolitumq; legi ſuper alta Deorum
Culmina:& extructos ſpoliis hoſtilib⁹ arcus.
Haud procul eſt ima Pompeii nomen arena
Depſſum tumulo:qđ nõ legat aduena rectus.
Qđ niſi mõſtratũ Romanus trãſeat hoſpes.
Noxia ciuili tellus Aegyptia fato:
Haud equidẽ ĩmerito Cumanę carmine uatis
Cautum:ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles:ripaſq; æſtate tumentes.

SVLPITIVS ℄ Eques:ante tempus enim & nondum ſenator triumphauit. Cõmercia:nauigationes:& commutationes rerum:hocq; dixit propter maria a pyratarũ incurſiõibus liberata. Pauidos maris:nã in Mediter:aneis locis iuſſi habitare ad mare nõ accedũt. Barbariẽ:ut Aſiam:Pontũ:Armeniã:Paphlagoniã.Cappadociã:Ciliciã: Syriam:Scythas:Iudæos:Albanos:Iberiã:Cretã:Baſternas. Genteſq; uagas:Scythas. Repetiſſe togã:rediiſſe ad urbana officia:eſtq; a modeſtia laus ꝙ non ſit molitus tyrannidẽ.& ab ĩduſtria:ꝙ ſe non dederit otio. Ter cur. actis:tribus triũphis. Donaſſe:attuliſſe multoꝝ utilitatẽ:& decus. Surgit:erigit̃. Faſtoꝝ:librorũ in quibus toties conſul:& imperator indicabat̃. Solitum:nomẽ. Culmina:in qbus erat inſcriptũ. Arcus:triũphales. Extructos ſpoliis:ex præda:& manubiis ædificatos. Haud ꝓcul eſt ima arena:eſt uicinum arenæ humili:quæ præ culminibus & arcubus ẽ ima. Legat rectus:legere poſſit niſi inflexus. Trãſeat:ignoret:& ꝑtereat. Noxia:ꝑ apoſtrophẽ Ægyptũ deteſtat̃:cũ ꝑpetuæ ſiccitatis ĩprecatiõe:carmẽq; illud Sibyllinũ:qđ qndecim uiri interꝑtati fuerãt:ne Ptolemæus cũ exercitu Ro.in regnũ reduceretur:ut ĩ epiſtolis Ci.poeta ad Põ.Septimiũ & Codrũ referri uult:nã e duce miles euaſit Põ.ſtatim:ut in regis ſcapham deſcendit. Noxia ci.fa. nocẽs ciuis ſatali morte. Haud immerito cautũ:nõ ſine cauſa cauit,prohibuitq; Sibylla. Ora Peluſia:hoſtium Peluſiacũ. Heſperius:Roma. Tumẽtes:increſcẽtes.

OMNIBON. ℄ Et currus:triumphauit enim ſimul de Africa:de Hiſpania:occiſis hic Domitio:illic Cn.Carbõe:ante ætatẽ,quod nõ licebat:tamẽ ipſe obtinuit:& cũ reſiſteret Sylla:ne cõtra leges triũpharet:quãquã auſpiciis ipſius bene geſſiſſet:tunc Põ.triũphabo inquit. & Sylla:quomodo:ne tu cũ adhuc puer ſis:audes dicere triũphabo cõtra leges populi Ro.cõtra uolũtatẽ meã:qa inqt Põ.tu es tanq̃ Sol occidẽs:ego uero ſum tãq̃ oriẽs:quo audito Sylla animi magnitudinẽ admirat⁹:magno clamore dixit ſæpius:triũphet:triũphet:& ita triũphauit. Cõmercia tuta gẽtibus.i.debellatis pyratis:qa tunc demũ cõmercia tuta eſſe cœperunt:poſtquã pyratæ debellati ſũnt:qui uniuerſum mare reddiderant infeſtũ:adeo ut portum Ro.occupauerint:& ibi prætorẽ cũ lictoribus in ipſo portu Hoſtiæ ciuitatis uicerit. Gẽteſq; uagas:Iberos:Albanos:Hircanos:Colchos:Armenios:Cilices:& cæteros populos montis Caucaſi:id eſt qđ ait barbariẽ:& gẽtes uagas. In Euro,Boreaq;.i.in oriente uſq; ad ſeptentrionẽ:quia ab occidẽte uſq; ad ſeptentrionẽ pertingit Caucaſus:cuius plures accolas domuit:lege Pli.& Plutarc. Dic ſꝑ ab armis C.r.t.adde hoc:quod etiã eſt maximus Pom.ſplendor:q; uidelicet nunquã tanto imperio uſus eſt:nunquã tantã ex hoſtibus uictoriã cõſecutus:qui ſtatĩ finito imperio:& debellatis hoſtibus:& depoſitis inſignibus imperii:ſimul etiã animũ ciuica cõditiõe minorẽ deponeret:nunquã Põ.uoluit ciuica cõditiõe maior uideri:cæteri uero poſtquã ad principatũ ciuitatis euaſerant:maiores cæteris haberi uoluerũt:& tyrannidẽ appetebãt. Ab armis:idest a bellis debellatis hoſtibus. Ciuilẽ togã:ideſt ſemper ſe ad ciuilẽ cõditionẽ:ut æquo iure cũ cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus actis:tribus triumphis:uno de Sicilia ſimul & Africa:& altero de pyratis:tertio de Mithridate.nã potuit triũphare de Africa:ſemel de Sicilia:ſemel de pyratis:de Sertorio:de Mithridate:de Tigrãne:tñ donauit hos oẽs triũphos patriæ:& ſatis habuit ter triũphaſſe. Surgit:erigit̃ Põ. Miſerabile:ſordidũ:& hũile. Titulis:nullis laudibus. Faſtorũ:pro magiſtratibus poſuit.libri enim ſunt:in quibus conſulũ:& aliorum miniſtratuum nomina ĩſcribebant̃. Tanto ordine:qa Põp.cõſul ſæpius fuerat ſæpe etiam ĩperator cũ exercitu miſſus aduerſus hoſtes:& nomen quoties imperiũ geſſerat:toties faſtis inſcriptũ erat. Solitũ legi.ſ.Põ.nomẽ quod in ordine templorũ inſcribi cõſueuit:& in arcubus:quoꝝ adhuc nõnulli in urbe Ro.ſpectãtur:nunc legitur in imo littore:ad commiſerationẽ mouendam hoc ſcribit Lucanus. Culmina Deoꝝ:in Capitolio. Arcus:ſic enim arcus ædificabant Ro.cũ uictoriã ex hoſtibus retuliſſent:ut in modũ arcus ædificio ſtructo:ibi res omnes geſtas pingerẽt aut fingerẽt.adhuc arcus,& ſtatua Pom.Ro.ſpectatur:in quo etiam ſunt candelabra:quæ de tẽplo Salomonis rapuit. Depreſſum:calcatum. Quod non legat:cum antea legeretur a ſuſpicientibus culmen templis nec legi poſſet:niſi aſtantibus:neceſſe nunc eſt:ut qui uelit legere nomẽ Pomp.in littore curuetur. Rectus:ſed incuruus propter humilitatem tumuli. Quod niſi monſtratum:& ſi forte Ro.hac tranſirent:niſi monſtraretur Põp.nomen non agnoſcent. Noxia tellus:apoſtrophat nunc ad Ægyptum:& inuehitur in eã dicẽs uere carminibus ſibyllinis canebatur:ne miles Ro.Ægyptũ tãgeret:& nõ ſine rõne cauerat Sibylla:ne Ro.miles in Ægyptũ ueniret:hoc oraculũ religioſi obiiciebant Ro.his:qui Ptolemæũ cum exercitu in regnum reſtituere uolebãt:& creditum eſt illud impletum cum Craſſus in Aſſyria:quæ adiacet Ægypto cum omni exercitu deletus eſt:nunc refert ad cædem Pom.oraculum Sibyllæ Lucanus. Ciuili fato:propter ciuile fatum. Haud immerito:nõ ſine ratione. Vatis Cumanæ:Sibyllæ Cumææ:quę fata Ro.deſcripſerat libris:ad quorum cuſtodiam quindecim aſſeruabantur. Peluſia:Peluſium unum ex hoſtiis Nili. Ripaſq; æſtate tumentes:ripas Nili:qui quotannis creſcebat:& Ægyptum in undas feralem reddebat:& núc quoq; illud idẽ facit.

℄ Precer:

¶Precer:imprecer. Crimine:culpa mortis Pom. Retentus or.non egrediens regionem. Vertat aquas:mutet curſum:& Aegyptum non amplius irriget. Steriles:facti ſteriles ariditate. Putres:ſolutas:& puluereas:quales ſunt in deſertis Aethiopum præ nimio Solis ardore. Nos in templa:Aegyptum cum exprobratione ĩgratitudinis arguit. Iſim:lanificii Deam:in quam Io uacca a Ioue conuerſa eſt:eius ſacra Ro.tranſlata ſunt:erectumq; ei templum in campo Martio:faciebant ei nouem diebus caſtiſſime. Canes:Anubim dicit:quem Virg.latratorem appellat:hoc eſt Mercuriũ:qui canino capite colitur in ciuitate canũ:in qua honor:& ſacer quidam cibus eſt SVLPITIVS.

Quid tibi ſæua precer ꝓ tãto crimĩe tellus?
Vertat aq̃s Nilus:quo naſcit̃ orbe:retentus:
Et ſteriles egeant hybernis imbribus agri:
Totaq; ĩ Aethiopum putres ſoluaris arenas.
Nos in templa tuã Romana accepimus Iſin:
Semideoſq; canes:& ſiſtra iubentia luctus:
Et quẽ tu plangens hominẽ teſtaris Oſirim:
Tu noſtros Aegypte tenes ĩ puluere manes.
Tu quoq; cũ ſæuo dederis iã tẽpla tyranno:
Nondum Pompeii cineres o Roma petiſti:
Exul adhuc iacet umbra ducis:ſi ſæcula pria
Victoris timuere minas:nunc excipe ſaltem
Oſſa tui Magni:ſi nondum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent:quis buſta timebit?
Quis ſacris dignã mouiſſe uerebit̃ umbrã?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus:& uelit uti

canibus cõſtitutus:ut ait Stra.Colunt aũt uniuerſi Aegyptii aĩalia q̃dam:ut bouem:canem:ſælem:accipitrẽ:& ibim:lepidotũ:& oxyrynchũ piſces:ut ex Strabone late in luce.cõmemorauimus:ſeorſum aũt ouem:latũ piſcem:lupum:cynocephalum:ceptum:aquilam:leonem:caprum:hircum:murem:araneum. Siſtra:ſiſtra ſunt cymbala:& inſtrumenta rotunda:quæ in ſacris Iſidis concutiebant̃:& ad quoꝝ ſonitum conueniebant. Seneca de uita beata: Cum ſiſtrum aliquis concutiens ex imperio mentit̃. Iubentia luctus:in dicenda Iſidis ſacra:quæ ſunt quatenus paruulum filium:uel perdiderit:uel inuenerit:nam primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora contundunt:ſicut ipſa:cum perdidit fecerat:deinde puer producitur quaſi inuentus:& in lætitiam luctus mutat̃. Oſirim:Oſiris Iouis ex Niobe Phoronei filius regnum argiuum Aegyaleo fratri relinquens:Aegypto expugnata Iſidem duxit uxorem:inde cum a Typhone fratre occiſus:dilaniatuſq; eſſet:a regina plorante:& anxia tandẽ inuento diſcerpto cadauere apud Philas illud in Abbaco ſepeliuit:ſed mox cum Aegyptiis bos maculis inſignis apparuiſſet:eum Oſiridem exiſtimantes pro numine coluerunt. Teſtaris hominem:oſtendis non bouem:ſed hominem fuiſſe. Tu quoq;:Ro.increpat. Tyranno:Cæ.quem in Deoꝝ numero aſcripſit Auguſtus:eiq; templum erexit:& plebs columnã numidici marmoris in foro erexit:apud quã ſacrificare,& uota ſuſcipere perſeuerauit:ut Sueto.ſcribit. Iã piaſti:placaſti,legit̃ ſic alibi:o Roma petiſti. Sæcula pri.illi qui uixere Cæ.tpe:qui Pom.tã uili ſepulchro iacere uolebat. Excipe:reduc in urbẽ. Subruta:ĩmerſa. Inuiſa:quã odio habuerit:qui in eo neglectus iacuerit. Quis buſta time.qm̃ mortuoꝝ cineres ſacri erant:& niſi cũ ſcelere loco moueri nõ poterãt:neminem inquit oportere metuere illos effodere:& in meliorẽ,ut colant̃,locũ transferre. Vmbram:corpus:a quo umbra non diſcedit. Sacris:diuinis honoribus. Imperet hoc nobis utinam ſcelus:utinam tanquam ad ſcelus patrandũ hoc nobis muneris detur:& ego damner ad Pompe.cineres referendos:nam feliciſſimus mihi uiderer. Siſtra quæ Oſiris qui

¶Precer:pro imprecer. Vertat aquas:imprecabor inquit:ut Nilus in fontẽ ſuũ redeat:nec poſt hac Nilus inundet:ut ſterelitate habitare ibi nemo poſſit. Aethiopũ:ſicut apud Aethiopas ardore Solis terra in puluerẽ reſoluit̃:ſic tu quoq; ſoluaris. Nos in tẽpla tuã:nõ ſimiles fuerũt Ro.tibi o Aegypte:nã nos Deos tuos accepimus:& in his tẽpla cõdidimus:tu uero manes noſtri Põ.iſepultos iacere pateris. Iſim:Ionẽ Inachi:q̃ mutata eſt in uaccã:caudæ cuius Iuno œſtrũ ſubiecit:quo illa agitata totũ orbẽ terraꝝ peragrauit:tandẽ peruenit in Aegyptũ:& cũ in ripa cõſtitiſſet Nili forte ſuſcipiẽs uiſa eſt ſupplicare Ioui:ut ſui tandẽ miſeret̃:& ſe in priſtinã formã reſtitueret:qua reſtituta:admirãtibus Aegyptiis:eã ꝓ Dea Nili coluerũt:& Iſim uocarũt:cuius uir fuit Oſiris. Tuã:q̃ apud te colit̃. Semideoſq; canes:Mercuriũ:quẽ Anubim uocãt.Vir.Omnigenũq; Deũ mõſtra:& latrator Anubis.nã colit̃ apud Aegyptios in forma canis:& lingua Aegyptia Anubis canis dr̃.Canũ (ut inquit Strabo) ciuitas eſt:in qua Anubis colit̃:& honor,& ſacer quidã cibus canibus eſt cõſtitutus.Quædã.n.aĩalia ſunt:q̃ uniuerſi Aegyptii colũt:quẽadmodũ ex terreſtribus tria:bouẽ:canẽ:ſelẽ.ex uolatilibus accipitrẽ:atq; ibim.ex aquatilibus duo lepidotũ piſcẽ:& oxyrynchũ.ſunt alia,q̃ ſeorſum colit. Et ſiſtra iubentia luctus:ſiſtrũ eſt inſtrumentũ ad ſimilitudinem tubæ:cuius cantu Aegyptii quiq; cõgregati imitabant̃ plangores Iſidis:nam Oſiris uir fuit Iſidis a Typhone fratre laceratus:quem diu cũ lachrymis.& plangore q̃ſiuit:de quo multa ſunt apud Diodoꝝ. Tu tenes noſtros manes.i.principũ noſtroꝝ umbras. Tu quoq; cũ ſæuo:nunc ipſam quoq; Ro.reprehendit:q ad ſua uſq; tempora in Aegyptio puluere oſſa Pompe.iacere permiſiſſet:q ſi excuſationem meruerint ſuperioris temporis:q Cæ.metuebant:nunc certe nihil habent:quo ſe excuſare poſſint. Sæuo tyranno:ſcilicet Cæſa.quem in Deorum numeꝝ tranſtulere Ro.quod etiam Virg.oſtendit:Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum.nam ſtellã:q per aliquot dies continuos apparuit:Cæ.eſſe animam in cælũ recepti(ut ait Suetonius)dixerunt.& hac de cauſa ſimulachro eius in uertice addebatur ſtella auctore Plinio. Exul:extra ſolũ patriæ ſuæ. Priſca ſæcula.ſ.quibus Cæ.oia tenebat. Nunc exci.ſ.Ro.cineres Pom.transferendo. Si nondum ſubrupta.i.ſi nondum fluctus maris oſſa Pomp.abſtulit. Pendent:permanent:ubi poſita fuerant. Quis buſta timebit:nec eſt quod dubitet quiſquam id laturam moleſte umbram Pompe.quaſi ſepulchrum ipſius uiolaret:non enim hoc erit uiolare ſepulchrum:ſed ſacrificare:ut ex tam ſordido:& uili loco:in ſedem ſuam:& patriam reducatur. Sacris:ſacrificiis. OMNIBON.

Dignam umbram:animam Pompe.quæ digna eſt:ut ipſi ſacra Deorum more Ro.exhibeãtur. Imperet hoc nobis:ſi alii hoc uerentur:ut id mihi minus demandetur:exiſtimabo.n.me animæ Pompe.rem gratam facere.

SVLPITIVS ¶ Violare:quod uenerari eſſet. Forſitã:Ro.aliquando monitu Deû:ut malis liberẽtur Pom.cineres relaturos dicit:& alludit ad illud qđ quinto libro diximus de Phrygibus:q Atym ſepelire ſunt ab Apolline iuſſi. Athenienſibus:q ſiccitate laborãtes:mortẽ Androgei piauerũt.& Lucanis:q peſtilẽtia uexati Palinuri manibus,Apolline iubente,placatis:liberati ſunt.de ea dixit aũt illic:Suſtulit iras Telluris ſterilis monſtrato fine reſoluit Aera tabificũ. Sulco:terræ. Feralibus:peſtiferis. Ignibus:incendiis. Aut terræ mouẽti tecta:aut terręmotibus. Buſta:cineres.metonymia. Nã q ſi publici deſiderii:& cõmodi gratia id etiã faciendũ dicit:quoniã nautæ oẽs:q in orientẽ nauigarẽt illuc eẽnt ad Põ.nauigandũ:uel cũ incõmodo acceſſuri. Syenẽ:oppidũ in Thebaide ſub æſtiuo Cancri tropico cõſtitutũ:ut diximus ſupra. Torrẽte:adurente. Thebas:Aegyptias:q ſunt ſub Tauro quẽ conficiunt Pleiades. Imbrifera:pluuiali. Mutator:mercator:& cõmutator. Auertat:a curſu ad parẽtãdũ diuertat. Præferre:nõ ut cẽſeat Põ.Ioui pferẽdũ:ſed qđ potius buſtũ Põ.q Iouis Caſii tẽplũ uiſurus ſit. Iſta:tã humilia. Nunc es:inſultatio in fortunã:& in Cæſ. Auguſtius:ſacratius,& maius templis Cæſ. Ab æquo.a fluctibus:qui e Libya in Caſiũ illidũtur.

Noſtro Roma ſinu:ſatis o nimiumq; beatus:
Si mihi contingat manes tranſferre reuulſos
Auſoniam.ſi tale ducis uiolare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili cum poſcere finem
A ſuperis:aut Roma uolet feralibus auſtris:
Ignibus aut nimiis:aut terræ tecta mouenti:
Conſilio:iuſſuq; Deum tranſibis in urbem
Magne tuã:ſũmuſq; feret tua buſta ſacerdos.
Nam quis ad exuſtam Cãcro torrẽte Syenẽ
Ibit? & imbrifera ſiccas ſub Pleiade Thebas
Spectator Nili? quis rubri ſtagna profundi:
Aut Arabum portus mercis mutator eoæ
Magne petet:quẽ nõ tumuli uenerabile ſaxũ
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertat?maneſq; tuos placare licebit:
Et Caſio præferre Ioui.nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ.templis:auroq; ſepultus
Vilior umbra fores.nũc es ꝑ numine ſũmo:
Hoc tumulo fortuna iacens:auguſtius aris
Victoris libyco pulſatur ab æquore ſaxum.

OMNIBON. ¶ Noſtro ſinu:q̃a gremio ipſo cineres:& oſſa Põ.Ro.trãſferã. Satis o:optãtis eſt. Violare:nõ erit uiolare ſed honorare. Forſitã aut ſulco:fortaſſe Ro.tũc reſtituet cineres tuos:ut inde trãſferant honorificẽtius:cũ urbẽ Ro.inuaſerit peſtilẽtia:aut certe terręmot⁹ cõcuſſerit:& accepta reſpõſa huiuſmodi erũt:ut nec peſtilẽtia illa,nec terręmotus ſedari poſſit:priuſquã oſſa in ſedẽ:& patriã trãſferant:ſicut etiã de aliis lectũ ẽ.nã Cybeles,& Aeſculapii ſimulachrũ in urbẽ trãſlatũ illã a peſtilẽtia liberauit. Sulco ſterili:ſignificat famẽ:& penuriã annonæ. Feralib⁹ auſtris.i.peſtiferis.nã auſter cũ regnat:calido eius feruore corrũpit aer. Ignibus nimiis.i.æſtibus:& ſiccitati agrorũ. Sũmus ſacerdos:pontifex maximus. Nam q ſ ad exuſtã:nemo eſt q hac trãſiturus ſit:ubi tua oſſa manẽt:q̃n nauẽ iubeat eo aduertere ſepulchrũ tuũ:qualecũq; ſit ſalutet:& ueneret. Syenẽ:Syene eſt ciuitas ſupra Alexãdriã:q̃n q; millibus ſtadiorũ.ſolſtitii die medio nullã umbrã iaciẽs.Pli.eſt.n.ſubiecta cancro. Thebas:Thebę ſunt Aegyptię:& Bœotię:ſed de Aegyptiis Thebis hic itelligit:q cẽtũ portas habuit:& Dioſopolis appellata.Strabo. Sub pleiade:ſub q̃ poſitæ ſunt Thebæ Aegyptiæ. Pleiades ſunt ſtellæ i Tauro:q ortu ſuo nauigationis tẽps ſignificãt:ut ẽt dictæ ſunt ἀπὸ τοῦ πλέω.i.a nauigo. Quis ru.ſt.i.q s nauigabit i oriẽtẽ:aut meridiẽ:neq;.n.poſſunt i oriẽtẽ,uel Libyã nauigare:niſi p mare libycũ:& i littore libyci maris poſita erãt oſſa Põ. Arabũ:populi ſunt oriẽtis felicis Arabiæ(auctore Stra.)ſeptẽtrionale latus faciũt deſerta haud exigua:oriẽtale pſicus ſinus:occidẽtale arabicus:auſtrale mare magnũ:qđ extra utrũq; ſinũ eſt:idq; totũ mare rubrũ uocat:qđ rubrũ appellat a Sole:cũ ſupra uerticẽ ẽ:uel a mõtibus ex aduſtiõe rutẽtibus. Cteſias uero Gnydius hiſtorię mãdauit:fontẽ quẽdã eẽ:q aquã rubicundã,ac minio plenã in mare emittit. Solinus etiã refert ultra peluſiacũ hoſtiũ Arabiã eſſe ad rubrũ ptinẽtẽ mare:qđ erythreũ ab Erythra rege Perſei,& Andromadę filio:nõ ſolũ a colore appellatũ Varro dicit:q̃a affirmat in littore maris iſtius fontẽ eſſe:quẽ ſi oues biberint:mutent uellerũ qualitatẽ. Auertat.ſ.ab his regionibus ad ſe nauigãtes per ea loca. Cinis in ſummis:q̃a fortaſſe fluctibus maris detecta erũt oſſa tua:ut etiã uideri poſſint. Præferre:ut digniore ſepulchro te cõdat. Caſio:mõs eſt i Arabia nobilis ſepulchro Põ. Caſio Ioui:q̃a in Caſio monte Iouis eſt tẽplũ,& Põ.corpus:ut dicit Strabo:nõ ꝓcul inde Magnus iugulatus fuit:& ab Aegyptiis dolo iteremptus. Nihil iſta nocebunt:nec erit cur tibi minor habeat honor:q i humili loco oſſa tua poſita maneãt:imo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua. Iſta buſta:uilia:& ſordida. Tẽplis,auroq;:quia ſi in tẽplis auratis cineres tui cõditi eſſent:minorẽ honorẽ pro dignitate cõſecutus eſſes. Tẽplis,auroq;.i.templis auratis:enudiadis. Pro numine ſummo.i.loco ſummi numinis habetur:q fortuna ſepulchri tui in tã uili loco poſita ſit:& ſubiungit rationẽ. Auguſtius aris:per ſimilitudinem oſtẽdit:dignius eſſe ſepulchrũ Põ.q̃ eorũ:qui ſepulti ſunt in Capitolio:unde Thuſci ſacerdotes:qui dedignabant ſacrificare Ioui in tẽplo conſtituto imolant uictimas in loco:ubi iacet flumẽ:nã Thuſci fuerũt religionis cultores maximi:ut Val.docet in primo.nũc ergo dicit q haruſpices Thuſci:quoties prodigiũ expiare uoluerũt fulminis(nam fulmẽ quoties aliquid percuſſerit prodigiale eſt) in locũ:quem de cælo tactum eſſe uiderint:bidentes ſacrificabant:& locum bidental appellabãt:nec quiſquam auſus fuiſſet in eo loco cõſiſtere:uenerabantur enim locum tanquam ſacrum:& Diis conſecrabant:idem continget ſepulchro tuo o Pompei.nam quemadmodum Thuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare Ioui capitolino:& immolabant bidentem:ubi fulmen cecidiſſet:ita etiam umbris tuis ſacrificia exhibebuntur a gentibus. Auguſtius:idest nobilius:& uenerabilius:unde auguſtum dicimus locum uenerabilem:quaſi aue guſtatum:ſic enim augures locum uenerabilem habebant:quem aues deguſtaſſent:uel quaſi augurio conſecratũ. Aris uictoris:templis Cæ.cui templa:& aræ extructæ fuerunt. Saxum:ſub quo cineres tui conditi ſunt.

SVLPITIVS

¶ Tarpeiis:ſenſus eſt:Molti populi:qui Deos Ro.colere noluerunt:ſepulchro & manibus Pom.ſacrificent:& ſic confirmat auguſtius eſſe:Strepant alii quicquid libet:huc tendit poeta. Tarpeiis Deis:qui coluntur in Capitolio:ut Iouis Apollini:Mineruæ:Iunoni. Numē incluſum ceſpite fuſco:manes Pom.ſepultos in terra Nili nigra:talis enim præ pinguedine eſt.alii legunt thuſco ceſpite ſulmen. Proderit:ſolamen eſt a ſuturo commodo:nam euerſo ſepulchro:quod breui durabit minores non credent Pom.mortuum:nec in Aegypto ſepultum:ſed in cælo regnare:ut putant Iouem Cretenſes. Olim:in ſuturum. Ardua moles:eminens ſepulchrum. Sparget: diſſoluet. Buſtum:buſti ſaxum. Argumenta:ſigna. Sit nulla ſides:non creditur. Erit tā men.putabiť ira mēdaciū dicere:ut Creta de Iouis ſepulchro:qđ I Creta fuiſſe Solinus:& Cice.in na.Deo.& Lactātius meminere.

Tarpeiis:qui ſæpe Deis ſua thura negarunt:
Incluſum thuſco uenerantur ceſpite fulmen.
Proderit hoc olim:qđ non manſura futuris
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulueris exigui ſparget non longa uetuſtas
Congeriē:buſtumq; cadet:mortiſq; peribunt
Argumenta tuæ:ueniet felicior ætas:
Qua ſit nulla fides ſaxū monſtrātibus iſtud:
Atq; erit Aegyptus populis fortaſſe nepotū
Tā mēdax Magni tumulo:q̄ Creta Tonātis.

OMNIBON.

¶ Tarpeiis Deis.i.Ioui:& Mineruæ:qui colunť in Tarpeia rupe.i.Capitolio. Thura:ideſt ſacrificia. Thuſco ceſpite:ideſt ara a Thuſcis ſacerdotibus extructa:nō .n.tantummodo in Thuſcia hæc faciebant:ſed ubicunq; fulmen conditum eſſet. Proderit hoc olim: qđ ibi ſepultus ſis o Pom.quia aliqñ cum aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferreť:& nulla tui ueſtigia ſepulchri appellabunt:id faciet ut omnes te Deū eſſe exiſtiment: cuius ſepulchrum in terris nuſq̄ inueniatur. Olim:aliqñ. Futuris:poſteris. Pulueris exigui non erit,inqť,opus diuturno tempore ad hoc: ut fluctus maris rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Cadeteť.i.in undas. Argumenta:probamenta. Venier ætas:in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſepulta. Felicior:quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus:quia ſi forte qs dixerit hic oſſa Pom.ſepulta fuerunt: non adhibebitur fides. Atq; erit Aegyptus:& fortaſſe idem continget tibi in Aegypto:qđ contigit Ioui in Creta.Nam in inſula Creta oñdebant ſepulchrum:qđ Iouis fuiſſe dicebāt:ſed nemo credere uolebat:idem & tibi continget o Pō. Varro in opere qđ de littoralibus eſt:ēt ſuis temporibus(ut ait Solinus)affirmat ſepulchrū Iouis in Ida Cretæ uiſitatum. Tam men.non erit mendax: ſed exiſtimabitur.



¶ Io.Sulpitii in nonum Lucani argumentum.

Spiritus in nono Magni petit æthera:pugnæ,
Reliquiaſq; Cato Libyæ tranſportat in oras:
Et cum Pompeio Magnum Cornelia luget:
Quem Cato commendans,Cilices caſtigat:& inde
Pec Syrtes agitur:libycas quoq; calcat arenas.
Hammonemq; tuens,ſerpentum ſenta peragrat.
Dux & ab Emathia Troianam uectus in urbem
It Pharon:& generi lachrymans pia conſpicit ora.

M.ANNEI LVCANI BELLI CIVILIS LIBER NONVS.

At non in Pharia manes iacuere fauilla:
Nec cinis exiguus tā tā cōpeſcuit umbrā:
Proſiluit buſto: ſemuſtaq; mēbra relinq̄ns:
Degenerēq; rogū:ſequtur cōuexa Tonantis

SVLPITIVS

At non in Pharia.Pom.animam:quæ terra cōdi non potuit:in campos Eliſios:qui ſub Lunæ regione ſunt,euolaſſe:& contemptis terris,atq; humana miſeria: in Bruti: Catoniſq; pectoribus requieuiſſe inquit. Manes : Pompe.anima. Pharia fauilla:cinere Aegyptiaco. Compeſcuit:cōtinuit. Proſiliuit extra ſaltauit. Sequitur conuexa: repetit cæli concauitatem.

OMNIBON.

At non in Pharia manes iacuere fauilla.Hic continetur primum quidem deificatio animæ Pom.deinde Catonis deliberatio cum militibus:quos cum uniuerſa ſecum tenebat:cui cum Cn.Pom.pręfectus erat:nam cum milites ad libertatem incitaſſet:perſuaſit eis:ut ſe pararent ad regem Iubam tranſire:ibi enim ſpē aliquam fore:ut regis huius auxilio rempub.recuperarent:& per quos labores:quæ ue pericula iter faciens profectus fuerit Lucanus deſcribit. Primū igitur ἀποθέωσιν: ideſt deificationem loquitur Pompe.quomodo anima eius ad cōparem ſtellam redierit : & deificata ſui corporis ludibria contempſerit. At:aduerſatur his:quę ſupradicta: uidelicet in anguſto:ac ſordido ſepulchro coercitos ſuiſſe cineres Pom.ſed e diuerſo anima in cæleſtem regionem ſublimis delata eſt. Tantam umbram:ideſt tantæ magnitudinis:& excellentiæ. Proſiluit:procul a buſto exiluit in aeream regionem. Semuſtaq; membra: quia nec tantum quidem lignorum:& fomenti habuit Codrus:ut plene corpus Pom.cremare poſſet. Degenerem:ſordidum. Sequitur conuexa Tonantis:reuertitur ad comparem ſtellam : & ad cæleſte domicilium.

SVLPITIVS ¶Qua niger:Eliſios campos in orbe lunari eſſe oſtendit:ea qua aer eſt coniunctus ætheri. Nigrum autem aera appellauit reſpectu fulgoris ætherei:& aſtrorum. Aſtriferis axibus:hoc eſt ſphæris planetarum:uidelicet Lunę quæ prima eſt. Patet:effunditur. Semidei manes:ideſt animæ beatorum:quæ ſunt in circulo lunari. Ignea: diuina:loquiturque ſecundum Platonicos:qui Deos & animas igneas eſſe dixerunt. & Virgilius: Igneus eſt illis uigor:& cæleſtis origo. Patientes:ibi enim purgantur. Imi:lunaris:qui eſt ſeptimus & infimus omnium. In orbes:in ſphæras:& circolos:a quibus deſcendit:nam anima in ſupremo cælo orta per ſeptem orbes in terras demittitur. Non illuc:non dites:ſed ſapientes:& optimi illuc admittuntur. Socratem enim dixiſſe Cicero tradit:animos hominum eſſe diuinos:iiſque cum e corpore exceſſiſſent:reditum in cælum patere optimo,& iuſtiſſimo cuique expeditiſſimum. Poſiti:ſepulti. Vero:clariſſimo.nam hoc noſtrum illi collatum eſt tenebroſum. Impleuit:Pompe. Stellas uagas:præter Solem & Lunam quinque planetas errantes. Aſtra: ſigna ipſa:quæ non errant:ſed cum ſtellato cælo uertuntur:ut ſunt:quæ in Zodiaco:& extra ipſum ſunt. Nocte:tenebris. Noſtra dies:lux:& uita humana. Ludibria:irriſionem:& contemptum. Volitauit:uolando quaſi adiit:nam per cælum uolans hæc deſpectabat. Claſſes:de quibus ſupra:Mille meæ graio uoluuntur in æquore claſſes. Scelerum uindex:uindicaturus cladem belli ciuilis. Sedit:quieuit contemplans. Bruti: qui erat Cæſa.confecturus. Inuicti:liberrimi animi.

Qua niger aſtriferis cōnectitur axibus aer:
Quaq; patet terras inter:Lunæq; meatus
Semidei manes habitant: quos ignea uirtus
Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit:& æternos animam collegit in orbes.
Non illuc auro poſiti:nec thure ſepulti
Perueniunt:illic poſtquam ſe lumine uero
Impleuit:ſtellaſq; uagas miratur:& aſtra
Fixa polis:uidit quanta ſub nocte iaceret
Noſtra dies:riſitq; ſui ludibria trunci.
Hinc ſuper Emathiæ cāpos:& ſigna cruenti
Cæſaris:ac ſparſas uolitauit ī ęquore claſſes:
Et ſcelerum uindex in ſancto pectore Bruti
Sedit:& inuicti poſuit ſe mente Catonis.

OMNIBON. ¶Niger aer:ideſt inferior:qui contiguus eſt planetis. Connectitur:contiguus eſt, uidelicet iuxta Lunam. Aſtriferis axibus:in aeream regionem: quæ eſt inter terram:& Lunam.nam Luna eſt inferior planetarum omniū:ſic enim ſe habent planetæ:Saturnus:Iuppiter:Mars:Sol:Venus:Mercurius:& Luna.axes enim planetarum globos appellauit:nam in uno quoque planetarum intelligi poteſt axis:ſunt enim ſphærici: quem alio nomine Græci polum appellant. Quaque patet inter terras:nam Luna inferior eſt planetarum omnium: apud quam inferiorem aeris regionem ſemidei habitāt:quos Græci heroas uocant: ἀπὸ τοῦ ἀέρος:ideſt ab aere:quia genere & uirtutibus digni aere:ideſt cælo habeantur. Quos ignea uirtus:ſecundum Platonicos dixit:qui animam dicebant eſſe ignem:& Deum ipſum πῦρ νοερὸν: ideſt ſenſibilem ignem eſſe diffinierunt. Innocuos:qui innocenter per omne uitæ ſuæ tempus uixerunt. Aetheris imi:inferioris reſpectu cæleſtis:nam ignis æthereus eſt omnibus ſuperior elementis:nunc autem dicit non poſſe quidem animam ad ſummum ætherem aſcendere: ſed in medio terrarum:ac Lunæ ſuum domicilium habere. In orbes:ideſt circulos. Collegit: ideo dixit: quia quas uirtutes amiſerat:dum per planetas:uel planetarum regiones deſcendit: eas nunc recuperando colligit in unum.ſic enim Platonici dicebant per planetas animas deſcendere:& ab his uirtutem quandam contrahere: ut a Saturno pigritiam:a Marte iracundiam:a Venere libidinem:& ſic de cæteris:de quibus uide Macrobium. Non illuc auro politi:ad comparem ſtellam inquit redeunt umbræ tantummodo eorum: qui cum uirtute uixerunt: non aūt diuites ſepulchro decorati ſecūdum Platonicos. nam tres fuerunt opiniones philoſophorum de formes. nam Anaxagoras dicebat formas eſſe inter materiam actu:ſed animas latere a nobis:& inſenſibiles eſſe:unde idē eſſe dicebant unum:& in omne eſſe:uidelicet forma cum materia: & materiam cum forma. Ariſtoteles, qui uiſus eſt melius ſentire, dicebat quidem formas eſſe intra materiam: ſed potentia: non actu:deinde ab extrinſeco agente de potentia in actum deferri. Plato & Platonici dicebant formas eſſe extra materiam in corporibus cæleſtibus ſeparatis:quorum qualitas ſub quaque ſtella naſceretur:corporibus deinde imprimi ab intrinſeco datore: uidelicet Deo:qui formarum dator eſſe dicitur:& cum e corpore ad ſtellam comparem redirent: ſub qua nati ſunt. Illuc:auream ſedem. Thure:ideſt aromatorum odoribus. Poſtquam ſe:nunc dicit quomodo Pompeius:poſtquam ad regionem illam:ubi heroes habitabant, peruenit:loca illa circunſpicere cœpit: & admiratione quadam perfuſus:reſpexit ad terras,& locum:ubi quaſi ludibrium quoddam corpus ſuum iacebat. Impleuit lumine uero:ideſt reuerſus eſt in comparem ſtellam:cuius qualitatem:& ſplendorem concepit. Stellaſque uagas: ideſt errantes.ſ. planetas: unde planetæ dicti ſunt ἀπὸ τοῦ πλανῶ: ideſt erro. Aſtra fixa polis: dicit non ſolum errantes ſtellas miratum fuiſſe:ſed etiam aliquas ſtellas fixas polis. Sidus enim a ſidio: quod ſedeo dicitur: ideo non recipit.y.nonnulli uolunt ut dicatur:& probabilius ἀπὸ τοῦ ὕδατος: ideſt ab aqua: quia ſidera humoribus nutriuntur:quod Plinius innuit:ideo habet.y. Noſtra dies:quia ad aereæ comparationem lux terrarum tenebræ potius dici debent. Ludibria trunci:cum uideret truncum corpus ſui ita dilacerari: primo quidem fluctibus maris:deinde ſemiuſtum condi ſepulchro:quaſi riſum continere non potuit. Hic ſuper:poſt hac umbra Pompei uenit in Theſſaliam:& ſpeculatus eſt quid ibi faceret Cæſar.deinde ad claſſem ſuam uenit:quæ adhuc intacta erat:cui Cn.Pompe.cum Catone præfuerat. Sparſas in æquore: quia adhuc omne mare erat Pompeii. Et ſcelerum uindex:tādem conſtitit in pectore Bruti:& ei inſudit quomodo Cæſa.interficeret:& amiſſam libertatem recuperaret. Vindex:qui ſemper tyrannos perſecutus eſt. Inuicti Catonis: in quem nulla ægritudo animi caderet:non ſpes:non metus:non gaudium:non dolor:& qui nullis uincebatur paſſionibus.

Sidus unde

¶Ille

¶Ille ubi: Cato, inquit, cum eſſet uiuo Pompeio uictorem odio habiturus: illo iam mortuo Pom. euaſit: & reliquias Pharſalicæ colligens non pro ſe: ſed pro libertate pugnauit. Plutarchus: Catonem præfectum cohortium .xv. audita clade Pharſalica: ea mente Corcyram: ubi naues erant delatus: niſi Pom. periiſſet: omnes in Italiam reduceret: ipſeq; ſolus tyrannidem fugaret: ſi euaſiſſet copias illi conſeruare: cum Ci. pernegan ti tradere copias non potuiſſet Pom. quem in Aegyptum: aut Libyam perueniſſe arbitrabatur: cum copiis omnibus nauigans Sexto occurrit: a quo accepta morte Pom. principatum petiuit: & a Cyrenęis receptum eſt: cum paucis ante diebus Labienum excluſiſſent. SVLPITIVS

Ille ubi pendebant caſus: dubiumq; manebat:
Quē mundi dominum facerent ciuilia bella:
Oderat & Magnum: q̄uis comes iſſet in arma
Auſpiciis raptus patriæ: ductuq; ſenatus.
At poſt Theſſalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat: patriam tutore carentem
Excipit: & populi trepidantia mēbra refouit.
Ignauis manibus proiectos reddidit enſes:
Nec regnum cupiens geſſit ciuilia bella:
Nec ſeruire timens: nil cauſa fecit in armis
Ille ſua: totæ poſt Magni funera partes
Libertatis erant: quas ne per littora fuſas
Colligeret rapido uictoria Cæſaris actu:
Corcyræ ſecreta petit: ac mille carinis
Abſtulit Emathiæ ſecum fragmenta ruinæ.
Quis ratibus tantis fugientia crederet ire
Agmina? quis pelagus uictas arctaſſe carinas?
Dorida tūc Maleā: & aptā Tænaron umbris:

Vbi: quando. Quem: an Cæ. an Pom. Oderat Magnum: quia poterat euadere dominus. Auſpiciis raptus patriæ: tractus auctoritate: & tutela. Ductu: duce ſenatu. Pompeianus: Pō. amator: & cultor. Excepit: fouendam ſuſcepit. Carentem tutore: ſic dixit: q̄ſi iā orbatā parēte Pom. Membra: ſparſas reliquias. Ignauis: uictis. Totæ partes: oēs Pō. Rapido actu: propera impulſiōe: & perſecutione. Actus enim impulſionē ſignificat. & agere ante ſe pellere, & perſequi: ut auctor ē Feſtus. Ouidius in Faſtis: Pars quia non ueniant pecudes: ſed agantur ab actu: Nomen Agonalē credit habere diē. Corcyræ ſecreta: inſulæ ſemotæ portū cū eiuſdem nominis oppido: quæ Pheacia etiam dicta eſt: diximus de ea ſupra. Hiſtoria autē ita ſe habet ex Appiano: cum quo poetæ & Plutarcho nō conuenit. Lucius igiť Scipio Pō. ſocer: cæteriq; quicunq; illuſtriores a Pharſalica pugna perfugerant: ad Catonē Corcyrā uerſus abiere: q ad alterius exercitus curā trecentarū triremiū cuſtodiā præterrelictus fuerat. Ita quicūq; ex ipſis clariores extitere Pō. copias, claſſemq; inter ſe partiti ſunt: Caſſius in Pontū ad Pharnacē profectus eſt: ut in Cæ. illū excitaret. Scipio, & Cato in Libyam enauigarunt: Vari fiducia: & exercitus: qui cum illo aſſeruabať: Iuba Numidarum rege pariter cum illis ad bellū. conſpirāte. Pom. autem primogenitus Pō. filius, Leuinoſq; cum eo copiarum partem deducentes i Iberiam ſunt profecti. Actus quid

Petit: non ſyncope eſt: ſed ecthaſis. Mille: hyperbole. i. trecentis. Fragmenta: ſuperſtites reliquias. Fugientia: cū præ numeroſa multitudine uiderētur eſſe uictricia. Victas: quæ uictorū erāt. Arctaſſe: anguſtaſſe: quia magnam eius partem occupabant. Maleam: promontorium Laconiæ: quam Dorida appellat a Doribus: ideſt Laconibus: qui circa eam in Peloponneſo ſunt: ſupra eam non tuta nauigatio erat: uentis aduerſis flantibus: unde natū prouerbiū: cū ad Maleā deflexeris: domeſticos obliuiſcere. Tænarō: promontoriū Laconiæ: in quo eſt antrū: quo itur ad iferos: quaq; Cerberū Hercules ad ſuperos extulit. Apertā umbris: q̄ umbræ eunt: & redeūt.

¶Ille ubi pēdebāt: oſtēdit qd nulla aīi pturbatione moueretť Cato: nā etiā Pō. ipſum, quoad uixit odio, habebat: metuebat. n. ne ipſe uincēs: libertatē cū repu. occuparet. Pēdebāt caſus: quoꝝ inclinaret uictoria. Dominum: uictorē. Oderat: q̄re ergo ſecutus fuerat Pō. Cato: ſi oderat: qa boni oēs ſeqbanť Pō. Aſpiciis raptus patriæ: ſed poſt mortē Pō. ideo factus erat Pō. Cato: qđ hæ partes tātū ſupererāt: i qbus ſpes libertatis poſita eſſet. Refouit: recreauit. Trepidātia: morte Pō. & milites ſpectabāt: ut quo ſe fortuna inclinaret: eo ſe conferrent: ſed Cato retinuit: & aīos illoꝝ trepidātes recreauit: & cū iā arma deponerēt: ipſos adhortatus eſt: cauſa libertatis recipiēdę. OMNI BON.

Ignauis ma. p manibus ignauoꝝ. Nec regnū cupiēs: nō. n. ſeruire metuebat: qd ergo eum adducebat ad libertatē tuendā: ſi nō metuebat. nō metuebat ſeruitutē: quia paratus erat mori. metuebat autē aliis non ſibi. Totæ partes: ſpectabat. n. ad libertatē Cato: non ad libidinē dominandi. Ne p littora: dicit qd fecerit Cato. metuens Cato celeritatē Cæ. q uictoria uti ſciebat: collegit claſſem omnē: & in portū Corcyræ ſubduxit: ut ita tuta eſſet.

Per lit. i. diuerſa maria. Rapido actu: pſecutione celeri. nā agere pſequi eſt: ut Quos illi bello profugos egere ſupbo. Virg. Mille carinis: adhuc pmagnæ fuerāt uires partiū Pompeianoꝝ: unde p re magna: ac admiranda legiť: q mille carinis Aſiā Græci iuaſerit: cū ad excidiū Troiæ nauigarēt. Fragmēta: reliqas. Quis ratibus: qs crederet mille carinas it actas. q. d. nemo: nā mille carinæ tātas uires habere poterāt: ut nō fugerent: ſed uniuerſo orbi terrarū bellū inferrēt. Tantis: ex quo cognoſci pōt: q̄tæ fuerint opes Ro. Arctaſſe pelagus: ut mare redderet anguſtū. Dorida tunc Maleā: pſeqť deſcribere curſū: quē Cato tenuerit: dū ſtudet reliqas militū Pō. ſeruaret: ſi quā rationē inire poſſet recuperādæ libertatis. Dorida Maleā. i. Ioniū mare nauigat: qđ pricipiū ſumit a Malea pmontorio: circa qđ Aegęū mare terminať: & totā inundat Ioniā a Malea uſq; ad fines Tenari: q̄ diciť aīabus deſcēſus ad iferos eē: hēt autē ab oriente Creticū mare: a meredie Africū: ab occidēte Tyrrhenū: & circa hæc maria Catonē nauigaſſe dicit. Dorida Maleā. i. Lacōica. nā circa eā fūt Dores populi Lacōiæ: ut refert Strabo. Malea ē poſt urbē Boiā: cū ad Maleā nauigaťr Amach⁹ occurrit urbs: ide Aſiæ: atq; cythiū Spartāoꝝ nauale nobile ītra. ccxl. ſtadia hēt ſtationē māu effoſſā: fuit nō tuta nauigatio ſupra Maleā pp aduerſos uētoꝝ flatus: ide ē natū uulgo pūerbiū: Cū ad Maleā deflexeris: domeſticos, obliuiſcere. Aptā Tænarō: Lacōiæ mōtē: i quo deſcēſus ad inferos eē dř: & (ut igť Strabo) in ipſo Lacōici littoris iflexu Tænarus ripa erecta ē: ſacrā Neptuni ædē cōſtructā continēs: i luco ppinquaq; ſpelunca: p quā Cerberū ab iferis ſuperius reductū ab Hercule fabulæ canūt.

SVLPITIVS ℭ Cythera: inſulā non longe a Malea: quæ antea Porphiris appellata: & a qua Venus Cytherea dicta eſt. Creta: inſula in Aegeo centū urbibus clara fama. Fugit: præter nauigantibus terrā: non nauis ſed terra, eū ad eū reſpiciunt, moueri uidet. Legit: nauigando ꝑterit. Dictæa: Dictæus Cretæ mōs eſt auctore Plinio. Præcludere portus claſſi: non recipere claſſem: ſed ꝑpellere. Impulit: expugnauit populū: urbem uero diripuit: & euertit. Phyconta: Phycos oppidum cum ꝓmontorio humili: qd̕ contra Tænarū Laconiæ iacet duoꝝ milliū: & octingentorū ſtadiorū tranſitu: &, ut inqt Plinius, per Creticū mare excurrit: diſtant. cccl. m. p. Tænaro ꝓmontorio. a Creta uero ipſa. cxxv. millibus.

Inde Cythera petit: Boreaq; urgēte carinas:
Creta fugit: Dictęa legit cedentibus undis
Littora: tunc auſum claſſi præcludere portus
Impulit: ac ſæuas meritū Phyconta rapinas
Sparſit: & hinc placidis alto delabitur auris
In littus Palinure tuū: neq; n. æquore rātum
Auſonio monuméta tenes: portuſq; quietos
Teſtatur Libye phrygio placuiſſe magiſtro.
Cū procul ex alto tendentes uela carinæ
Ancipites tenuere animos: ſocios ne maloꝝ
Anueherēt hoſtes: pręceps facit oē timēdum
Victor: & in nulla non creditur eſſe carina.
Aſt illæ puppes luctus: planctuſq; ferebant:
Et mala uel duri lachrymas motura Catōis:
Nā poſtq̄ fruſtra precibus Corneliā nautas:
Priuigniq; fugam tenuit: ne forte repulſus
Littorib' Phariis remearet ī æquora trūcus:
Oſtenditq; rogū non iuſti flamma ſepulchri:
Ergo indigna fui dixit fortuna marito
Accendiſſe rogum: gelidoſq; effuſa per artus
Incubuiſſe uiro? laceros exurere crines?
Mēbraq; diſperſi pelago componere Magni?
Vulneribus cunctis largos infundere fletus
Oſſibus? & tepida ueſtes implere fauilla
Quicqd ab extincto licuiſſet tollere buſto
In tēplis ſparſura Deū? ſine funeris ullo (ſan
Ardet honore rogus: māus hoc Aegyptia for
Obtulit officiū graue manibus. o bene nudi
Craſſorum cineres: Pompeio contigit ignis

Palinurus ubi — Palinure: Palinur' portus eſt in Africa: ut & in Calabria promōtorium: dictū a Palinuro nauis Aeneæ magiſtro. Aequore au. mo. te. hoc eſt in Calabria ad Veliam eſt argumentum nominis tui: ſed in Libya. Tum p. inde proſpiciens naues: quibus Cornelia cum Sexto Pom. uehebant: timuit ne Cę. eſſent. Aius: Catonis, & reliquoꝝ. Præceps: & celer: ſubitus. In nulla non: hoc eſt in oī. Vel Catonis duri: et cōſtantis Catonis: ſeueritatiſq; ſtoicę: qui non turbaret: & lachrymaret. Fruſtra te. qa nihil Pō. ꝓfuit. Priuigni: Sexti Pom. Repulſos: a fluctu redeunte. Remearet: referreret ī mare. Oſtditq; rogū: & ubi ex flāma indignā Pom. pyrā aſpexit. Ergo in. ſe in officioſam: & miſerandū funeris mariti cōquerens: Sextū & alios ad bella irritat: & dolori ſolo mori cōſtituit. Accendiſſe: ut moris eſt: auerſo uultu. Effuſa: extēſa cōplectendo ipſos. Laceros: quos laceraſſem mihi. mos. n. erat crinem euulſum in funere in rogo cōburere. Cōponere: apte collocare. Diſperſi: trūcati: non integri. Fletus: lachrymas. Veſtes: meā ſinū. Sparſura: ſparſim cōditura. Quicqd: cineres, & oſſa. Funeris: exeqaꝝ. nā nō pōpa aderat: nō familia: nō tibia: non ſandapila: nō laudatio: nō ꝑfica. Officiū: ſepeliendi. Grauē manibus: ingratū, & moleſtū umbræ tuæ. O bene nudi. q. d. o feliciores: qd̕ inſepulti fuiſtis: Pom. n. uſtus eſt maiore Deoꝝ odio. Craſſoꝝ: patris: & filii.

OMNIBON. Cythera ubi — ℭ Cythera: Cythera īſula: de qua nūc loquit Luca. cō modis iſtructa portub': eiuſdē nois urbe: quā Euricles Lacædemonioꝝ auctā ī peculiatis iuris poſſeſſionē uēdicauit: n̄ ꝓcul ē a Malea: teſte Strabōe li. viii. ī ea Ven' culta fuit: & Cytherea appellata. Boreaq; ur. quia hēt ab oriēte Creticū mare: a meridie Africū: ab oriēte Tyrrhenū. Creta fu. nā diſcedētibus a littore: littus fugere uī. Vrgēte: īpellēte. Legit: trāſit. Dictæa: Cretēſia. nā Dictæ mōs ē Cretæ. Tū. ſ. cū ad Phycōtē peruenit ſet: q̄ ciuitas ē ī Ionio: hi portus Catoni clauſere: iratus Cato expugnauit oppidū: & militibus diripiendū tradidit. Africa, auctore Solino, in duas ꝓminētias extendit: quoꝝ alteꝝ ꝓmōtoriū Cādidū dī: alteꝝ q̄ ē ī Cyrenaica regione Phycōtē uocāt: ea per ſinū Creticū oppoſita Cretæ inſulæ cōtra Tænarū excurrit. Impulit. i. euertit. Rapinas. i. meritā diripi clauden do portas Catoni.

Sparſit: diripuit. Et h. uenit deinde in Africā ad Palinuꝝ portū: a Palinuri Troiani gubernatoris noīe appellatū: cū tēpeſtate illuc delatus fuiſſet. ē et Palinurus ꝓmōtoriū Calabriæ nō ꝓcul a Velia notum uel carmine Virgiliano: ſed Stra. & Ptole. Palinuꝝ Africæ portū uocāt. ē aūt īter duos alios portus Phthiā, & Batrachū: cui non ꝓcul abeſt ꝓmōtoriū Ardanaxes: de quo rī luco amplius q̄ rēdū arbitror. Magiſtro: gubernatori Palinuro. Libye: caſus noīatiui ē. Portus q. i. portū Palinuri ī Africa trāqllū. Cū p. cū ibi eēt uidere naues ꝓcul ueniētes: & primo qdē timuere: ne eēnt naues Cæ. ſed erāt naues: qbus Cornelia cū Sexto Pō. & aliis Pō. comitibus. Tēdētes ue. īflatæ uētis. Socios: Pō. Pręceps oē ti. i. tāta erat celeritas Cæ. ī cōficiēdis rebus: ut ubiq; timeret. Et in nulla nō. i. credit ī una quaq; naue eē. Luctus: de morte Pōpei. Vel: et. Duri Catonis: auſteri: & fortis. fuit. n. ſtoicus Cato Vticēſis: q̄uis eſſet durus tn̄ cōtineri nō potuit: qn & ipſe ſolueret in lachrymas. Tenuit. i. retinere tētauit. Priuigni. ſ. Sexti Pō. q filius fuerat Aemiliæ: quā Pō. ante Corneliā in uxorē duxit. Rogū: ubi tūc cōburebat Pō. Flāma: p quā intelligebat locū eſſe: ubi corpus Pō. cremaret. Indigna fui: nec merui accendere rogū Pō. q adeo exiguus erat: ut nō plene corpus cōbureret. Cōponere: in unū colligere. Pelago: per pelagus. Et. ſ. fui indigna. In tē. ſp. qa poſtea cineres Pō. ī tēplis Deū cōdidiſſem: ſi id mihi facere licuiſſet. Ardet h. r. qa nemo ē: q decoret ſepulchrū Pō. Manus h. æ. fortaſſe Aegyptius ē: q meruit cremare Pō. corpus: qd̕ offī ī gratū ē Pō. ut ab hoſtili manu cremet. O b. n. C. c. dicit nūc ſatius eē: ut Pō. ihumatus iaceret: quēadmodū Craſſi: q hoſtili manu cremari. Craſſoꝝ ci. Craſſos, quos cū exercitu deleto rex Parthoꝝ Arſacides iuſſit inhumatos iacere.

ℭ Inuidia:

¶ Inuidia:odio. Coniugibus: ut Craſſo filio:& Pomp. Plenas: cinere,& oſſibus. Quid porro: ſeipſam uana optantem arguit: cum non ſit opus ei aut cineribus: aut monumento: nam ſemper ei adeſt memoria:& imago Pom. Porro:uero. Inſtrumenta:quæ te excitent:& irritent. Victura ſupſtes:hoc eſt aliqua diu uictoria poſt uiri mortem:nã ego dolore moriar breui. Maligna:non clara. Aliquid tui:aliquã partem de te. Reſedit:ceſſauit:extincta eſt. Ferens Pom.in quẽ Pom.corpus reſoluitur:oriente iã Sole. Et inuiſi tendunt in carbaſa uenti:& ego inuita a uẽtis odioſis auferor. Ventũ eſſe dicunt philoſophi aeris undã. Inuiſi:quia diutius ſpectare uellem. Tendunt:implent. Virgilius: Tendunt uela noti. Non mihi:nihil eſſe ei gratius Aegypto:& cineribus Pom. fatetur. Siqua:ut Pontus: Africa:Sicilia: Hiſpania. Terens: qui triuit i triumpho. Elapſus felix:iã oblita ſum Pom.felicem:cupio infelicẽ: qui continetur Aegypto: quam non incuſo: ſed quia Pom.tenet: eſt mihi gratior. Hærere: coniunctam me eſſe. Commendat:cariores facit. Linquere ſiqua fides: acclamatio eſt. Tu pete: Sextum ad bella reparanda ex Pom.mandatis irritat. Caſus: fortuna: pericola. Cõdita:ſeruata:ut eſſe curæ meæ uobis hæc aperire. Me cum fatalis: repetit Pom. uerba. Fatalis hora: tempus mortis. Vacet:uacuum ſit tempus. Sceptra: reges.metonymia. Impellite:concitate. Partes:officia,& diuiſiones, & factiones. Quiſquis Pom.hoc eſt Pompe. filius. Venerit in undas: deſcenderit in mare. Non dabit nullis:excitabit multos.

SVLPITIVS

Inuidia maiore Deum. ſimilis ne malorum
Sors mihi ſemp erit? nunq̃ dare buſta licebit
Cõiugibus? nunq̃ plenas plãgemus ad urnas.
Quid porro tumulis opus eſt? aut ulla reqris
Inſtruměta dolor? nõ toto in pectore portas
Impia Pompeium: non imis hæret imago
Viſceribus? quærat cineres uictura ſupſtes.
Nunc tamen hic:longe q fulget luce maligna
Ignis: adhuc aliqd Phario de littore ſurgens
Oſtẽdit mihi Magne tui: iam flamma reſedit:
Pompeiumq; ferens uaneſcit ſolis ad ortus
Fumus:& inuiſi tendunt mihi carbaſa uenti.
Nõ mihi nũc tellus Põpeio ſi qua triumphos
Vita dedit:non alta terens Capitolia currus
Gratior:elapſus felix de pectore Magnus:
Hũc uolumus:quẽ Nilus hẽt: terræq; nocẽti
Non hærere queror:crimẽ cõmendat arenas.
Linquere ſi qua fides Peluſia littora nolo.
Tu pete bellorum caſus: & ſigna per orbem
Sexte pñna moue:nãq; hæc mandata reliquit
Pompeius uobis in noſtra condita cura.
Me cum fatalis leto damnauerit hora:
Excipite o nati bellum ciuile:nec unquam
Dum terris aliquis noſtra de ſtirpe manebit
Cæſarib⁹ regnare uacet:uel ſceptra: uel urbes
Libertate ſua ualidas impellite fama
Nominis:has uobis pres:hæc arma relinquo:
Inueniet claſſes quiſquis Pompeius: in undas
Venerit:& noſter nullis non gentibus hæres

¶ Inuidia maiore Deum: ex hoc quod tam ſordido ſepulchro conditus eſt Pompe. cognoſcit ipſum Diis inuiſum fuiſſe. Inuidia: odio. Similis ne malorum Sors: eadẽ ne me ſemper fortuna ſequetur ut ſemper ſim a ſepulchro meorũ uirorum remota: ne mortem ipſorum lugeam. Nunquã dare buſta: nunquid mihi licebit intereſſe exequiis uirorum meorũ. Nunq̃ plangemus ad urnas: ſed procul a cineribus uirorũ remota ſemp ipſorum mortẽ lugeã. Quid porro tumulis: quaſi ſeipſam reprehendens dicit: quid opus eſt ſepulchro: nunquid non ſemper mihi obuerſatur imago Põ.ut abſentem etiã quaſi pñtẽ cõplectar. Porro:certe. Inſtrumẽta:adminicula lachrymarũ.pietas eorũ quos diligimus:eſt q̃ſi adminiculũ doloris. Hæret imago:ut mihi ante oculos poſita ſit. Victura illa q̃ uictura eſt:quærat cineres uiri ſui: ego autẽ non ſum ſuperſtes futura. Non tamẽ hic longe: pſequit̃ complorationẽ Corneliæ: quod cogeret̃ a nautis deſerere locos:ubi Põ.reliquiæ poſitæ fuerant. Qui fulget: ignis inquit lucens in littore Nili oſtẽdit mihi aliquã partẽ tui eſſe o Põ.quo fit: ut inuita diſcedã. Oſtẽdit:noli dicere ignis nõ oſtẽdit: immo non longe hinc oſtẽdit aliquid eſſe tui.uel legitur:Nunc tamẽ. Maligna luce.i.obſcura:qa iã extinguebatur. Flãma reſedit.i.extincta eſt. Ferens:pro auferens. Põpeiũ:quia oſtẽdit corpus Pom.crematum eſſe. Vaneſcit:quia in eoam partem fumus aſcendebat. Et.ſ.q̃uis ſint ueſtigia mei Pom.tamen diſcedere cogor. Mihi:ad dolorem meum. Non mihi nunc tellus:iam felicitatis Põ.oblita ſum: miſeriarum tantũ recordor. Gratior.ſ.Aegypto:uel q̃ hæc tellus ubi iacent Põ.reliq̃æ. Terẽs currus:nã triumphantes ſublimes uehebant̃ albis eq̃s ad Capitoliũ. Felix.ſ.felicitas Põ.penitus exceſſit. Hunc uolumus:& q̃a mihi hæc tellus gratior eſt:q̃ huiuſmodi regiones:cõſtitui(ſi fieri poteſt)nũq̃ hinc diſcedere:quoad uita ſuperſit.
Si qua fides:ideſt ſi mihi creditis o nautæ. Hũc:Põ. Hærere.i.qd' hic pñſtere nequeam conqueror. Crimẽ cõmendat arenas:quia hic occiſus eſt Pom.mihi cõmendabiliores:& gratiores efficiuntur arenæ. Tu pete bellorũ caſus:hic me deſere o Sexte:quoniã hæc mihi grata loca ſunt:ubi poſitæ ſunt reliquiæ Pom. Tu: quod ad te pertinet:accipe reliquias belli:& uindica libertatem: id.n.eſt:quod mihi pater tuus dedit in mandatis: ut uos monerem:ſi forte aliquid de eo contigeret:nunquã deſineretis patriam cum libertate tueri. Signa:uexilla. Cõdita cura:repoſita in noſtra ſollicitudine. Me cum fatalis:o Cornelia dicito meis uerbis Cn.& Sexto Pom.hæc uerba:O nati poſt mortem meã inquit ſuccedete mihi. Cæſaribus:quia Cæ.deſcendent. Vel ſceptra:ideſt uel reges:uel ciuitates:uel populos:qui potiuntur rerum:impellite uobiſcum:ut libertatem Ro.recuperetis. Vel urbes:libere uiuentes. Sceptra:monarchiã inquit regẽ. Nominis:ſcilicet Pom. Arma relinquo.ſ.tuendæ libertatis. Inueniet claſſes:& ſuperſunt uires adhuc:quibus hoc facere poſſitis:uidelicet claſſis adhuc intacta. Quiſquis Pom.i.aliquis ex gente Pom. Nullis non gentibus:ideſt quibuſlibet nationibus bellum inferre poterit.

OMNIBON.

Bella dabit:tantũ ĩdomitos: memoreſq; pater
Juris habere animos:uni parere decebit: (ni
Si faciet partes pro libertate:Catoni.
Exolui tibi Magne fidem:mandata peregi.
Inſidiæ ualuere tuæ: deceptaq; uixi:
Ne mihi commiſſas auferrem perfida uoces
Iã nunc te per inane chaos:per tartara cõiux:
Si ſunt ulla: ſequar: quam longo tradita leto
Incertum eſt:pœnas animæ uiuacis ab ipſa
Ante ferã: potui cernens tua uulnera Magne
Nõ fugere in mortẽ.planctu cõcuſſa peribit:
Effluet ĩ lachrymas:nũq̃ ueniemus ad enſes:
Aut laqueos: aut præcipites ꝑ inania iactus:
Turpe mori poſt te ſolo non poſſe dolore.
Sic ubi fata caput ferali obduxit amictu:
Decreuitq; pati tenebras: puppiſq; cauernis
Delituit:ſæuumq; arcte complexa dolorem
Perfruit̃ lachrymis: & amat ꝑ cõiuge luctũ.
Illã non fluctus: ſtridenſq; rudentibus Eurus
Mouit:& exurgẽs ad ſũma pericula clamor:
Votaq; ſollicitis faciens contraria nautis:
Cõpoſita in mortem iacuit:fauitq; procellis
Pria ratẽ Cypros ſpumantibus accipit undis

SVLPITIVS ¶ Indomitos:generoſos:& liberos. Iuris paterni:libertatis:& patriæ defendendæ. Si faciet partes:ſi defenſores cogeret. Exolui fidem:ſeruaui promiſſa. Inſidiæ tuæ: ꝙ me in mari reliqueris. Vixi ne mihi auferrem uoces:uiuere uolui hactenus: ut hæc uobis fideliter dicerẽ:nã uero his actis,ut peream,operã dabo. Chaos inane: ſpatioſas inferni tenebras. Si ſunt ulla:ex Senecę ſententia uidetur hoc dicere:ait enim in libro de conſolatione ad Martiam:Cogita nullũ defunctũ malis affici.illa,quæ nobis inferos faciunt terribiles: fabula eſt. Quã longo tradita leto Incertum eſt:ignoro mortis meæ tempus:quã me diſcruciando:& torquendo doloribus miſeram animam anticipabo. Ab ipſa: anima. Feram: auferam. Cernens:anima. Non fugere in mortem: non ſeparari a corpore. Peribit:excutietur plangendo:& lachrymando:nam ad uim mihi inferendam:& præcipitia nunquã deſcendam. Per inania:per aerẽ.

Turpe:dolori dedecoris ſtimulum adiicit. Obduxit:texit lugẽtium more:qui ueſtem mutant:& in publicum nõ prodeunt:& lucem euitant. Ferali:nigro.

Arcte complexa dolorem: uehementiſſime dolens.

Perfruitur: fructum,uoluptatemq; capit. Luctũ: ſqualloré:& tenebras. Mouit: deſiſtere fecit a fletu. nam ſolet affectus recens ueterem tollere. Clamor: nauticus. Peritura:in quibus acti tempeſtate uerſabantur. Contraria:illi enim ſalutem:ipſa mortem optabat. Cõpoſita:apte collocata. Virg.Sic o ſic poſitũ affari diſcedite corpus. Fauit: adhortata ẽ: & laudauit. Prima rate:ex Aegypto primũ ĩ Cyprũ uenet.

OMNIBON. ¶ Tantũ indomitos:uos tantummodo animos gerite dignos paterno nomine:nõ deerunt uobis opes:nõ populi: quibus dignitatẽ ueſtram defendere poſſitis.

Tantũ:tãtummodo. Indomitos: ne ſeruire uelitis.

Iuris:paternæ poteſtatis. Vni parere decebit:Catoni:ſi modo ipſe uoluerit partes libertatis tueri. Exolui tibi Magne fidem:hæc ſunt mandata:quæ mihi tradidit Põ.dũ uiueret: illa aperui uobis: ueſtrum igitur erit exequi uolũtatem paternã. Inſidiæ ualuere tuæ: quia clã id agebas:ut ante me e uita excederes. Perfida:quia niſi hæc mandata aperuiſſem filiis tuis:quæ ꝑmiſeram:a fide deſtitiſſem. Auferrem uo.ſ.ſi tecum mortua eſſem. Iam nunc te per inane chaos:poſtquã tibi fidẽ ſeruaui:nũc reliquũ eſt:ut te ſequar quocũq; ſenſus tuus peruenerit. Per inane chaos:chaos ſignificat confuſioné elemẽtorũ omniũ:ſic diffinitur:Chaos eſt inordinata,indigeſtaq; moles:& dicitur a χ... .i.cõfundo:nã antequã Deus elementa diuiſiſſet:erant omnia ſimul confuſa: & hoc chaos apud inferos eſſe dicunt: quia ibi perpetua nox eſt:& confuſio rerũ omniũ. Inane:ideo dixit:ꝙ ibi ſpiritus ſine corpore habitent:nã inane uacuũ dicitur:qđ ſine corpore eſt. Tartarus:locus inferior apud inferos:idẽ eſt quod chaos. Tartarus dicitur ἀπὸ τοῦ ταράττειν.i.perturbando:quod ibi omnia perturbata ſint. Si ſunt ulla:dixit ſecundum Epicureos:qui dicebant animã:uel omnia ſimul cum corpore perire. Quã longo tradita leto:uita mihi inſtar mortis eſt:ea uero q̃ lõga futura ſit:incertum eſt.ſed ſi diuturnior fuerit:pœnas ab ipſa ſummam anima uiuaci. Pœnas animæ feram:ego mihi ipſi mortem conſciſcam. Animæ uiuacis:quæ diu,nimiumq; uixerit. Potui cernens: tam dura fui tibi ut ſuperſtes eſſem:& dolore nimio non cõficerer:cũ te oculis meis occidi uiderem. Non fugere in mortem.i.tibi eſſe ſuperſtes. Plãctu concuſſa peribit:quando ita uiuax fuit anima mea:ut nec dolore quidem mortis tuæ ex hoc corpore diſceſſerit:ſaltem ipſo planctu e pectore diſcedet: quia tam diu pectora plangã:ꝙ ipſam excedere cogam. Planctus proprie eſt percuſſio pectoris. Effluet:reſoluetur in lachrymas. Nunquam ueniemus ad enſes:quibus iugulum aperiamus non ad laqueos: non ad præcipitia ueniemus: ſed ipſo dolore peribimus. Turpe:turpe eſt eni uxori:quæ uirũ ſuũ amet:non poſtea ipſo dolore perire. Obduxit caput: ordo eſt:Illa delituit:ubi obduxit caput. Obduxit:circundedit:texit. Ferali:nigro:& atro amictu; ſicut lugentes ſolent.

Chaos quid

Plãctus quid

Pati tene.ideſt nunquam prodire in lucem. Complexa dolorem:quia quantum dolorem poterat animo complectebatur: ut cito moreretur. Perfruitur la. ideſt fructum quendam capit ex lachrymis. Illum non fluctus: cum ſe Cornelia in profundã partem nauis recepiſſet:& ibi operto capite:obſtinato animo:mori ſtatuiſſet:nec clamoribus nautarũ mouebatur:nec procellis:aut tempeſtate maris:quin etiam optabat naufragium. Fluctus: perturbatio:& inundatio maris. Rudentibus:ideſt propter rudentes.Sunt enim funes quibus uela tenduntur.

Rudentes quæ

Clamor.ſ.remigum. Pericula:quia inſtante periculo:& procellis armamenta nauium proiiciebant. Votaq; ſollicitis.ſ.periculo inſtante:nautæ uotũ faciebant:ut incolumes in portum uenirent, Cornelia uero, ut naufragio periret. Compoſita:conſtructa. Fauitq; pro.i.gratas habuit ꝓcellas. Prima ratem Cypros:primũ ingt nauis:qua uehebat̃ Cornelia cũ Sexto & comitibus ꝑuenit Cypron:unde curſus in Libyã tãdẽ ꝑuenit:ubi erat Cato cum altero Pompeii filio primogenito. Cypros:nominatiuus eſt græcus, κύπρος:hæc Cyprus Cypri.

¶ Tenens

¶ Tenens pelagus: ſlare non deſinens: & mare propellens. Moderatior: remiſſior. Caſtra Ca. quæ erant ad Palinurum. Magnus: Cn. Pompeii filius: qui cum Catone erat. Fratrem: Sextum. Fertur præ. celer naui occurrit. Stat ſum. uiuit ne ille: in quem reducitur totus orbis. Romana: res Romanas: imperium: & libertatem. SVLPITIVS

Quem ſors diſ. qui neq; interfuiſti: neq; uidiſti: quæ nos. Audis: & non uidiſti: ut ego. Periit: ſyncope. Impuro: inceſto. Hoſpitii fre. ſu. fidẽs Diis hoſpitalibus: & beneficentia: quam in reges Aegyptios cõtulit. Cecidit ui. mactatus eſt uelut uictima pro regno qđ donauerat Ptolemæo. Socerũ: Cæſarem. Ora du. Pom. caput ueruto ſuffixum. Hæc: ora ipſa. Seruari oculis: ut uideat Cæ. Fidem ſceleris: ut crederet a ſe interfectus Põ.

Inde tenẽs pelagus: ſed iã moderatior eurus:
In libycas egit ſedes: & caſtra Catonis:
Triſtis ut in multo mens eſt præſaga timore:
Aſpexit patrios comites a Littore Magnus:
Et fratrem: medias p̃ceps tũc fert' in undas:
Dic ubi ſit germane parẽs: ſtat ſũma: caputq;
Orbis: an occidimus? Romanaq; Magn' ad
Abſtulit? hęc fat': quẽ cõtra talia fr. (umbras
O felix: quem ſors alias diſperſit in oras:
Quiq; nefas audis: oculos germane nocẽtes
Spectato genitore fero: non Cæſaris armis
Occubuit: dignoq; perit auctore ruinæ.
Rege ſub impuro Nilotica rura tenente
Hoſpitiis fretus ſuperis: & munere tanto
In proauos: cecidit donati uictima regni.
Vidi ego magnanimi lacerãtes pectora p̃ris:
Nec credẽs Phariũ tantũ potuiſſe tyrannũ:
Littore Niliaco ſocerum iam ſtare putaui:
Sed me nec ſanguiſ: nec tantũ uulnera noſtri
Affecere ſenis: quantum geſtata per urbem
Ora ducis: quæ tranſfixo ſublimia pilo
Vidimus: hęc fama eſt oculis uictoris iniqui
Seruari: ſceleriſq; fidem quæſiſſe tyrannum.
Nã corp' Pharię ne canes: auidęq; uolucres
Diſtulerint? an furtiuus: quẽ uidimus: ignis
Soluerit: ignoro: quæcunq; iniuria fati
Abſtulit hos artus: ſuperiſ hęc crimina dono
Seruata de parte queror. cum talia Magnus
Audiſſet: nõ in gemitus: lachrymaſq; dolorẽ
Effudit: iuſtaq; furens pietate profatur.
Præcipitate rates e ſicco littore nautæ:
Claſſis in aduerſos erumpat remige uentos:

Corpus: truncum. Diſtulerint: laceratum in fruſta abſtulerint. Soluerit: in cinerem uerterit. Quæcunq; iniuria fati Abſtulit hos artus: qualitercunq; fuerit abſumptus: ſic uolentibus Diis: æquo animo fero: & ipſis non imputo, & ignoſco iniuriam: ſed caput ſeruatũ doleo. Nõ in ge. nõ gemuit & fleuit p̃ dolore. Effudit: emiſit: & oñdit. Iuſta: q̃a p̃na. Præcipitate: celeriter e littore i mare deducite: & remis ĩpellite: ẽt uentis obſtãtibus. Erumpat: exeat: & eat remis impulſa.

¶ Tenens pelagus. i. Eurus in pelago regnãs: nam Eurus orientalis eſt: qui idoneus eſt de Cypro nauigantibus in Libyam. Moderatior: quia nõ nimis uehemẽs ſpirabat. In Libycas ſedes: ibi. n. Cato p̃erat claſſi cũ Cn. Pompeio. Triſtis ut in uultu mens: & cum de littore p̃ſpiceret Cn. Pompeius: & comites patris de puppe cognouiſſet: iam tunc mens mali præſaga nil boni diuinabat: ſed aliquid mali afferri: quemadmodum fit a magno timore. Præceps: ſine ulla cõſideratione fertur cupidus ſcire: quid nam de patre eſſet. Dic ubi ſit: uerba Cn. Pompeii ad Sextum. Stat: uiuit ne: an una cum illo peribimus. Romana: res Romanæ cum eo perierunt: ſi ipſe periit. O felix: nunc magna cum miſeratione fratri reſpondet Sextus Pompeius. O felix. ſ. es o Cn. comparatione mei: quia tibi audire contigit: quod patri noſtro accidit: ego autem peiori conditione ſum: quod non audiui: ſed meis ipſe oculis uidi. Oculos nocentes: uidendo patrem occidi. Non Cæſaris armis: ad indignitatem: & moleſtiam hoc quoq; acceſſit: quod occiſus eſt iuſſu indigni hoĩs: nam ſi iuſſu Cæ. interfectus eſſet: hoc nobis æquiori aĩo ferendum eſſet. OMNIBON.

Dignoq; perit auctore ruinæ: nã confiſus eſt regi Ptolemæo: cuius pater aliquando in regnum redditus fuerat: auctore Pom. patre noſtro: & ipſius iuſſu occiſus ẽ.

Impuro: impio: & nocenti rege. Hoſpitiis ſuperis: poteſt eſſe dialyſis. i. diſtinctio. uel ſuperis. i. hoſpitalibus Diis fretus. uel ſuperis pro ſupernis hoſpitiis. i. ſuperioris temporis: quia hoſpitio Pom. uſus eſt: cũ pater Ptolemæi in regnum reſtitutus eſt Pom. iuuante: quo tempore Ro. uenit pulſus a ciuibus: ut a ſenatu, po. q; Ro. in regnum reſtitueretur: nunc a Ptolemæo eius filio: tanquam uictima occiſus eſt. Munere tanto: quia auctore Pom. reſtitutus eſt in regnum. Donati regni: nam milites ſuos Gabinio conceſſerat Pom. quibus ille reſtitutus eſt in regnum. Magnanimi patris: quia fortiter: & libenti aĩo mortuus eſt. Sed me nec ſanguis: ſed tametſi magno dolore confectus ſim: qđ patrem occiderunt: tñ id mihi ẽt multo moleſtius fuit: qđ telo patris caput trãſfixum a' proficiſcẽtibus per urbem Alexandriæ geſtatum eſt: & ſeruatum: ut Cæ. uictori oſtendatur. Affecere ſenis: quia ſenex ideo minus moleſtum eſt: nã ẽt ſi occiſus non eſſet: tñ haud ita multo poſt moriturus erat. Per urbem: Alexandriam. Fidem quęſiſſe tyrannum: ut oſtenſo capite tum deniq; fidem p̃ſtet cõmiſſi ſceleris. Nã cor. Pha. de reliquo corpore nunquid expoſitum ſit alitibus & feris eſca ignoro: an rogo ignis quem de littore uidimus combuſtum ſit. Diſtulerint: dicauerint: laniauerint. Furtiuus: clam accenſus a Codro. Soluerit: cremauerit. Quæcunq; iniuria fati: hæc oĩa ignoſco ſuperis: q; uoluerint patrem meum indigno ẽi funere cremari: dũmodo totum corpus uoluiſſent in aliquo ſepulchro: qualecunq; illud eſſet: condi. Crimina: q; indigne ſepultus fuerit. De parte: de capite. Cum ta. Magnus: dicit Cn. Pompeium audita cæde patris indignatum fuiſſe & tanta ira incaluiſſe: ut nec punctum quidẽ t̃pis differre uideretur: qui ſtatim armata claſſe Aegyptum peteret: ut manes patris ulciſceretur: ſed prohibitus eſt a Catone. Magnus: Cn. Pom. primogenitus. Pręcipitate: celeriter agite: & raptim deducite naues in mare. In aduerſos uentos. i. impellite remis naues etiam contra uentum.

SVLPITIVS ℭMerces:præmiũ. Manes:corpus,& aiam.nã corpore ſepulto:manes errare deſinũt. Satiare Magnũ ſanguine tyrãni:dare Ptolemæũ Pom.inferias. Semiuiri:mollis,& effœminati. Non ego:ita ferũs minat̃ ſe Alexandriam euerſorum:& Alexandri,omniumq; regum ſepulchris dirutis cineres diſperſurum. Adytis:ex conditorio. Mareotide:palude Aegypti: quã efficit Nilus reſtagnans:& dr̃ Marie tactus. Amaſis: Aegyptioꝝ rex : qui (ut ait Diodorus)uiolentius q̃ cæteri regnauit:ſepultuſq; fuit in immenſa pyramide.eius Herodotus meminit: fueruntq; ante eum in Aegypto reges trecenti.&.xxx. Torrente:uelociter inundante. Nudo:inſepulto. Euoluam:extraham. Apis:bos ſacer:qui idem eſt:qđ Oſiris. Tectum li.alluſit ad Aegyptioꝝ habitum:qui utũtur lineis ueſtibus. Oſirim:qui in ſuo Aſylo ſupra Sari latere creditur:q̃q̃ fabulantur Iſim multis in locis eũ ſepelire finxiſſe metu Typhonis:& uno tm̃ in loco ſepeliuiſſe:ut tradit Stra. Suppoſitiſq; Deis: ſubmiſſis cadaueribus:& ſtatuis eoꝝ quos colunt ꝑ Deis. Caput: Magni. Terra:nam quas diximus erunt ædificioꝝ:& Deoꝝ. Vacuos cul.interimam.n.& deſolabo. Cui: in cuius utilitatem,& fertilitatem. Genitor : Pom.ibi ſepultus. Rapiebat:trahere uolebat. Cõpeſcuit:repſſit ꝯone. Planctibus:percuſſionibus deplorantium.

Exẽploq; ca.nulli cõparandus : & nunq̃ factus. Non .n.ſolent populi principis uiri mortem deflere : ſed illa lætari. Exhauſta:attenuata. Effuſa:effuſos habens. ſynecdoche. Verbere:ictibus manuũ. Sociæ:amicæ.

Ite duces mecum:nunquam ciuilibus armis
Tanta fuit merces:tihumatos cõdere manes:
Sanguine ſemiuiri Magnum ſatiare tyranni:
Non ego te Pellæas arces:adytiſq; retectum
Corpus Alexandri pigra Mareotide mergã?
Nõ mihi Pyramidũ tumulis euulſus Amaſis:
Atq; alii reges Nilo torrente natabunt?
Oĩa dẽt pœnas:nudo tibi Magne ſepulchra
Euoluam:buſto iam numen gentibus Iſim:
Et ſacer in Magni cineres mactabitur Apis:
Et tectum lino ſpargam per uulgus Oſirim:
Suppoſitiſq; Deis urã caput:has mihi pœnas
Terra dabit:linq̃ uacuos cultoribus agros:
Nec Nilus cui creſcat:erit:ſoluſq; tenebris
Aegyptum populis genitor : ſupiſq; fugatis.
Dixerat:& claſſem ſæuas rapiebat in undas.
Sed Cato laudatam iuuenis cõpeſcuit iram.
Interea totis audito funere Magni
Littoribus:ſonuit pcuſſus plãctibus æther:
Exemploq; carens:& nulli cognitus æuo
Luctus erat:mortẽ populos deflere potẽtis.
Sed magis:ut uiſa eſt:lachrymis exhauſta:ſo
In uultus effuſa cõas Cornelia puppe (lutas
Egrediens:rurſus geminato uerbere plãgũt.
Vt primum in ſociæ peruenit littora terræ:

OMNIBON. ℭIte.i.uenite. Satiate Ma.i. umbrã Pompeii. Sanguine tyrãni:Ptolemæi: qui in ipſo patris noſtri ſepulchro:tanq̃ uictima immolet̃. Non ego Pel.ar.minat̃ ſe euerſuꝝ pyramides:& ſepulchra oia regum : quiu ẽt Apim:& reliquias Deoꝝ Aegyptioꝝ in ſepulchro pr̃is cõbuſtuꝝ eſſe. Arces Pel. Alexandriæ arces Alexãder cõdiderat.Pella Macedonũ metropolis Philippi & Alexandri patria fuit:teſte Strabone. Retectũ : apertum.

Adytis:adytum ꝓprie ſignat locum arcanum:quo nemini:niſi ſacerdoti igredi licet:& eſt græca dictio:δύω ſignat ingredior:a priuatiuum eſt. Mareotide:palude Aegypti. Non mi.py.non ne inquit ego reuellam cineres.& reliquias regum ac Deorum Aegypti:& in fluctibus Nili obruã. Amaſis: Amaſis rex fuit Aegypti: ut ſcri.Herodo.qui in pyramide ſepultus fuit admirãda.Pli. Atq; alii re.oium regũ ſepulchra & cæteroꝝ: qui pyramides ſibi ſtruxerint i Aegypto oĩa euertent̃: & pœnas mihi dabunt ꝑ iniuria:& cæde tua o pater.

Nudo:inſepulto. Vir.Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Euoluam bu.eruã ex ſepulchro. Iam nu.gen. Iſim:Iſis eadem eſt:quæ Io.fabula quidem nota. Spargam per uul.i.uulgo diſſipabo. Tectum li. quia Oſirim

Mantella quæ dilaniatum a Typhone fratre:uxor eius Iſis in mantella cœpit.mantela dicitur tela lini:qua tergunt̃ manus:inde manicula diminutiuum.hinc eſt ꝙ Iſidis ſacerdotes induebantur lineis ueſtibus. Mar.Linigeri fugiunt calui: ſiſtrataq; turba. Lino:tela linea. Et ſacer Apis:erat.n. Apis taurus:qui quotannis(alii dñt ſingulis luſtris)egrediebatur e Nilo:& hunc immolabant Nilo flumini:quo facto:ſtatim Nilus omnem Aegyptum inundabat:& niſi ille taurus egrederetur:malum erat omen.dicit ergo hunc tauꝝ ſe immolatuꝝ cineribus patris: erat albus frõtem:& quaſdam paruas corporis partes:cætera uero niger.quibus ſignis(ut refert Strabo)indicabant : qui ſit ad ſucceſſionem idoneus:alio uita functo.Bos Apis in ſepto quodam alebatur:& apud Aegyptios pro Deo habebatur:& idem eſt Apis:qđ Oſiris. Suppoſitiſq; De.i.reliqas Deoꝝ reuulſas ex ſepulchris ſuis ſubiciã capiti pr̃is:& una cũ capite urã. Has m.pœ.ſed qđ ad Aegyptũ pertinet:ego eã oĩbus Diis,ac populis deſolatã,deſertãq; facere inſtitui:ut nec populi:nec Dii locũ illũ teneant:ſed tm̃ uacuus ſit manibus pr̃is. Nec erit.ſ. populus aliqs.

Cui:ad utilitatẽ cuius. Nilus c.ut Aegyptũ fœcũdã reddat. Populis ſ.fu.tãgit & illud antiquũ:quoties expugnaturi eẽnt urbẽ aliq̃ antiqui:ex ea Deos oẽs:ac Deas euocabãt:ne iniuriã Diis illis facerent : q in ea ciuitate colebant̃:ſicut apud Vir.cũ Aeneas oñdere uellet de Troia deſperatũ eẽ ait:Exceſſere oẽs adytis:ariſq; relictis:Dii qbus iperiũ hoc ſteterat. Dixerat.ſ.C.Põ.iãq; claſſem deducebat i undas:ut Aegyptũ peteret:ſed Cato prudẽter irã iuuenis auertit. Laudatã irã:q a iuſte iraſcebat̃. Interea t.nũc deſcribit cõplorationẽ: q̃ facta eſt i funere Põ.nã uniuerſus exercitus clamorẽ ſuſtulit:ut ubiq; oia plãctu:& gemitu reſonarẽt. Audito f.i.cæde Põ. Exẽploq; ca.nũq̃ antea auditũ fuit:uel raro:q populi potẽtis mortẽ lugerẽt:nã potentes iuiſi ſolent eſſe populis.hic adeo diligebat̃ ab oĩbus:ut oẽs i morte ſua gemitũ,lachrymaſq; dederint. Sed magis:ſic.n.cũ aliquis ꝓpinquor apparuit eius:qui mortuus eſt:ſolẽt renouari lachrymæ. Solutas:ſparſas i uultus. Vt primũ i ſociæ: nunc dicit Corneliam:poſtq̃ egreſſa eſt in terram ſocialẽ.ſ.in Libyam:ſtatim cenotaphiũ præparaſſe primo:& oẽs: q ibi aderant:ſecuti ſunt:& dignitatẽ eius imitati:cenotaphiũ ſuis qſq; faciebat:qui in acie Pharſalica occiſi fuerant,

ℭImpreſſas:

❡Impreſſas:intextas. Pictas:ut ſunt palmatæ:& triumphales. Ter:in tribus ttiumphis. Intulit igni: cõbuſſit. Funeſto:mortuo dicato. Fuit ci.loco cineris. Pietas ois:oium Ro.intimus qdam amor,& reuerẽtia erga ſuos. .Buſta ſut.ignes in ceſpitibus eriguntur eis:qui in Theſſalia occubuerant. Sic ubi:ſic lucet Appulia: quã do depaſtas herbas uolunt per hyemẽ renouare paſtores:nã calefacta terra excitaẽ ad pululandũ. Submittere: elicere:ſubnaſci facere. Hybernas:hyemales. Vulturis:mõtis in Appulia iuxta Garganũ Hora. Me fabuloſæ uulturæ in Appulo. Buxeta:loca buxis plena.legiẽ & buceta.i.boũ paſcua.Bucerus.n.ẽ poſſeſſiuũ a boue.Lucilius:Lanigeræ pecudes:& equoꝝ doellica ples:Buceriq; greges:qđ quidam Buceriæ corruperunt. Matini: mõtis in Appulia:ex quo Matini populi dicti ſunt:ſicut a Vulture Vulturni. Non tñ:ex his oibus inquit nil fuit Pom. gratius uerbis Catonis: nam uulgus ſuperis maledicebat. Omne qđ in ſu.au.con.uul.Pompeiũq; Deis obicit:per parentheſim lege. Quod:quia. Deis: uelut oblitis honoꝝ: & plane ingratis. Ciuis: Pom.a modeſtia laudat:ſibiq; ipſi:ſi eſſet Cæ.ſuccubiturus: ſimile exitiũ a Iuba inferẽdum precaẽ. Obit:ſyncope.

SVLPITIVS

Bucerus quid

Collegit ueſtes:miſeriq; inſignia Magni:
Armaq;:& ĩpreſſas auro:quas fecerat olim:
Exuuias:pictaſq; togas uelamina ſummo
Ter conſpecta Ioui:funeſtoq; intulit igni:
Ille fuit miſeræ Magni cinis:accipit omnis
Exemplum pietas:& toto littore buſta
Surgunt Theſſalicis reddẽtia manibus ignẽ.
Sic ubi depaſtis ſubmittere gramina cãpis:
Et renouare parãs hybernas Appul⁹ herbas:
Igne fouet terras:ſimul & garganus: & arua
Vulturis:& calidi lucent buxeta Matini.
Non tñ ad Magni peruenit gratius umbram
Omne qđ in ſuperos audet conuitia uulgus:
Pompeiũq; Deis obicit:quã pauca Catonis
Verba:ſed a pleno uenientia pectore ueri.
Ciuis obit inquit multo maioribus impar
Noſſe modum iuris:ſed in hoc tñ utilis æuo:
Cui non ulla fuit iuſti reuerentia:ſalua
Libertate potens:& ſolus plebe parata
Priuatus ſeruire ſibi:rectorq; ſenatus:
Sed regnantis erat:nil belli iure popoſcit:
Quæq; dari uoluit:uoluit ſibi poſſe negari.

Impar no.mo.iu.minor in ſeruanda menſura iuſtitię. Cui non ul.uidelicet æuo:& id qđ in Pom. uituperauit:aſcribit tpi:non naturæ eius,ſi cui ad ciuem retuleris:legendũ eſt non ulla.i.aliqua. Salua li.non efferendo ſe in tyrãnidem. Et ſo.pri.ſolus recuſans dñari: cũ uellet populus ſibi ſeruire. Rectorque ſenatus, Sed regnãtis erat:regebat quidem ſenatum: ſed cui ipſe pareret. Iure bel.iure imperii:& belloꝝ geſtoꝝ: qđq; aliis pſtaret. Quæq; da.uo.i.quicunq; petiit:& imperauit. ❡Collegit ue.rogum inquit extruxit:& rogo ſuperim poſuit ueſtes Pom.& oĩa:quæ illi,cum uiueret,cariora fuerant:ſic.n.facere ſolebant antiqui:ut cum corpore mortui oĩa,q illi cara fuerant,cõburerent.ut Vir.Purpureaſq; ſuper ueſtes uelamina nota:imo equos:& ſeruos una cum dñis cõburebant. Impreſſas exuuias:intertextas auro:& clauis aureis intextas ſignificat. Pictas:palmatas:ut triumphales. Ter con.Ioui:quia ter triumphauit:& curru ſoblimis uectus per urbem fuerat ad alta Capitolia. Funeſtoq; in.igni.i.cremauit in rogo. Ille:quia alium cinerem habere non potuit.

OMNI BON.

·Accipit ois Exemplum pie.exemplo iquit Corneliæ oẽs cenotaphiũ ſuis quiſq; fecit:qui cæſi fuerant in acie Pharſalica.Cenotaphiũ dr ſepulchrũ inane:qđ ſtruebãt in honorẽ alicuius:& ſi corpus aberat:nã κενον ſignificat inane:& uacuũ:& ταφος ſepultura. Buſta:rogi. Manibus Theſſalicis.i.his:qui in acie Pharſalica occiſi fuerant. Sic ubi depa.nunc dicit per quandam ſimilitudinẽ: quo ignes per oẽ littus apparuerint.dicit.n.hoc quidem facere ſolent Appuli:tũc cũ renouare uoluerint herbas: nã cõburunt quæcunq; in agris inueniunt:ut cinis ille fertiliorẽ reddat terrã.Quod & Vir.in geor.oſtendit: Stipulã crepitantibus urere flãmis. Depaſtis:a grege. Submittere:ſubſtituere. Fouet:fœcundas reddit terras.

Cenotaphiũ qd

Garganus:mons eſt Appuliæ ſiniſtrorſum ab Apẽnino in mare Adriaticũ ueniens. Vulturis:Vultur:uel Vulturnus flu.eſt,qui auctore Strabone,per Venafrũ,mediãq; Cãpaniã labiẽ. Matini:Matinus pmontoriũ eſt Appuliæ. Buceta:paſcua dñr:ubi boues hyemant a boue. Non tñ ad Ma.per.gra.q̃q̃ oẽs conuicia iactabant in Deos:q; tam atroces:& infeſti Pom.fuiſſent:tñ ulla gratior uox fuit manibus Pom.oĩo Catonis: quam de ſuis laudibus habuit ſumma cum moderatione. Audet con.in ſu.i.inſectari Deos. Pompeiumq; Deis obicit: ut iniuriam Diis faciat. Sed a pleno:pauca quidem uerba fuerant:ſed uera. Ciuis obit inquit:hæc oratio laudationem funeris continet:mos.n.apud antiquos:qđ etiam nunc quoq; tenetur:ut laudationes haberentur in funere Deoꝝ:præſertim qui honore digni haberenẽ. Oratio eſt perſonę conueniens:nihil.n.fictum Cato: nihil ſimulatum loquitur:nihil ad gratiam:laudat a modeſtia Pom:qui nunq̃ plus ſibi ſumpſerit q̃ ciuica cõditio pateretur. Impar maioribus:fuit quidem inquit non comparandus Pom.priſcis illis imperatoribus:ueruntamen in hac ætate plurimum profuit.nam ſolus ex principibus fuit:qui ſe priuatum gereret:q̃uis plebs illi ſeruire parata eſſet. Noſce modum iuris.i. poteſtatis:hoc eſt cognoſcere:quantam ſibi permitteretur:nunq̃.n.ſe ſupra ciuicã conditionem extulit. In hoc tamen utilis æuo:quia cum ferme omnis iuſtitia periiſſet:i eo adhuc priſtinæ ætatis reliquiæ permanſerunt. Cui non ulla fuit iuſti reuerentia:ut non omnino iuſtitiam contemneret: ſed eã ueretetur. Salua Libertate potens:non.n.ipſe in magiſtratibus ſuis tyrannidem exercuit:quia nil contra libertatem geſſit:q̃q̃ princeps ciuitatis eſſet. Et ſolus:ex principibus omnibus inuentus eſt Pom.unus:qui ſe priuatum gereret. Plebe pa.licet prompta eſſet ad ſeruiendum illi plebs. Priuatus:qui ut priuatam uitam gereret. Rectorq; ſenatus:erat quidem moderator ſenatus:ita tñ:ut ſenatus imperaret. Sed regnantis: nõ ſeruientis. Nil belli iure popoſcit:q; bello cæteris præſtaret:nil ſibi pluſquã cęteris arrogabat. Popoſcit:arrogauit ſibi. Quæq; dari uoluit:non enim ita ipſe petebat honores:ut ab inuitis extorqueret:ſed a uoluntariis acciperet.

Garganus ubi

Immodicas poſſedit opes:ſed plura retentis
Intulit:inuaſit ferrum:ſed ponere norat:
Prętulit arma togæ:ſed pacẽ armat⁹ amauit:
Iuuit ſumpta ducem: iuuit dimiſſa poteſtas.
Caſta domus:luxuq; carẽs: corruptaq; nunq̃
Fortuna domini:clar& uenerabile nomen
Gentibus:& multum noſtræ ꝙ ꝓderat urbi.
Olim uera fides Sylla:Marioq; receptis
Libertatis obit:Pompeio rebus adempto
Nunc & ficta perit:nõ iam regnare pudebit:
Nec color imperii:nec frõs erit ulla ſenatus.
O felix cui ſumma dies fuit obuia uicto:
Et cui q̃rendos Phariũ ſcelus obtulit enſes:
Forſitan in ſoceri potuiſſet uiuere regno.
Scire mori ſors prima uiris:ſed ꝓxima cogi.
Et mihi ſi fatis aliena in iura uenimus:
Da talem fortuna Iubã:non deprecor hoſti
Seruari:dum me ſeruet ceruice reciſa.
Vocibus his maior:q̃ ſi Romana ſonarent
Roſtra ducis laudeſ.gnoſam uenit ad umbrã
Mortis honoſ.fremit interea diſcordia uulgi:
Caſtrorum:belliq; piget poſt funera Magni.
Cũ Tarchon motus lĩquẽdi ſigna Catonis
Suſtulit:hunc rapta fugiẽtem claſſe ſecutus
Littus in extremum tali Cato uoce notauit:

SVLPITIVS ℂ Immodicas opes:fuit.n.ditiſſimus. Intulit:attulit in patriam. Inuaſit fer.ſuſcepit bellum ciuile:ſed ſenatus arbitrio erat depoſiturus. Arma:militiã,& bella. Iouit ſum.or delectabatur honores ſumere:ſic & dimittere. Caſta:pudica,& frugi. Corrupta nun.For.do.quæ felicitate Pom.nõ ſuperbiebat: & inſolens erat. Nomẽ: notamen ipſius,& fama. Olim ue.fi.uera libertas inquit Syllæ,Mariiq; tẽpibus periit. Nunc uero cum ſupereſſet imago quædam:& umbra libertatis quoq; extincta eſt in Pom.neminem pudebit tyrannum. Color:qualitas: & expreſſa dignitas. Frons:uirilitas. O fe.eum tempeſtiua morte felicem appellat:nam ſi uixiſſet in ſeruitutis diſcrimen potuiſſet incidere. Seneca in Troade ait: Felix Priamus:felix quiſquis bello moriens Oia ſecũ conſumpta uidet. Scelus Pharium:ſceleſtus Ptolemæus. Quærendos:optandos. Scire mo.ſo.pri.oi.uiro forti in miſeria conſtituto:prima felicitas eſt:ſponte mortem ſibi conſcire.ſecunda:ut ui ei inferatur. Si fa.alie. in iu.ue.ſi Deo voluntate ſub alterius ptãtem uenturi ſumus. Talem:qualis fuit Ptolemæus in Pom. Deprecor:recuſo. Vocibus his:mors Pom. plus eſt hac breui Catonis oroe laudata:q̃ ſi pro roſtris fuiſſet publice cõmendatus. Roſtra:ſor.nam id templum: in quo eſt erectum ſuggeſtũ ex roſtris nauiũ Antiatiũ roſtra,eſt appellatum:ut libr.viii. Liuius habet. Vulgi: præſertim Cilicum:qui reſpectu Pom.militauerant:& eo iam mortuo diſcedebant. Tarchon: Cilicum dux. Fugientem rapta claſſe:fugere uolentem acceptis nauibus. Notauit:cum ignominiæ nota arguit.

OMNIBON. ℂ Immodicas poſ.op.laudat a libertate. Intulit plu. q̃ ꝙ ipſe imenſas diuitias poſſederit:tñ plures in ærarium intulit:q̃ ſibi retinuerit. Inuaſit fer:arma Pom. placuerunt quibus plurimum ualebat: ſed tñ cum tẽps pacis eſſet:arma deponebat. Prætulit ar.to.i.paci prępoſuit bellum:nunq̃ tñ bellũ ſuſcepit niſi ut paci cõſuleret.hæ laudationes dignæ ſunt & laudatore,& laudato. Iuuit ſum.do.placebat Põ.ſuſcipere honores:placebat illos deponere finito magiſtratu. Ptãs.ſ. magiſtratuum. Carens lu.quia nõ ſuperfluis rebus Pom. familia abundabat:ſed his tm̃mõ:quæ ciuicæ conditioni conuenirent. Corrupta:uitiata.nam in felicitate ſe moderatum gerere difficilimum eſt. Clar, & ue.ſed non minori ueneratione: q̃ admiratione habebatꝛ Põ. nomen. Olim ue.fi.ante quidem uera libertas erat in ciuitate noſtra:ſed poſtquã Sylla & Marius ciuitatem occuparũt:uera illa libertas periit:nam fictæ libertatis imago permãſerat in Pom.ſolo:q̃ nũc mortuo penitus tollitꝛ. Receptis.ſ.in urbẽ. Nõ iã re.pu.quia poſt mortẽ Põ.regnãdi pudor oĩs extinctus eſt.nã oẽs licẽter,prout ſupiores erũt,rẽp.occupabũt. Color:ſpẽs q̃dã imperii. Nec frõs:nullaq; erit ipſius ſenatus libertas:nã i frõte dignoſcitꝛ q̃tũ unicuiq; liceat. O fe.nũc ad cõſolationẽ uenit:ſic.n.in laudatione funeris fieri ſolet: ut primo eius,q̃ mortuus ẽ,laudes ꝓſequamur:deinde ad cõſolationẽ eoꝝ:ad quos funus ptinet ꝑueniamus.dicit.n.nihil eẽ cur iplacabiliter cædẽ Põ flere debeãt:qñ nihil ei mali cõtigerit:imo uero iſtar felicitatis eẽ dicit:ꝙ a miniſtris Ptolemæi occiſus fuerit.O felix inq̃t Põ.ẽ: ꝙ ſimul cõ fortuna & rep.periit:nã ſatius fuit Põ.uicto mori:q̃ uiuere ne in diſcrimẽ ſeruitutis ueniret:& q̃ſi cũ admiratione legẽdũ ẽ. Cui q̃.i.debuiſſet Põ.q̃rere enſes ad ſe iterficiẽdũ:niſi a ſceleſto rege darentꝛ:ne poſt tãtã cladẽ acceptã ſupeſſet. Forſitã in ſo.& rõnẽ iſert.dicit.n.o Pom.niſi te Ptolemæus occidiſſet:fortaſſe paſſus fuiſſes Cæ.ipſo regnãte uiuere. Scire mo.ſo.pri.primũ inq̃t eſt ſcire mori: cũ neceſſe fuerit.ſm uero cogi q̃d ꝓximõ fuit,cõſecutus eſt. Proxima co.uidelicet turpius ducere in ſeruitute uiuere:q̃ mori. Viris:uiꝝ ſemp de forti dicere ſolemus. Proxima:ſecũda cogi.ſ.ad mortem. Et mi.ſi fa.de ſe ipſo capit exẽplũ:felicẽ fuiſſe:q; occiſus fuerit iperio Ptolemæi.dicit.n.hãc quoq; fortunã mihi ipſi optauerim:ſi in tyrannide uicturi ſumus:ut rex Iuba:ad quẽ nos cõfugimus:idẽ mihi faciat. Si fa.i.ſi fata uolunt: ut ſeruamus uictori. Nõ de.h.quaſi cõſolatꝛ illud: ꝙ nimiũ idigne ferebat Sextus:uidelicet caput Põ.uictori Cę.uiſendũ ſeruari:nõ magnifacio inquit:ut ſeruer uictori:uel capite trũcato:uel iteger:dũmõ mortuus ſeruer. Nõ deꝑ.nõ recuſo:nõ repello.Ci. Prima deꝓcatio defenſoris.i.depulſio. Ceruice re.ſicut Pom. Vocibus his ma.repetit:q̃d ab initio dixerat:icredibile dictu eẽ:q̃ grata fuerit umbris Põ.Catonis oro. Quã ſi Ro.roſtra ſonarẽt:nõ tã grata fuiſſet totius po.Ro.oro:ẽt ſi in omni foro laudes Põ.decantarentꝛ:q̃ fuerũt hæc pauca Catonis uerba. Fremit interea diſcordia uulgi:milites cũ antea Pom.ſecuti fuiſſent:nõ tam belli ciuilis cupiditate:aut libertatis ſeruandæ gratia:q̃ ꝙ Pom.amabant:ſublato eo nunc ipſos arma ferre tædebat: & rediſſent omnes ad ſuas quiſq; domos:niſi adhortatione Catonis retenti fuiſſent. Fremit:ſecum murmurat. Tarchon:dux & princeps Cilicũ, quos Pom.deuicerat:& deuictis etiam colonias deſignauerat. Rapta:raptim deducta claſſe in mare.

ℂ Nunquam

SVLPITIVS

¶Nunquā pacate: ſemper rebellis. Cilix: quædam prouinciaꝝ nomina a populis: poſſeſſiuiſq; ipſis, cum contra fieri deberet, deriuari uidentur: ut Thracia: Bebricia: Cilicia: Phrygia: Athrax: Bebrix: Cilix: Phryx. Ad rapinas: ad pyraticā exercendā. Vnus: qdā Cilix. Mente: cōſilio ꝓpoſito. Regentē: Catonē. Nos Cato: excuſans ſe miſſionē petit: & bello ciuili finē iponēdū eſſe ſuadet. Partes: factionē: diuiſionē noſtrā: ut alii domi remanerēt: alii Pō. officioſe fauerent. Orbis: q maluit pro eo pugnare: q̄ in otio degere. Cauſaq; noſtra perit: iam nō habemus pugnandi cām. Perierunt te. ui. hoc eſt cōſenuimus in bellis: liceat tute mori. Proſpiciat iu. fl. ꝑparet ſibi rogū: & funeri neceſſaria. Vix du. bene uix: nā nō totus Pō. ſepultus ē: & qdē miſerāde. alii uero cū innumeri ſint; ſepeliri nō pñt. Nō ba. u. nos q uicti ſumus nō erimus ſub barbaris regibus: ſed ſub eo Ro. q poſt Pō. ſecūdus erat. Regna nō ma. reges nō expectabāt. Scythicū iu. pthicū iperiū. Togati ci. Ro. Cæ. Vmbris ſa. Pō. manibus: quos memoria, & ueneratione ꝓſequemor. Clades: theſſalica. Dñum: eo exceptō, q nolo militare, ꝑebo in cæteris. Fata: fortunā uictoris: & reꝝ ſoceeſſom a Diis cōſtitutō. Nec fas: qa uict⁹ ſū. Secūda: ꝓſpera: uidelicet regna: & ipiū. Nec. li. oſtēdit ſe ſorti ſuæ acqueſcere: & ſimul rebelliōis tollit ſuſpitionē: & felicitatē Ro. ꝑcat iperio. Fortuna: felicitate: oſtēditq; nullā ſpē recuperādaꝝ uiriū ſupeſſe fuſo exercitu: mortuo duce: leuitate pplo͛ꝝ: & clemētia Cæ. Sparſit ſe. fudit exercitū: & potētiā partiū Pō. Clauſa fid. mi. ideſt miſeris non ſeruatur fides: & quiſq; ab eis deſciſcit. Clauſa: occloſa. Solus: Cæſ.

O nunquam pacate Cilix: iterum ne rapinas
Vadis ad æquoreas? Magnū fortūa remouit:
Iam pelago: pyrata redis: tum reſpicit omnes
In cœtu: motuq; uiros: quorum unus aperta
Mente fugæ tali compellat uoce regentem.
Nos Cato: da ueniam: Pompeii duxit in arma
Non belli ciuilis amor: parteſq; fauore
Fecimus: ille iacet quem paci prætulit orbis:
Cauſaq; noſtra perit: patrios ꝑmitte penates:
Deſertamq; domum: dulceſq; reuiſere natos.
Nam quis erit finis: ſi nec Pharſalia pugnæ:
Nec Pompeius erit? perierunt tempora uitę:
Mors eat in tutum: iuſtas ſibi noſtra ſenectus
Proſpiciat flammas: bellum ciuile ſepulchra
Vix ducibus ꝑſtare pōt. non barbara uictos
Regna manēt: nō Armeniū mihi ſęua minat:
Aut Scythicū fortuna iugum: ſub iura togati
Ciuis eo: quiſquis Magno uiuente ſecundus
Hic mihi primus erit: ſacris pręſtabit umbris
Sūmus honor: dñum: quē clades cogit: hēbo.
Nullū Magne ducē te ſolum in bella ſecutus:
Poſt te fata ſequar: neq; enim ſperare ſecunda
Fas mihi nec liceat: fortuna cuncta tenentur
Cæſaris: Emathium ſparſit uictoria ferrum:
Clauſa fides miſeris: & toto ſolus in orbe eſt:

OMNIBON.

¶O nūquā pacate Cilix: reprehendere cœpit Tarchūtē. Cilix: de Cilicia: duaꝝ prouinciaꝝ nomina iuenimus patriū facere: ut a Cilicia Cilix: a Bebricia Bebrix. Iterū ne rapinas: iterū ne redis ad antiqua latrocinia. ut pyraticā mari exerceas. Magnō fortuna: & cauſa ē cur iteꝝ redis ad pyraticā: q itellexiſti mortuū eē Pō. In cœtu, motuq; uiros: cū cœtus fieri icipiūt aut in ciuitate: aut in caſtris a ciuibus: uel a militibus: ſignū eſt rē ad ſeditionē ſpectare. Motuq;: qa oēs iā moti erāt: ut domos ſuas ſe reciperent. Quoꝝ unus: unus auſus eſt aperte alloqui Catonē: & ſuā, omniūq; ſuoꝝ mētē aperire. Nos Cato, da ueniā: oratio eſt illius: q ex omni turba uſus eſt aperte ſentētiā ſuam dicere: & ſocioꝝ. Amor Pō. duxit in arma: ſublata cauſa: quæ nos arma ſuſcipere fecit: nihil relinquit: cur bellū perſequi uelimus. auctor aūt ſumendi arma Pō. fuit: ille nobis adēptus eſt: ergo arma nobis deponenda cenſemus. Fauore: beneuolentia: & obſeruātia: quā in Pom. habuimus, Iacet: ſublatus eſt nobis. Paci ꝑtulit orbis: nā populi nationes & gentes: cū in pace qeta uiuere poſſent: maluerūt ſuſcipere bellū: q̄ deſerere Pō. Cauſaq;: Pō. cauſa noſtra perit Diis uolētibus. Patrios ꝑmitte penates: q uitæ nobis reliquū eſt: una cū liberis noſtris: cōiugibuſq; uiuere ꝑmittas: & iuſtā cām eſſe oſtēdit: cur uelint ab armis diſcedere: ut uidelicet tādē ſuoꝝ curā habeant. Nā qs erit finis. ſ. belloꝝ: q̄ nā cā magna ſatis eſſe poterit: q̄ nos ab armis abducat: niſi clades Pharſalica: & ipſe Pō. iteritus ſufficit. Perierūt tēpora uitæ. i. bello uitā cōſumpſimus. qđ reliquū eſt nūc morti cōſulere debemus: hoc ē: ut quieta morte fruamur: ut quādo uita bellis ſemp agitata eſt. Mors eat in tutū. i. nobis qeta mors cōcedat. Proſpiciat. i. ꝓuideat. Flāmas iuſtas. i. debitū honorē ſepulchri. Bellū ciuile ſe. qa occurrebat illud: Nūquid nō fortaſſe etiā ſepulchra cōſequemini: ſi i bello ꝑibitis. Minime inquit: uix ducibus ipſis facultas eſt ſepulchri. Ducibus: ne dū multitudini. Nō barbara uictos: reſpōdet ad id: qđ obiici poterat: nūquid ſatius eſt liberū mori: q̄ ſeruū uiuere: reſpōdet: ēt ſi ſerituri ſint nō barbaris gētibus: ſed Cæ. parituros eē: q ciuis Ro. erat. Armeniū iugū: ſeruitiū Tigrānis regis Armenię. Scythicū. i. regnū Scythiæ. i. nec ſerituri ſumus Arſacidis. i. Parthis: q (ut igt Solinus) porrecti ad terrā Scythaꝝ cū eis cōcorditer degūt. Togati ciuis. i. Cę. Quiſquis ſecūdus: q mihi ſecundus erat uiuēte Pō. nunc ipſo ſublato primus erit. Sacris ꝑſtabitur umbris: & tamen omnino memoriā Pō. obliuioni nunq̄ trademus: nā quē ipſi uiuo uoluimus ꝑſtare honorē: umbris eius ꝑſtabimus. Clades. ſ. Pharſalica cogit nos: ut ſubiiciamur uictori. Nullū Magne du. ad Pō. abſentē apoſtrophat: nos o Pō. nullū ducē ſeq maluimus ꝑter te dū uiueres: ſed poſt mortē tuā meliora fata ſequemur. Neq;. n. ſperare ſecūda: poſt mortē Pō. nō ē mihi fas ſperare ſecūda: ſed nec liceat qdē: & recte dicit: nā alid ē licere: aliud decere qđ decet honeſtū ē: qđ uero licet: plerunq; turpe: ut regibus multa quidē licēt: quæ tamē nō decent. ut in exiliū bonos pellere. Fas: ſecūdū ius diuinū: ius uero humanū. Fortuna: ideſt felicitate. Emathium. i. exercitū Pō. Clauſa fides miſeris: ideſt fides: quam præſt..e Pom. debuimus finita eſt. Virg. Ante diem clauſo componet ueſper olympo. Et toto ſolus in orbe eſt: unus tantum ſupereſt mortuo Pompe. qui uelit: & poſſit nos uictos, ſaluos facere.

Et currus:quos egit eques:commercia tuta
Gentibus & pauidos Cilicas maris:adde ſub
Barbariē:gēteſq; uagas:& qcqd ī Euro (actā
Regnorū:Boreaq; iacet.dic ſemper ab armis
Ciuilem repetiſſe togam:ter curribus actis
Cōtentum patriæ multos donaſſe triūphos.
Quis capit hæc tumulus?ſurgit miſerabile
Nō ullis plenū titulis:non ordie tāto (buſtū
Faſtorum :ſolitumq; legi ſuper alta Deorum
Culmina:& extructos ſpoliis hoſtilib⁹ arcus.
Haud procul eſt ima Pompeii nomen arena
Depſſum tumulo:qđ nō legat aduena rectus.
Qđ niſi mōſtratū Romanus trāſeat hoſpes.
Noxia ciuili tellus Aegyptia fato:
Haud equidē īmerito Cumanę carmine uatis
Cautum:ne Nili Peluſia tangeret ora
Heſperius miles:ripaſq; æſtate tumentes.

SVLPITIVS ℭ Eques:ante tempus enim & nondum ſenator triumphauit. Cōmercia:nauigationes:& commutationes rerum:hocq; dixit propter maria a pyratarū incurſiōibus liberata. Pauidos maris:nā in Mediterraneis locis iuſſi habitare ad mare nō accedūt. Barbariē:ut Aſiam:Pontū:Armeniā:Paphlagoniā:Cappadociā:Ciliciās Syriam:Scythas:Iudæos:Albanos:Iberiā:Cretā:Baſternas. Genteſq; uagas: Scythas. Repetiſſe togā:rediiſſe ad urbana officia:eſtq; a modeſtia laus ꝙ non ſit molitus tyrannidē.& ab īduſtria:ꝙ ſe non dederit otio. Ter cur. actis:tribus triūphis. Donaſſe:attuliſſe multorū utilitatē:& decus. Surgit:erigit̃. Faſtorū:librorū in quibus toties conſul:& imperator indicabat̃. Solitum:nomē. Culmina:in qbus erat inſcriptū. Arcus:triūphales. Extructos ſpoliis:ex præda:& manubiis ædificatos. Haud pcul eſt ima arena:eſt uicinum arenæ humili:quæ præ culminibus & arcubus ē ima. Legat rectus:legere poſſit niſi inflexus. Trāſeat:ignoret:& pterecat. Noxia:p apoſtrophē Ægyptū deteſtat̃ tcū ppetuæ ſiccitatis īprecatiōe:carmeq; illud Sibyllinū:qđ qndecim uiri interptati fuerāt:nc Ptolemæus cū exercitu Ro.in regnū reducere tur:ut ī epiſtolis Ci.poeta ad Pō.Septimiū & Codrū referri uult:nā e duce miles euaſit Pō.ſtatim:ut in regis ſcapham deſcendit. Noxia ci.fa. nocēs ciuis fatali morte. Haud immerito cautū:nō ſine cauſa cauit prohibuitq; Sibylla. Ora Peluſia:hoſtium Peluſiacū. Heſperius:Roma. Tumētes:increſcētes.

OMNIBON. ℭ Et currus: triumphauit enim ſimul de Africa & de Hiſpania:occiſis hic Domitio:illic Cn.Carbōe: ante ætatē,quod nō licebat:tamē ipſe obtinuit:& cū teſiſteret Sylla:ne cōtra leges triūpharet:quāquā auſpiciis ipſius bene geſſiſſet:tunc Pō.triūphabo inquit. & Sylla:quomodo:ne tu cū adhuc puer ſis:audes dicere triūphabo cōtra leges populi Ro.cōtra uolūtatē meā:qa inqt Pō.tu es tanq̃ Sol occidēs:ego uero ſum tāq̃ oriēs:quo audito Sylla animi magnitudinē admirat⁹:magno clamore dixit ſæpius:triūphet:triūphet:& ita triūphauit. Cōmercia tuta gētibus.i.debellatis pyratis:qa tunc demū cōmercia tuta eſſe cœperunt poſtquā pyratæ debellati ſūnt:qui uniuerſum mare reddiderant infeſtū:adeo ut portum Ro.occupauerint: & ibi prætorē cū lictoribus in ipſo portu Hoſtiæ ciuitatis uicerit. Gēteſq; uagas:Iberos:Albanos:Hircanos:Colchos:Armenios:Cilices:& cæteros populos montis Caucaſi:id eſt qđ ait barbariē:& gētes uagas. In Euro, Boreaq;.i.in oriente uſq; ad ſeptentrionē:quia ab occidēte uſq; ad ſeptentrionē pertingit Caucaſus:cuius plures accolas domuit:lege Pli.& Plutarc. Dic ſp ab armis C.r.t.adde hoc:quod etiā eſt maximus Pom.ſplendor:ꝙ uidelicet nunquā tanto imperio uſus eſt:nunquā tantā ex hoſtibus uictoriā cōſecutus:qui ſtati finito imperio:& debellatis hoſtibus:& depoſitis inſignibus imperii:ſimul etiā animū ciuica cōditiōe minorē deponeret:nunquā Pō.uoluit ciuica cōditiōe maior uideri:cæteri uero poſtquā ad principatū ciuitatis euaſerant:maiores cæteris haberi uoluerūt:& tyrannidē appetebāt. Ab armis:ideſt a bellis debellatis hoſtibus. Ciuilē togā:ideſt ſemper ſe ad ciuilē cōditionē:ut æquo iure cū cæteris uiueret contuliſſe. Ter curribus actis:tribus triumphis:uno de Sicilia ſimul & Africa:& altero de pyratis:tertio de Mithridate.nā potuit triūphare de Africa:ſemel de Sicilia:ſemel de pyratis:de Sertorio:de Mithridate:de Tigrāne:tñ donauit hos oēs triūphos patriæ:& ſatis habuit ter triūphaſſe. Surgit:erigit̃ Pō. Miſerabile:ſordidū:& hūile. Titulis:nullis laudibus. Faſtorū:pro magiſtratibus poſuit.libri enim ſunt:in quibus conſulū:& aliorum miniſtratuum nomina īſcribebant̃. Tanto ordine:qa Pōp.cōſul ſæpius fuerat ſæpe etiam īperator cū exercitu miſſus aduerſus hoſtes:& nomen quotiēs imperiū geſſerat:toties faſtis inſcriptū erat. Solitū legi.ſ.Pō.nomē quod in ordine templorū inſcribi cōſueuit: & in arcubus:quorū adhuc nōnulli in urbe Ro.ſpectātur:nunc legitur in imo littore:ad commiſerationē mouendam hoc ſcribit Lucanus. Culmina Deorū:in Capitolio. Arcus:ſic enim arcus ædificabant Ro.cū uictoriā ex hoſtibus retuliſſent:ut in modū arcus ædificio ſtructo:ibi res omnes geſtas pingerēt aut fingerēt.adhuc arcus,& ſtatua Pom.Ro.ſpectatur:in quo etiam ſunt candelabra:quæ de tēplo Salomonis rapuit. Depreſſum:calcatum. Quod non legat:cum antea legeretur a ſuſpicientibus culmen templis nec legi poſſet:niſi aſtantibus:neceſſe nunc eſt:ut qui uelit legere nomē Pomp.in littore curuetus. Rectus:ſed incuruus propter humilitatem tumuli. Quod niſi monſtratum:& ſi forte Ro.hac tranſirent:niſi monſtraretur Pōp.nomen non agnoſcent. Noxia tellus:apoſtrophat nunc ad Ægyptum:& inuehitur in eā dicēs uere carminibus ſibyllinis cauebatur:ne miles Ro.Ægyptū tāgeret:& nō ſine rōne cauerat Sibylla:ne Ro.miles in Ægyptū ueniret:hoc oraculū religioſi obiiciebant Ro.his:qui Ptolemæū cum exercitu in regnum reſtituere uolebāt:& creditum eſt illud impletum cum Craſſus in Aſſyria:quæ adiacet Ægypto cum omni exercitu deletus eſt:nunc refert ad cædem Pom.oraculum Sibyllæ Lucanus. Ciuili fato:propter ciuile fatum. Haud immerito:nō ſine ratione. Vatis Cumanæ:Sibyllæ Cumææ:quę fata Ro.deſcripſerat libris:ad quorum cuſtodiam quindecim aſſeruabantur. Peluſia:Peluſium unum ex hoſtiis Nili. Ripaſq; æſtate tumentes:ripas Nili:qui quotannis creſcebat:& Ægyptum in undas ferilem reddebat:& nūc quoq; illud idē facit.

ℭ Precet:

¶Precer:imprecer. Crimine:culpa mortis Pom. Retentus or.non egrediens regionem. Vertat aquas:mu ter curſum:& Aegyptum non amplius irriget. Steriles:facti ſteriles ariditate. Putres:ſolutas:& puluereas:qua les ſunt in deſertis Aethiopum præ nimio Solis ardore. Nos in templa:Aegyptum cum exprobratione ĩgratitu dinis arguit. Iſim:lanificii Deam:in quam Io uacca a Ioue conuerſa eſt:eius ſacra Ro.tranſlata ſunt:erectumq; ei templum in campo Martio:faciebant ei nouem diebus caſtiſſime. Canes:Anubim dicit:quem Virg.latratorem appellat:hoc eſt Mercuriũ:qui canino capite colitur in ciuitate canũ:in qua honor:& facer quidam cibus eſt SVLPITIVS.

Quid tibi ſæua precer ꝑ tãto crimĩe tellus?
Vertat aq̃s Nilus:quo naſcit̃ orbe:retentus:
Et ſteriles egeant hybernis imbribus agri:
Totaq; ĩ Aethiopum putres ſoluaris arenas.
Nos in templa tuã Romana accepimus Iſin:
Semideoſq; canes:& ſiſtra iubentia luctus:
Et quẽ tu plangens hominẽ teſtaris Oſirim:
Tu noſtros Aegypte tenes ĩ puluere manes.
Tu quoq; cũ ſæuo dederis iã tẽpla tyranno:
Nondum Pompeii cineres o Roma petiſti:
Exul adhuc iacet umbra ducis:ſi ſæcula pr̃ia
Victoris timuere minas:nunc excipe ſaltem
Oſſa tui Magni:ſi nondum ſubruta fluctu
Inuiſa tellure ſedent:quis buſta timebit?
Quis ſacris dignã mouiſſe uerebit̃ umbrã?
Imperet hoc nobis utinam ſcelus:& uelit uti

canibus cõſtitutus:ut ait Stra.Colunt aũt uniuerſi Aegyptii aĩalia q̃dam:ut bouem:canem:felem:accipitrẽ:& ibim:lepidotũ:& oxyrynchuz piſces:ut ex Strabone late in luue.cõmemorauimus:ſeorſum aũt ouem:latũ piſcem:lupum:cynocephalum:ceptum:aquilam:leonem:caprum:hircum:murem:araneum. Siſtra:ſiſtra ſunt cymbala:& inſtrumenta rotunda:quæ in ſacris Iſidis concutiebant:& ad quoꝝ ſonitum conueniebant. Siſtra quæ Seneca de uita beata: Cum ſiſtrum aliquis concutiens ex imperio mentit̃. Iubentia luctus: in dicenda Iſidis ſacra:quæ ſunt quatenus paruulum filium:uel perdiderit:uel inuenerit:nam primo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora contundunt:ſicut ipſa:cum perdidit fecerat:deinde puer producitur quaſi inuentus:& in lætitiam luctus mutat̃. Oſirim:Oſiris Iouis ex Niobe Phoronei filius regnum argiuum Aegyaleo fratri relinquens:Aegypto expugnata Iſidem duxit uxorem: Oſiris qui inde cum a Typhone fratre occiſus:dilaniatuſq; eſſet: a regina plorante:& anxia tandẽ inuento diſcerpto cadauere apud Philas illud in Abbaco ſepeliuit:ſed mox cum Aegyptiis bos maculis inſignis apparuiſſet: eum Oſiridem exiſtimantes pro numine coluerunt. Teſtaris hominem:oſtendis non bouem:ſed hominem fuiſſe. Tu quoq;:Ro.increpat. Tyranno:Cæ.quem in Deoꝝ numero aſcripſit Auguſtus:eiq; templum erexit: & plebs columnã numidici marmoris in foro erexit:apud quã ſacrificare,& uota ſuſcipere perſeuerauit: ut Sueto. ſcribit. Iã piaſti:placaſti,legit̃ ſic alibi:o Roma petiſti. Sæcula pri.illi qui uixere Cæ.tpe:qui Pom.tã uili ſepulchro iacere uolebat. Excipe:reduc in urbẽ. Subruta:ĩmerſa. Inuiſa:quã odio habuerit: qui in eo neglectus iacuerit. Quis buſta time.q̃m mortuoꝝ cineres ſacri erant:& niſi cũ ſcelere loco moueri nõ poterãt:neminem inquit oportere metuere illos effodere:& in meliorẽ,ut colant̃,locũ transferre. Vmbram:corpus: a quo umbra non diſcedit. Sacris:diuinis honoribus. Imperet hoc nobis utinam ſcelus:utinam tanquam ad ſcelus patrandũ hoc nobis muneris detur:& ego damner ad Pompe.cineres referendos:nam feliciſſimus mihi uiderer.

¶Precer:pro imprecer. Vertat aquas:ĩprecabor inquit:ut Nilus in fontẽ ſuũ redeat:nec poſt hac Nilus inundet:ut ſterelitate habitare ibi nemo poſſit. Aethiopũ:ſicut apud Aethiopas ardore Solis terra in puluerẽ reſoluit̃:ſic tu quoq; ſoluaris. Nos in tẽpla tuã:nõ ſimiles fuerũt Ro.tibi o Aegypte:nã nos Deos tuos accepimus:& OMNI BON. in his tẽpla cõdidimus:tu uero manes noſtri Põ.ĩſepultos iacere pateris. Iſim:Ionẽ Inachi:q̃ mutata eſt in uaccã:caudæ cuius Iuno œſtrũ ſubiecit:quo illa agitata totũ orbẽ terraꝝ peragrauit:tandẽ peruenit in Aegyptũ:& cũ in ripa cõſtitiſſet Nili forte ſuſcipiẽs uiſa eſt ſupplicare Ioui:ut ſui tandẽ miſeret̃:& ſe in priſtinã formã reſtitueret:qua reſtituta:admirãtibus Aegyptiis:eã ꝑ Dea Nili coluerũt:& Iſim uocarũt:cuius uir fuit Oſiris. Tuã:q̃ apud te colit̃. Semideoſq; canes:Mercuriũ:quẽ Anubim uocãt. Vir.Omnigenũq; Deũ mõſtra:& latrator Anubis.nã colit̃ apud Aegyptios in forma canis:& lingua Aegyptia Anubis canis dr̃.Canũ (ut inquit Strabo) ciuitas eſt:in qua Anubis colit̃:& honor,& facer quidã cibus canibus eſt cõſtitutus.Quædã.n.aĩalia ſunt:q̃ uniuerſi Aegyptii colũt:quẽadmodũ ex terreſtribus tria:bouẽ:canẽ:felẽ.ex uolatilibus accipitrẽ: atq; ibim. ex aquatilibus duo lepidotũ piſcẽ:& oxyrynchũ.ſunt alia,q̃ ſeorſum colit. Et ſiſtra iubentia luctus:ſiſtrũ eſt inſtrumentũ ad ſimilitudinem tubæ:cuius cantu Aegyptii quiq; cõgregati imitabant̃ plangores Iſidis:nam Oſiris uir fuit Iſidis a Typhone fratre laceratus:quem diu cũ lachrymis.& plangore q̃ſiuit:de quo multa ſunt apud Diodoꝝ. Tu tenes noſtros manes.i.principũ noſtroꝝ umbras. Tu quoq; cũ ſæuo:nunc ipſam quoq; Ro.reprehendit:q; ad ſua uſq; tempora in Aegyptio puluere oſſa Pompe.iacere permiſiſſe t:q; ſi excuſationem meruerint ſuperioris temporis:q; Cæ.metuebant:nunc certe nihil habent:quo ſe excuſare poſſint. Sæuo tyranno:ſcilicet Cæſa.quem in Deorum numeꝝ tranſtulere Ro.quod etiam Virg.oſtendit: Ecce Dionei proceſſit Cæſaris aſtrum. nam ſtellã: q; per aliquot dies continuos apparuit:Cæ.eſſe animam in cælũ recepti (ut ait Suetonius) dixerunt.& hac de cauſa ſimulachro eius in uertice addebatur ſtella auctore Plinio. Exul:extra ſolũ patriæ ſuæ. Priſca ſæcula.ſ.quibus Cæ.oĩa tenebat. Nunc exci.ſ.Ro.cineres Pom.transferendo. Si nondum ſubrupta.i.ſi nondum fluctus maris oſſa Pomp.abſtulit. Pendent:permanent:ubi poſita fuerant. Quis buſta timebit: nec eſt quod dubitet quiſquam id laturam moleſte umbram Pompe.quaſi ſepulchrum ipſius uiolaret:non enim hoc erit uiolare ſepulchrum:ſed ſacrificare:ut ex tam ſordido:& uili loco:in ſedem ſuam:& patriam reducatur. Sacris: ſacrificiis. Dignam umbram:animam Pompe.quæ digna eſt:ut ipſi ſacra Deorum more Ro.exhibeãtur. Imperet hoc nobis:ſi alii hoc uerentur:ut id mihi minus demandetur:exiſtimabo.n.me animæ Pompe.rem gratam facere.

Noſtro Roma ſinu: ſatis o nimiumq́ beatus:
Si mihi contingat manes tranſferre reuulſos
Auſoniam, ſi tale ducis uiolare ſepulchrum.
Forſitan aut ſulco ſterili cum poſcere finem
A ſuperis: aut Roma uolet feralibus auſtris:
Ignibus aut nimiis: aut terræ tecta mouenti:
Conſilio: iuſſuq́ Deum tranſibis in urbem
Magne tuã: ſũmuſq́ feret tua buſta ſacerdos.
Nam quis ad exuſtam Cãcro torrẽte Syenẽ
Ibit? & imbrifera ſiccas ſub Pleiade Thebas
Spectator Nili? quis rubri ſtagna profundi:
Aut Arabum portus mercis mutator eoæ
Magne petet: quẽ nõ tumuli uenerabile ſaxũ
Et cinis in ſummis forſan turbatus arenis
Auertat? maneſq́ tuos placare licebit:
Et Caſio præferre Ioui. nil iſta nocebunt
Famæ buſta tuæ. templis: auroq́ ſepultus
Vilior umbra fores. nũc es ꝑ numine ſũmo:
Hoc tumulo fortuna iacens: auguſtius aris
Victoris libyco pulſatur ab æquore ſaxum.

SVLPITIVS ¶ Violare: quod uenerari eſſet. Forſitã: Ro. aliquando monitu Deũ: ut malis liberẽtur Pom. cineres relaturos dicit: & alludit ad illud qđ quinto libro diximus de Phrygibus: q Atym ſepelire ſunt ab Apolline iuſſi. Athenienſibus: q ſiccitate laborãtes: mortẽ Androgei piauerũt. & Lucanis: q peſtilẽtia uexati Palinuri manibus, Apolline iubente, placatis: liberati ſunt. de ea dixit aũt ille: Suſtulit iras Telluris ſterilis monſtrato fine reſoluit Aera tabificũ. Sulco: terræ. Feralibus: peſtiferis. Ignibus: incendiis. Aut terræ mouẽti tecta: aut terrẽmotibus. Buſta: cineres. metonymia. Nã q́s publici deſiderii: & cõmodi gratia id etiã faciendũ dicit: quoniã nauiæ oẽs: q in orientẽ nauigarẽt illuc eẽnt ad Põ. nauigandũ: uel cũ incõmodo acceſſuri. Syenẽ: oppidũ in Thebaide ſub æſtiuo Cancri tropico cõſtitutũ: ut diximus ſupra. Torrẽte: adurente. Thebas: Aegyptias: q́ ſunt ſub Tauro quẽ conficiunt Pleiades. Imbrifera: pluuiali. Mutator: mercator: & cõmutator. Auertat: a curſu ad parẽtãdũ diuertat. Præferre: nõ ut cẽſeat Põ. Ioui ꝑferẽdũ: ſed qđ potius buſtũ Põ. q̃ Iouis Caſii tẽplũ uiſuius ſit. Iſta: tã humilia. Nunc es: inſultatio in fortunã: & in Cæſ. Auguſtius: ſacratius, & maius templis Cæſ. Ab æquo. a fluctibus: qui e Libya in Caſiũ illidũtur.

OMNIBON. ¶ Noſtro ſinu: q̃ gremio ipſo cineres: & oſſa Põ. Ro. trãſferã. Satis o: optãtis eſt. Violare: nõ erit uiolare ſed honorare. Forſitã aut ſulco: fortaſſe Ro. tũc reſtituet cineres tuos: ut inde trãſferanẽ honorificẽtius: cũ urbẽ Ro. inuaſerit peſtilẽtia: aut certe terrẽmotꝰ cõcuſſerit: & accepta reſpõſa huiuſmodi erũt: ut nec peſtilẽtia illa, nec terrẽmotus ſedari poſſit: priuſquã oſſa in ſedẽ: & patriã trãſferanẽ: ſicut etiã de aliis lectũ ẽ. nã Cybeles, & Aeſculapii ſimulachrũ in urbẽ trãſlatũ illã a peſtilẽtia liberauit. Sulco ſterili: ſignificat famẽ: & penuriã annonæ. Feralibꝰ auſtris. i. peſtiferis. nã auſter cũ regnat: calido eius feruore corrũpiẽ aer. Ignibus nimiis. i. æſtibus: & ſiccitati agroꝝ. Sũmus ſacerdos: pontifex maximus. Nam q́s ad exuſtã: nemo eſt q hac trãſiturus ſit: ubi tua oſſa manẽt: q̃n nauẽ iubeat eo aduertere ſepulchrũ tuũ: qualecũq́ ſit ſalutet: & ueneretẽ. Syenẽ: Syene eſt ciuitas ſupra Alexãdriã: q̃n q́ millibus ſtadiorũ: ſolſtitii die medio nullã umbrã iaciẽs. Pli. eſt. n. ſubiecta cancro. Thebas: Thebæ ſunt Aegyptiæ: & Bœotiæ: ſed de Aegyptiis Thebis hic itelligit: q́ cẽtũ portas habuit: & Dioſopolis appellata. Strabo. Sub pleiade: ſub q̃ poſitæ ſunt Thebæ Aegyptiæ. Pleiades ſunt ſtellæ I Tauro: q́ ortu ſuo nauigationis tp̃s ſignificãt: ut ẽi dictæ ſunt απο του πλεω. i. a nauigo. Quis ru. ſt. i. q́s nauigabit I oriẽtẽ: aut meridiẽ: neq́. n. poſſunt i oriẽtẽ, uel Libyã nauigare: niſi p mare libycũ: & i littore libyci maris poſita erãt oſſa Põ. Arabũ: populi ſunt oriẽtis. felicis Arabiæ (auctore Stra.) ſeptẽtrionale latus faciũt deſerta haud exigua: oriẽtale pſicus ſinus: occidẽtale arabicus: auſtrale mare magnũ: qđ extra utrũq́ ſinũ eſt: idq́ totũ mare rubrũ uocaẽ: qđ rubrũ appellaẽ a Sole: cũ ſupra uerticẽ ẽ: uel a mõtibus ex aduſtiõe ruẽtibus. Cteſias uero Gnydius hiſtoriẽ mãdauit: fontẽ quẽdã eẽ: q aquã rubicundã, ac minio plenã iu mare emittit. Solinus etiã refert ultra peluſiacũ hoſtiũ Arabiã eſſe ad rubrũ ptinẽtẽ mare: qđ erythreũ ab Erythra rege Perſei, & Andromadẽ filio: nõ ſolũ a colore appellatũ Varro dicit: q̃ affirmat in littore maris iſtius fontẽ eſſe: quẽ ſi oues biberint: mutent uelleꝝ qualitatẽ. Auertat. ſ. ab his regionibus ad ſe nauigãtes per ea loca. Cinis in ſummis: q̃ fortaſſe fluctibus maris detecta erũt oſſa tua: ut etiã uideri poſſint. Præferre: ut digniore ſepulchro te cõdat. Caſio: mõs eſt i Arabia nobilis ſepulchro Põ. Caſio Ioui: q̃ in Caſio monte Iouis eſt tẽplũ, & Põ. corpus: ut dicit Strabo: nõ ꝓcul inde Magnus iugulatus fuit: & ab Aegyptiis dolo iteremptus. Nihil iſta nocebunt: nec erit cur tibi minor habeaẽ honor: q̃ I humili loco oſſa tua poſita maneãt: imo hoc ipſo erit uenerabilior umbra tua. Iſta buſta: uilia: & ſordida. Tẽplis, auroq́: quia ſi in tẽplis auratis cineres tui cõditi eſſent: minorẽ honorẽ pro dignitate cõſecutus eſſes. Tẽplis, auroq́. i. templis auratis: encdiadis. Pro numine ſummo. i. loco ſummi numinis habetur: q̃ fortuna ſepulchri tui in tã uili loco poſita ſit: & ſubiungit rationẽ. Auguſtius aris: per ſimilitudinem oſtẽdit: dignius eſſe ſepulchrũ Põ. q̃ eorũ: qui ſepulti ſunt in Capitolio: unde Thuſci ſacerdotes: qui dedignabanẽ ſacrificare Ioui in tẽplo conſtituto: Imolant uictimas in loco: ubi iacet flumẽ: nã Thuſci fuerũt religionis cultores maximi: ut Val. docet in primo. nũc ergo dicit q̃ haruſpices Thuſci: quoties prodigiũ expiare uoluerũt fulminis (nam fulmẽ quoties aliquid percuſſerit prodigiale eſt) in locũ: quem de cælo tactum eſſe uiderint: bidentes ſacrificabant: & locum bidental appellabãt: nec quiſquam auſus fuiſſet in eo loco cõſiſtere: uenerabantur enim locum tanquam ſacrum: & Diis conſecrabant: idem continget ſepulchro tuo o Pompei. nam quemadmodum Thuſci ſacerdotes dedignabantur ſæpe ſacrificare Ioui capitolino: & immolabant bidentem: ubi fulmen cecidiſſet: ita etiam umbris tuis ſacrificia exhibebuntur a gentibus. Auguſtius: ideſt nobilius: & uenerabilius: unde auguſtum dicimus locum uenerabilem: quaſi aue guſtatum: ſic enim augures locum uenerabilem habebant: quem aues deguſtaſſent: uel quaſi augurio conſecratũ. Aris uictoris: templis Cæ. cui templa: & aræ extructæ fuerunt. Saxum: ſub quo cineres tui conditi ſunt.

¶ Tarpeiis:

SVLPITIVS ℭ Tarpeiis:ſenſus eſt:Molti populi:qui Deos Ro.colere noluerunt:ſepulchro & manibus Pom.ſacrificent:& ſic confirmat auguſtius eſſe:Strepant alii quicquid libet:huc tendit poeta. Tarpeiis Deis:qui coluntur in Capitolio:ut Iouit Apollini:Mineruæ:Iunoni. Numẽ incluſum ceſpite fuſco:manes Pom.ſepultos in terra Nili nigra: talis enim præ pinguedine eſt.alii legunt thuſco ceſpite fulmen. Proderit:ſolamen eſt a futuro commodo:nam euerſo ſepulchro:quod breui durabit minores non credent Pom.mortuum:nec in Aegypto ſepultum:ſed in cælo regnare:ut putant Iouem Cretenſes. Olim:in futurum. Ardua moles:eminens ſepulchrum. Sparget: diſſoluet. Buſtum:buſti ſaxum. Argumenta:ſigna. Sit nulla fides:non creditur. Erit tã men.putabiť ita mẽdaciũ dicere:ut Creta de Iouis ſepulchro:qđ i Creta fuiſſe Solinus:& Cice.in na.Deo.& Lactãtius meminere.

OMNIBON. ℭ Tarpeiis Deis.i.Ioui:& Mineruæ:qui coluntˀ in Tarpeia rupe.i.Capitolio. Thura:ideſt ſacrificia. Thuſco ceſpite:ideſt ara a Thuſcis ſacerdotibus extructa:nõ .n.tantummodo in Thuſcia hæc faciebant:ſed ubicunq; fulmen conditum eſſet. Proderit hoc olim: qđ ibi ſepultus ſis o Pom.quia aliqñ cum aſſiduo maris fluctu ſaxum illud auferretˀ:& nulla tui ueſtigia ſepulchri appellabunt:id faciet ut omnes te Deũ eſſe exiſtiment: cuius ſepulchrum in terris nuſq̃ inueniatur. Olim:aliqñ. Futuris:poſteris. Pulueris exigui:non erit,inqˀ, opus diuturno tempore ad hoc: ut fluctus maris rapiat ueſtigia ſepulchri tui. Caderet.i.in undas. Argumenta:probamenta. Veniet ætas:in qua non credetur ibi tua oſſa aliquando fuiſſe ſepulta. Felicior:quantum ad gloriam tuam. Saxum monſtrantibus:quia ſi forte qs dixerit hic oſſa Pom.ſepulta fuerunt: non adhibebitur fides. Atq; erit Aegyptus:& fortaſſe idem continget tibi in Aegypto:qđ contigit Ioui in Creta.Nam in inſula Creta oñdebant ſepulchrum:qđ Iouis fuiſſe dicebãt:ſed nemo credere uolebat:idem & tibi continget o Põ. Varro in opere qđ de littoralibus eſt:ẽt ſuis temporibus(ut ait Solinus)affirmat ſepulchrũ Iouis in Ida Cretæ uiſitatum. Tam men.non erit mendax: ſed exiſtimabitur.

Tarpeiis:qui ſæpe Deis ſua thura negarunt:
Incluſum thuſco uenerantur ceſpite fulmen.
Proderit hoc olim:qđ non manſura futuris
Ardua marmoreo ſurrexit pondere moles.
Pulueris exigui ſparget non longa uetuſtas
Congeriẽ:buſtumq; cadet:mortiſq; peribunt
Argumenta tuæ:ueniet felicior ætas:
Qua ſit nulla fides ſaxũ monſtrãtibus iſtud:
Atq; erit Aegyptus populis fortaſſe nepotũ
Tã mẽdax Magni tumulo:q̃ Creta Tonãtis.



ℭ Io.Sulpitii in nonum Lucani argumentum.

Spiritus in nono Magni petit æthera:pugnæ,
Reliquiaſq; Cato Libyæ tranſportat in oras:
Et eum Pompeio Magnum Cornelia luget:
Quem Cato commendans,Cilices caſtigat:& inde
Per Syrtes agitur:libyeas quoq; calcat arenas.
Hammonemq; tuens,ſerpentum ſenta peragrat.
Dux & ab Emathia Troianam uectus in urbem
It Pharon:& generi lachrymans pia conſpicit ora.

M.ANNEI LVCANI BELLI CIVILIS LIBER NONVS.

AT non in Pharia manes iacuere fauilla:
Nec cinis exiguus tãtã cõpeſcuit umbrã:
Proſiluit buſto:ſemuſtaq; mẽbra relinq̃ns:
Degeneremq; rogũ:ſeqtur cõuexa Tonantis

SVLPITIVS AT non in Pharia.Pom.animam:quæ terra cõdi non potuit:in campos Elifios:qui ſub Lunæ regione ſunt,euolaſſe:& contemptis terris,atq; humana miſeria:in Bruti: Catoniſq; pectoribus requieuiſſe inquit. Manes : Pompe.anima. Pharia fauilla:cinere Aegyptiaco. Compeſcuit:cõtinuit. Proſiluit:extra ſaltauit. Sequitur conuexa: repetit cæli concauitatem.

OMNIBON. ¶ Berenicida Lepti: Berenicis oppidum Libyæ eſt in ea parte: quæ appellatur Pentapolitana: a quinq; ciuitatibus uſq; ad Leptim oppidū Tripolitanæ. i. a principio Libyę uſq; ad extremitatē nō inuenit̃ arbor: nec ſilua: niſi in hoc loco templi Hammonis. Solus nemus: Iuppiter dedit hanc ſiluam: q locum illum delegit. Fons cauſa loco: & tamen Hammoni Ioui eſt attribuendū: nā ipſe ſub forma arietis terram pede percutiens fontē edidit. Et domitas un. declarat q͞d dixit alligat: quia humor una cum puluere maximus facit q̄ſi glutē: quo radices deinde nitunt̃ terræ. Hic quoq; nil obſtat: adeo Sol directe tranſit per Zenith capitis eoꝝ: ut nulla ibi prorſus uideatur umbra. Zenith eſt uocabulū aſtrologorū: ſignificat aūt pūctū in firmamēto: q directe capiti noſtro ſuperimpoſitus eſt: & cuiuſq; regionis gētes ſuū Zenith habēt: dicit q ibi trāſit p Zenith capitis eoꝝ: q directe ſupimpoſitus erat capiti Garamātū: cū in meridiē eſt Sol: nulla prorſus umbra apparet: adeo ut uix frōdibus trūcos ſuos arbores defendere poſſint. Hic quoq;: hic q̄uis natus ſit fons: tamē cū ī meridie fuerit Sol: nulla umbra eſt: q̄ poſſit ſe a calore Solis defendere: nec ipſa arbor. Phœbo: calori Solis. Stat: ideſt firmata eſt. Cardine ſummo. i. in meridie. Trūcū uix ꝓte. ar. ex quo ītelligi pōt: quomodo poſſent ſub umbra cętera animalia releuare calorē. Deprēſum: de illis loq̄t̃: quoꝝ Zenith directe capiti eorū ſupimpoſitus eſt in æqnoctiali ſitu: q͞bus duo ſolſtitia altiſſima fiunt: & totidē ſolſtitia ima. ſolſtitia alta fiunt his: cū Sol p capitis eorū Zenith tranſit: uidelicet cū Sol eſt in principio Arietis: & itē in principio Libræ. tūc. n. directe Sol ppendiculariter p Zenith capitis eoꝝ trāſit: ideo aūt alta ſolſtitia dicunt̃: q Sol altius aſcendere nō poſſit. Circulus alti Solſtitii: eſt æqnoctialis: q͞d ſub æquinoctiali cōſtitutis duo alta ſolſtitia fiūt: mediū aūt orbē ſignoꝝ appellāt zodiacū: uidelicet q͞a æqnoctialis circulus mediū zodiacum diuidit. Percutit: diuidit. Deprēſum. ſ. ab aſtrologis. Hunc locum: ubi poſitū eſt tēplū Hāmonis. Alti ſolſtitii: uidelicet æqnoctialis: q̄re alti: q͞a uidelicet ſub æqnoctiali cōſtitutis: duo alta ſolſtitia ſūt: uidelicet cū ī principio Libræ: & itē ī pricipio Arietis Sol fuerit. Orbē ſignorū. i. zodiacū ī quo. xii. ſigna poſita ſint. Nō obliq̄ meār. i. non obliqua oriunt̃: nec occidūt: ut intelligatur hic locus. ſciendū eſt primū quid ſit ortus, & occaſus: deinde quid ſit obliq; oriri: & recte oriri. ortus alicuius ſigni nil aliud eſt: q̄ illā partē orizontis oriri cū illo ſigno oriēte. i. aſcēdēte ſupra orizontē arcticū: rurſus e diuerſo occidēte aliquod ſignū nihil aliud eſt: q̄ eā partem orizontis occidere: q̄ occidit cum illo ſigno occidente. Signa enim cum uidētur: oriri dicuntur. cum aūt nō uidētur: occidere dicuntur. cum ſupra orizontē finita eſt acies oculorū: & non uidentur. cum ſupra alium orizontē fuerint: tumore terræ impeditur acies oculorum: ne ſidera uideri poſſunt. hic eſt ortus: & occaſus. obliq; autem oriri dicuntur ſigna cū minor pars orizontis occidit cū eo. recte aūtē oriri dicunt̃: cū magna pars orizontis oritur: nunc ergo dicit. Non obliqua meant: ideſt recta ſigna oriuntur: quia conſtitutis in æquinoctiali: ſicut ſunt, de quibos loquitur, Garamantes: ſemper maior pars orizontis oritur: & occidit. Nec Tauro Scorpius exit. i. ſigna oppoſita æquales habent aſcenſiones: & deſcenſiones: Libra opponitur Arieti. Scorpius Tauro. Capricornus Cancro. Aquarius Leoni. Piſcis Virgini: & in ſphæra iſta oppoſita ſigna æq̄les habent aſcēſiones: & deſcenſiones: ideſt æqualiter occidūnt: & oriuntur: & hoc eſt q hoc loco dicit: Nec Tauro Scorpius exit Rectior. Tēpora ſua: quia eodē tēpore & oriunt̃, & occidont. Chirō. ſ. Sagittarius: nā ī Sagittariū ſignū cōuerſus eſt Chirō: qui Cētaurus: & nutricius Achillis. Carcinus. i. Cancer: dictio græca eſt. Idē eſt. ſ. in aſcēſione: & deſcēſione.

¶ Aegoceros:

Humidus ægoceros:nec pl⁹ Leo tolliť urna.
At tibi q̄cunq; es Libyco gens igne dirępta:
In Noton umbra caditq̄ nobis exit ī Arctō:
Te ſegnis Cynoſura ſubit: tu ſicca profundo
Mergi plauſtra putas:nullūq; ī uertice ſūmo
Sidus habes īmune maris:ꝓcul axiſ uterq; ē:
Et fuga ſignorum medio rapit omnia cælo:
Stabant ante fores populi quoſ miſerat Eos:
Cornigeriq; Iouis monitu noua fata petebāt:
Sed latio ceſſere duci:comiteſq; Catonem
Orant:exploret Libycum memorata ꝑ orbē
Numina:de fama tam longi iudicet æui.
Maximus hortator ſcrutandi uoce Deorum
Euentus Labienus erat:ſors obtulit inquit:
Et fortuna uiæ tam magni numinis ora:
Conſiliumq; Dei tanto duce poſſumus uti
Per Syrtes:belliq; datos cognoſcere caſus.
Nā cui crediderim ſuperos arcana daturos:
Dicturoſq; magis:q̄ ſancto uera Catoni?
Certe uita tibi ſemper directa ſupernas
Ad leges:ſeq̄riſq; Deū:datur ecce loquendi
Cum Ioue libertas:inquire in fata nefandi
Cæſaris:& patriæ uenturos excute mores:
Iure ſuo populis uti:legumq; licebit:
An bellum ciuile perit:tua pectora ſacra

❡ Aegoceros: Capricornus græce dixit: αιξ .n.capra eſt: κερας cornu: eff giatur.n.caper uentre:tenus:reliquo corpore Piſcis. Vrna: Aquario:q urnā tenet. At tibi:apoſtrophe ad Libycos:q ſūt ab æquinoctiali circulo ad Cancrū uſq;:q ita habēt umbras meridiē uerſus prout Sol a perpendiculari ipſorum umbra ad Cancrum aſcendit. Dirēpta igne libyco:diuiſa a nobis æſtu,& torrida zona. Vmbra:ſolſticii noſtri:quę eſt nobis ſeptentrionalis. Et ſegnis Cynoſura ſubit:& urſa minor tibi uidetur occidere. Segnis:parū enim moueri uidetur. Plauſtra ſicca:urſam maiorē:q̄ non occidit:nec Oceano tingitur. Putas:bene putas. nā te uera: & ſi abſcōdatur eis: nō mergiť in Oceano. Nullūq;: & oēs ſtellę:quę ſunt in polo ſeptētrionali occidūt tibi. Vterq;:borealis:& auſtralis. Procul:remotiſſimæ:q ipſi ſub æquinoctiali ſunt:neutrūq; uident. Fuga:erratio. Rapit medio cælo:uerſat iter utrūq; polū. Ante fores:templi Hammonis. Eos:Aurora:quæ græce ηω dicit. eos etiam oriens appellatur: & corripit primā. Fata:ſortes:reſpōſa. Duci: Catoni. Numina memo.Iouē celebratū. De fama: an uerę ſit illic uera reddi oracula:ut iā oli creditū eſt. Maximus:inter omnes. Scrutādi euētus:ſcitandi caſus belli. Voce:reſponſis. Ora: oraculum. Nā cui ſua.a facili cū eius laudis atteſtatione.

Supernas:diuinas. Deū:Dei uoluntatē:q eſt ſecundū leges:& uirtutē. Excute: explora an ſuis legibus: & libertate uicturi ſint populi:an fruſtra bellum ciuile fiat & tyranni ſint dominaturi. Sacra: diuina Iouis.

❡ Aegoceros:Capricornus:nam αιξ ſignificat caprā: κερας cornu. Nec plus Leo to.urna:q Aquarius opponiť Leoni:cū dicit urna intelligit Aquariū:nā Aquarius pingiť cū urna effundēs fluuiū. At tibi quæcūq; es:apoſtrophat ad eos quorū pūctus.i. Zenith arabice ſupimpoſit⁹ eſt capiti eorū:& ſunt ī tropico Cācri:his eni umbra ſemp a ſeptētrione uergit in meridiem. At uero illis: quorū Zenith directe capiti eorū ſupimpoſitus eſt inter tropicū Cancri:& īter circulū arcticū: nunquā eis cōtingit: ut Sol tranſeat ꝑ Zenith capitis eorū:& illis umbra ſemper a meridie ſeptentrionē uerſus tendit:ſicut nobis.ita Lucanus hic dicit oſtendens eā gentē:qbus umbra ſemper uergit in meridiē. Dirempta.i.diuiſa es a nobis. In Notō umbra cadit.i.in meridiē umbra eius. Quæ nobis.ſ. qui ſumus inter tropicū Cancri: & arcticū polū umbra cadit a meridie in ſeptētrionē. Te ſegn.o Afer Garamas. Cynoſura: urſa minor. Segnis:q tarda eſt. Mergi plauſtra put. quia(ſicut dixi ſuperius)tunc dr̄ occidere ſignum aliqđ cū rēdit ſub orizōte:ideo quia orizon hic noſter:q diffinit ſpatium qđ acies oculorum pertingere poteſt: parum uidetur ab his:qui ſunt in polo antarctico:ob eā cauſam plauſtrū:qđ circa polū arcticū uertitur:ipſi exiſtimāt cū nobis nūq̄ occidat,occidere:quia occidere non uident:nam tendit ſub orizonte:& tumore terrę impeditur acies oculorū:ideo eis urſa minor licet nunquā occidat:occidere uidetur. In uertice ſummo:in polo ſeptentrionali: qui ſemper ſublimis eſt nobis. Procul axis uterq;:quia ipſi ſunt conſtituti ſub æquinoctiali:qui circulus ē haud procul a polo arctico. Vterq; axis:arcticus & antarcticus:quia ipſis ſphæra eſt recta: cum circuli quinq; ſint ſphæræ:uidelicet arcticus:antarcticus:æquinoctialis:hyemalis:& auſtralis: ipſi ſunt conſtituti in æquinoctiali: quia ſub meridie ſunt. Fuga ſignorum:ſpatium ſignorum eſt a terra remotum: ideo fugere uidetur ſub utroq; orizonte ſuo:& noſtro. Stabant ante fores populi:nunc dicit ad hoc templum multarum nationum gentes cōueniſſe:ut reſponſa rerum ſuarum peterent:& ſimul atq; Catonem uiderunt:ueneratione quadā moti ſtatim ipſi ceſſerunt. Eos:oriens: ηως dicitur Aurora:& oriens. Noua fata.i.reſponſa rerū nouarū. Exploret:tentet: periculū faciat:ſi uera ſint oracula:quæ fama per totū orbē uulgauerat:q ibi uera,& certa reſpōſa darētur. Maximus hortator:ſed īter cæteros hortatores præcipuus erat Labienus:qui aliquādo tribunus ple.fuit:& militauerat ſub Cę.deinde q pars melior uidereť Pō.& ſenatus:relictis ſignis Cæ.trāſiuit ad Pō. Euentus rerum.i.ciuilis belli fortunā. Voce:oraculo. Sors obtu.o Cato fortuna ipſa uoluit:ut ad hunc locū ueniremus:ubi poſſemus certā oracula accipere de rebus futuris: nūquid aliquando noſtris legibus uiuere debeamus an bella ciuilia nequicquā ſuſcepimus. Numinis.i. Iouis Hammonis. Cōſiliūq; Dei:quia conſulere potes oraculum Iouis. Tāto duce:Ioue Hammone. Datos caſus:ideſt qui caſus nobis debentur:proſperi:an aduerſi. Nam cui crediderim:nec dubium eſt:quia uera reſpōſa habiturus ſit a Ioue:in quo ſumma ſemper ſanctitas fuit. Certe uita tibi: oſtendit ipſum ſemper obſequentem fuiſſe Diis. Ad leges:nunq̄ iura diuina uiolaſti. Deū.i. uoluntatem Dei. In:aduerſus. Excute:exquire diligenter. Mores patrię:nūquid ī libertate uicturi ſumus:an in ſeruitute. Suo: ꝓprio iure. An bellum ciuile:ideſt an fruſtra bellum ciuile gerimus pro libertate: quam reparaturi nos ſumus.

SVLPITIVS

OMNIBON.

SVLPITIVS ¶ Reple: hæc Labieno dicente: cum Cato geſtu recuſaret ſe uelle de futuris ſcrutari: qđ leue & inane uidetur: nam ſi futura ſunt uitari nõ poſſunt: ſi nõ futura: cuſtodiáda non ſunt: Labienus hoc ut minimũ ei ſuadere tẽtauit, ut exploraret quid eſſet uirtus, & eius exẽplũ efflagitaret: niſi uirtus eſt pro patria & libertate pugnare: gratũ Diis eſſe debet: qđ ipſi agũt: & Cæ. eſt ſuccubiturus. Ille: Cato: q quoddã numẽ geſtabat in aio. Adytis: penetralibus Iouis: aut Phœbi. Quid quęri: ĩprobat Labienũ: quoniã non ſit opus explorare quæ ſunt ꝑſertim ſtoico exploratiſſima. Regna: tyrannidem. An ſit uita nihil: nam noſtrum iſtud uidere: & ſpirare: ſiue breui: ſiue diu duret: nihil ꝑfecto ẽ: ſed eſt plane mors aiorũ: q ſunt demerſi in carcere corporis: & ætatis lõgitudo i nullo a breui differt: niſi in moribus. An noceat: nocere poſſit. Sapienti. n. uis inferri nõ põt: & fortũ i ſapiẽti nequit obeſſe. & quãq̃ uideaẽ affligere: tamẽ ſapiens ipſe uirtutis ſuæ conſcius: ſemper beatus & felix eſt: uel in tauro Phalaridis. Perdat minas: qa nocere põt. Velle laudanda: honeſtũ optare: ad ipſumq́ tota mẽte: etiã ſi cõſeq nõ poſſimꝰ. Succeſſu creſcat: felicitate: & ſuffragiis augeaẽ. nã ois recta actio ſi fauoribus deſtituatur recta eſt. ſi foueaẽ honeſtior nõ efficitur. Altius: ꝓfundius: firmius. Hęremus: iũcti ſumus: & loquitur ſecũdũ illos: q dicunt animũ noſtrũ eſſe particulã Dei: q cũ oĩa moueat: etiã cogitata noſtra ipſum nõ latẽt: eiuſq́ permiſſu agimus oĩa. Tẽploq́ tacẽte: etiã ſi Hammõ nihil reſpõdeat. Nec eget: nõ opus eſt loquaẽ. Auctor: ſũmus opifex. Quicqd ſcire licet: quicquid uere poſſunt hoĩes ſcire. Nec legit arenas: nec ſolus hic locus: ſed totus mũdus: omniſq́ uirtutis actio eſt Dei ſedes. Vt caneret paucis: uaticinaretur huc ueniẽtibus. Merſit: occuluit. nã etiã alibi ueritas eſt. Eſtq́ Dei ſedes: Deũ toti mũdo ineſſe dicit. Sic & Virgi. Pricipio cęlum: ac terras: cãpoſq́ liquẽtes: Lucentẽq́ globũ Lunæ: Titaniaq́ aſtra Spiritus intus alit: totãq́ iſuſa per artus Mens agitat molẽ: & magno ſe corpore miſcet. idẽ: Iouis oĩa plena. Et uirtus: etiã in mẽte exercẽtiũ uirtutẽ: & i ipſa uirtutis actione habitat Deus. Iuppiter eſt quodcunq́ uides: ſic enim per omnia diffuſus eſt potentia ſua: ut quicquid eſt: poſſit dici Deus.

Voce reple: & duræ ſaltem uirtutis amator
Quęre qđ ẽ uirtus: & poſce exẽplar honeſti.
Ille Deo plenus tacita quem mente gerebat:
Effudit dignas adytis e pectore uoces.
Quid quęri Labiene iubes? an liber in armis
Occubuiſſe uelim potius: q̃ regna uidere?
An ſit uita nihil: ſed longa? an differat ætas?
An noceat uis ulla bono? fortunaq́ perdat
Oppoſita uirtute minas? laudandaq́ uelle
Sit ſatis: & nunq̃ ſucceſſu creſcat honeſtum?
Scimus & hoc nobis nõ altius inſeret Hãmõ.
Hæremus cuncti ſuperis: temploq́ tacente
Nil agimus niſi ſponte Dei: nõ uocibus ullis
Numẽ eget: dixitq́ ſemel naſcentibus auctor
Quicqđ ſcire licet: ſteriles nec legit arenas:
Vt caneret paucis: merſitq́ hoc puluere uerũ:
Eſtq́ Dei ſedes niſi terra: & pontus: & aer:
Et cælũ: & uirtus: ſuperos qđ q̃rimus ultra?
Iuppiter ẽ: qđcũq́ uides: quodcũq́ moueris:

OMNIBON. ¶ Voce: ſcilicet Iouis. Duræ ſaltẽ uirtutis: & ſi de rebus futuris quærere non eſt tibi curæ: ſaltẽ quære quid eſt uirtus: & ut tibi aliqđ uirtutis proponatur exẽplũ. Ille: nõ opus erat, inq̃t, ut Cato ſciſcitareẽ oracula: nã ipſe tota mente Deũ cõceperat. Dignas uoces: hoc eſt non aliter reſpondit q̃ ſi Deus eſſet: q oraculum ederet. Adytũ: locus ſecretus: quo nemini niſi ſacerdoti adire licebat: a priuatiuũ eſt ingredior. An liber in armis: iubes ne quæri ea: quę manifeſta ſunt omnibus. Occubuiſſe uelim: quia ſatius eſt mori liberũ q̃ uiuere ſeruum. An ſit uita: breuis, an longa. uita enim quantumlibet longa ſit: breuis eſt. An differat ætas: ſiue adoleſcens fueris: an iuuenis: an ſenex non uita differt: ſed differunt mores ætatis. An noceat uis. q. d. manifeſtũ eſt in uiolentiã fortũæ aut tẽporis non poſſe nocere bonis. Oppoſita uirtute: Iuuenalis: Nullũ numẽ abeſt ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus Fortũa Deã: cęloq́ locamus. Laudanda. ſ. iubes quæri. Sit: ſiue honeſtũ conſecutus fueris: ſiue non ſufficit: quod ad illud tota mente feraris. Succeſſu: felicitate. Scimus: ſcilicet quæ ad uirtutem pertinent: quia dixerat ſuperius Labienus: Quęre quid eſt uirtus. Hęremus: nitimur: ſtabiliti ſumus. Superis: omnes a Deo defendimur: inſtruit ipſe nos quid facere debeamus. Temploq́ tacente: etiam ſi nullum oraculum fuerit: hoc ſcire poſſumus: nil agere homines: niſi ex uoluntate Dei: ergo etiam male facimus ſponte Dei: ſed uoluntas Dei duplex eſt: poteſtatiua (ut aiunt Theologi) & permiſſiua. cum male agimus: permittit, non quod ei placeat. Poteſtatiua dicitur: quia poſſet prohibere. Nec uocibus ullis: non opus eſt: ut nobis Deus dicat: quid ſit faciendum: unum tamen nos ſcire uoluit: oibus ſemel moriendum eſſe. Auctor: uidelicet Deus: cum daret rationem oibus nil gentiũ cõſiſtere: quod ipſe declarat in fine orationis dicit: Me non oracula certũ: ſed mors certa facit: pauido, fortiq́ cadẽdum eſt. Steriles nec legit arenas: nam ubiq́ curam rerum humanarum habet: & ſub nomine Iouis uerum Deum ſentiebat Cato. Hoc puluere. i. in hac arena. alluſit ad nomẽ Iouis Hammonis. Eſtq́ Dei ſedes: præterea non hic ſolum eſt Deus: ſed ubiq́ eſt potentia: quid. n. ſedes eſt Dei: niſi pontus: terra. aer: uirtus. Niſi uirtus: i his omnibus rebus Deus eſt. Aratus poeta in φαινομενοις ſcripſit μεστοὶ δὲ διός πάντες plenj ſunt Iouis omnes: quidam uitiis moeſti: plenum eſt mare: lacus pleni: & omnes ubiq́ utimur Deo. ſecundum hunc ſenſum Arati loquitur hoc loco Lucanus dicens: Dei ſedem eſſe pontum: aerem: terram: cęlum: & uirtutem. Superos quid quærimus: cum Dii ſint in nobis ipſis. Quodcũq́ moueris: nam Deus ipſe eſt ſpiritus: ſine quo nihil mouetur: aut regitur. Et quid nos mouet, anima: quæ data eſt nobis a Deo: ſed in hoc non nihil errauit: quaſi uellet animam eſſe Deum ſecũdum Pythagoram: qui dicebat animam eſſe partem diuini ſpiritus ſecundum quẽ locutus eſt Virgili. Igneus eſt illis uigor & cæleſtis origo: ita diffiniebant illi Deum eſſe πῦρ νοερόν: ideſt ignem ſenſibilem: hunc uigorẽ ſatratum igni dicebant eſſe originem animarum: ſed ſequeretur hoc in loco: ſi anima eſt pars diuini ſpiritus: ergo anima naturaliter eſt Deus: quod falſum: nam pars ſequitur ſuum totum.

¶ Sortilegis:

¶Sortilegis:diuinatoribus. Ancipites caſibus:ꝑpendentes a caſu:& fortuna. Oracula:reſponſa:quæ poſſunt SVLPI
illudere. Mors certa:q̄ neminē ꝑterit:quæq; unicuiq; iminet. Dixiſſe:dicendo aperuiſſe. Seruata fide:ſalua TIVS
credulitate populoꝝ de Hammone:q̄ noluit explorare:ne fidei in eũ derogaret. Nō exploratũ:intentatũ:an ue
rus:an falſus eſſet. Pedes ambulās:nō uectus:nā ait Plutar.ſeptē cōtinēter diebus iter fecit:ipſe ſemp abſq; equo,
& uehiculo agmē ꝑcedēs. Ora anh.mi.hoc eſt militē anheli oris. Mōſtrat:exēplo ſuo. Supinus:ſupbus:nō ue
hit̃ ceruicibus hoīum:nō curru. Stat dũ lixa bibat:expectat donec biberit etiā q miles nō eſt. Lixæ.n.hi ſunt:q Lixæ q
aquā ad tentoria uehūt. Nā lixā aquā ueteres dixerūt:
unde fit elixare aq̄ coquere:ut ait Nonius Feſtus uero
iq̄t eũ eſſe:q q̄ſtus gratia exercitũ ſequit̃:dictũq; a licē
do:q cũ ſit extra ordinē militiæ:liceat ei qcquid libet.

Sortilegis egeant dubii:ſemperq; futuris
Caſibus ancipites:me non oracula certum:
Sed mors certa facit:pauido fortiq; cadēdũ ē:
Hoc ſatis eſt dixiſſe Iouem.ſic ille profatur:
Seruataq; fide templi diſcedit ab aris:
Nō exploratũ populis Hammona relinquēs
Ipſe manu ſua pila gerens præcedit anheli
Militis ora pedes:monſtrat tolerare labores:
Non iubet:& nulla uehitur ceruice ſupinus:
Carpētoq; ſedens:ſomni parciſſimus ipſe eſt:
Vltimus hauſtor aquæ.cũ tandē fonte repto
Indiga cogatur latices potare iuuentus:
Stat dum lixa bibat.ſi ueris magna paratur
Fama bonis:& ſi ſucceſſu nuda remoto
Inſpicitur uirtus:quicquid laudamus in illo
Maiorum fortuna fuit. quis Marte ſecundo:
Quis tãtũ meruit populoꝝ ſanguine nomē?
Hũc ego ꝑ ſyrtes:Libyeſq; extrema triũphũ
Ducere maluerim:q̄ ter capitolia curru
Scādere Pompeii:q̄ frāgere colla Iugurthæ.
Ecce parens uerus patriæ:digniſſimus aris
Roma tuis:per quē nunquā iurare pudebit:

Si ueris:Catonē oīum hoīum ꝑſtantiſſimũ fuiſſe ar
gumētat̃:q̄q̄ alii plus fortunæ habuerint:ſed ipſe ī uir
tute excelluit oībus:eſtq; colēdus pro numine. Veris
bonis:uirtute ipſa:a q̄ ꝑficiſcit̃ laus. Et ſi ſucceſſu:&
ſi cōſidrrat̃ pura uirtus ſine fauore:atq; fortuna laus:q̄
Catōi tribuit̃ ex uirtute fuit in maioribus ex fortuna.
Marte ſecūdo:uictoria:& cæde hoſtiũ. Nomen:fa
mā,& gloriā:q̄tā Cato. Hunc ego:mali ego īquit hāc
Catonis laudē:q̄ tres Pō.triumphos:& unũ Marii de
Iugurtha rege Numidaꝝ:q in triũpho ductus:& e Ca
pitolina rupe ꝑcipitatus eſt. Aris tuis:templis:quæ
erigas ei. Nunquam pudebit:ut pudet per Cæſa.qui
ſceleſtus fuit:ille uero iuſtus,atq; diuinus.
¶Dubii,ſ.ſ.q īcerti ſunt reꝝ futuraꝝ:illi tāſa petāt OMNI
ego aũt ſcio qd futuꝝ eſt:res.n.cũ uirtutibus ꝓſpere BON.
cedũt:etiā ſi aduerſæ cōtingerēt:tñ conſciētia recte fa
ctoꝝ loco beatitudinis,& iſtar ſibi felicitatis eſt. Vir.
illud idē oſtēdit paucis uerbis:Quæ uobis q̄ digna ui
ri ꝓ laudibus iſtis Præmia poſſe rear ſolui pulcherri
ma primæ:Dii,moreſq; dabũt ueſtri:ſed mors q̄ certa
eſt facit me certũ ſ.ſemel naſcētibus moriēdũ eſſe. Sa
tis ē dixiſſe.ſ.moriēdũ eē forti & pauido. Sic ille ꝓfa
tus:hæc ubi dixit Cato ex tēplo diſceſſit:& fidei Hā
monis oraculo derogare nihil uoluit. Nō exploratũ:
a ſe:q̄a noluit ipſe piculũ facere:ueꝝ oraculũ eſſet:nec
ne. Ipſe manu ſua:nũc oſtēdit ipſum optimi non ipe
ratoris ſolũ:ſed militis officio uſum:nā ſua ipſe arma
geſtabat:nō miniſtro:nō equo:nō uehiculo uſus. Pedes:nō equo uehebat̃. Militis an.i.anxii:ut uix ſpiritũ tra
here poſſet. Monſtrat tol.la.dũ ipſe primus iſerit laboribus. Nō iu.ſatius ē elaborādo exēplũ ꝓponere aliis:qd
facere debeāt:q̄ iperare. Supinus:ſublimis. Nulla ceruice:erga nō patit̃:ut ſe humeris geſtēt milites:nā pricipes
Ro.ad hanc luxuriā uenerāt:ut lecticarios haberēt:q lectica eos quocũq; uehebāt:ut in epiſtola Seruii Sulpitii:
Coactus ſum illũ in urbē meis lecticariis deferre.Lecticarii aũt erāt:q lectica uehrbāt Ro. principes:quaꝝ aliæ
dicebant̃ hexaphori:q̄ a ſex.aliæ octaphori:q̄ ab octo ſeruis geſtabant̃. Carpētoq; ſedēs:carpētũ genus eſt ue Carpen
hiculi. Parciſſimus:cōtinētiſſimus. Vltimus hauſtor aq̄:& cũ caſu aliquo offerrent̃ fontes:q rariſſimi ſunt in tũ quid
ea regiōe:ſp ultimus erat:q biberet. Indiga:idigēs. Stat:expectat quoad etiā gregarii milites bibāt:immo ue
ro lixa dicitur miniſter:q aq̄ coquo ſuppeditat:nā antiq̄tus lixa aq̄ dicebat̃:unde elixare ē aq̄ madefacere. Si ue
ris magna:nũc ꝑ cōparatiōnē Lucanus laudat Catonē:oſtēdit.n.Catonis uerā uirtutē fuiſſe:cætera,q̄ in aliis pri
cipibus Ro.laudant̃ fortunæ magis tribuēda eſſe:q̄ uirtuti. Fortuna fuit:ꝑter q̄ ī Catōe. Succeſſu:felicitate
remota ſecundũ ſtoicos:q ſolũ bonũ in uirtute cōſtituūt.nā hic ſtoicus erat:ergo dicebat uirtutē ipſam ſatis eſſe
ad bene,beateq; uiuēdũ:etiā ſi oīa aduerſa cōtingerēt:hic ꝓprie ad uirtutē accedebat:niſi q̄ in uirtute felicitatē
eſſe uolebat:nā uirtus nō eſt felicitas:ſed p eā ad felicitatē puenit̃. In ullo maioꝝ:aliq̄uo antiquoꝝ qcqd lauda
tur:ut in Scipiōe fortuna fuit:nā laudat̃ qđ ſpecioſas uictorias:triũphos:atq; tropheа de hoſtibus reportauit:ſed
hæc uictoria cōſiſtit in fortuna maiore pte ſui.Et Ci.cũ de his rebus diſputaret:q̄ in uno imperatore deligendo
q̄rēda ſunt:fortunā īter cæteras poſuit:Magnā.n.ſibi ptē in rebus bellicis fortuna uēdicat. Quis ma.ſe.ſi cōfer
re uolueris uirtutē Catōis cũ uirtute alioꝝ pricipũ:q res magnas bello geſſerũt:iuenies Catōis maiorē laudem
fuiſſe:nullā enim ptē ſibi fortuna uēdicauit. Tāũ:q̄tũ meruit Cato. Marte ſe.rebus bello feliciter geſtis. Po
puloꝝ ſan.cæſis,fugatiſq; hoſtib⁹. Hũc ego ꝑ Syr.dubitari nō pōt:qn uerſus ex aīo ſcripſit Luca.q̄a uirtute Ca
tonis afficiebat̃. Malueri:ꝓ maluiſſē. Libyeſq; ext.per ſitientē Libyā. Quā ter Capitolia curru Scandere.i.q̄
ter,uictoriā huiuſmodi cōſecutũ fuiſſe:qualē Pō.qui ter triũphauit:& quā conſecutũ fuiſſe uictoriā C.Marii:qui
deuicto Iugurtha triũphauit:& ipſum ante currũ captiuũ duxit. Frangere colla:ideſt ceruices:& ſuperbiam Iu
gurthæ:q cũ in carcerē & uincula coniectus eſſet:poſt aliquot dies ſenatus conſilio de ſaxo Tarpeio ꝑcipitatus ē.
Ecce parens uerus:apoſtrophat ad Ro.dicens:ſi quis unq̄ fuit:qui iuſte in Deoꝝ numerum conſtitueretur:hic
certe fuit:hic uerus eſt parēs:quē pro Deo colas o Ro. Aris.i.digniſſimus tuis Deis. Per quē nunquā iurare pu
debit:iurare per aliquē eſt ipſum q̄ſi Deũ colere,& uenerari.ut Horatius:Iurādaſq; tuũ per numē ponimus aras.

SVLPITIVS ¶ Ceruice ſoluta:liber a tyrannide. Factura Deū:ĩ Deos relatura. Quē hunc:quē illū.relatiuū demōſtratiuo cōiunxit:ut apertius idicaret. Iam ſpiſſior ignis calcaẽ:p ueheměntioris æſtus loca iā eūt ultra q̄ nulla hominibus habitabilia eſſe dicit. Et unda rarior.i.q̄ rariores hēt aq̄s:unda ablatiuus eſt. Aſpides:ſerpētes a ἀσπὶς ſcutū ſignificat:eoq̧ dicta q̄d ad caput tegendū reliquo corpore p ſcuto utiẽ:& ἀσπίζω defendo ſignificat. Dipſades: dipſas ſiti iteſicit: dicta a δίψα: q̄d ē ſitis.uel a διψῶ ſitio. Fōte relicto.i.ſi nō biberēt. Vana ſpecie:uana apparētia:& opinióe. Noxia ſer.ſerpentes inq̄t morſu necāt:nō iſiciūt aq̄s tactu:aut guſtu. Peſtis:uenenū. Admiſto ſan.cū ſanguine nr̄o uirus miſceẽ. Dubiū:non dū.n.cōpertū hēbāt:an nō noceret. Venenū:aq̄ hoc loco. Cur Libycus:cur abūdet ſerpētib⁹ Libye noſſe inq̄t nō poſſumus: niſi fictæ fabulę fidē adhibuerim⁹ ex ſtillis capitis Meduſæ : q̄d Perſeus uolās ſup Libyē tulit exortas eē. Naſo ĩ Meta. q̄rto: Cūq̧ ſup Libycas uictor pēderet Harēas:Gorgonei capitis guttę cecidere cruētæ.Quas hum⁹ acceptas uarias aiauit ĩ angues: Vnda frequēs illa eſt:infectaq̧ terra colubris. Exundet:abūdet. Nocēti:feraci ſerpētū. Noſter: meus. nā,ut Horati⁹ ait: Nec ſcire fas eſt oīa. Pro uera cā: p uera ratióe. Finib⁹ extrēis Libyes:ad mare Atlāti cū cōtra pmōtoriū:q̄d uocaẽ heſperiō ceras:ſūt iſulæ Gorgades Gorgonū quōdā dom⁹ bidui nauigatióe diſtātes a cōtinēte. (Gorgades ubi) Gorgōes aūt tres:Sthenio:Euriale:& Meduſa Phorci:& Cet⁹ filiæ:tāta deformitate mōſtra. nā ſolū unū oculū:quē mutuo ſibi tradebāt:cōem hēbāt: & hydros pro crinibus gerebant:ſeq̧ aſpiciētes in ſaxa uertebant. Sed Perſeus auxilio Palladis : & Mercurii clypeo ſpeculari : & talaribus uſus Meduſæ caput amputauit. Oceanum:Oceani fluctus. Phorcynidos: Phorci filiæ. Phorcus uero Neptuni:Phooſaq̧ filius fuit. Squallebant:inculta:& ſaxis aſpera erant.

Et quem:ſi ſteteris unquam ceruice ſoluta
Nūc olim factura Deum:iam ſpiſſior ignis:
Et plaga quā nullum ſuperi mortalibus ultra
A medio fecere die:calcatur & unda
Rarior:inuentus mediis fons unus arenis
Largus aquæ:ſed quē ſerpentū turba tenebat
Vix capiente loco. ſtabant in margine ſiccæ
Aſpides:in mediis ſitiebant dipſades undis.
Ductor ut aſpexit perituros fonte relicto
Alloquitur.uana ſpecie conterrite leti:
Ne dubita miles tutos haurire liquores:
Noxia ſerpentū eſt admiſto ſanguine peſtis:
Morſu uirus habent:& fatū in dēte minantur:
Pocula morte carent:dixit:dubiūq̧ uenenū
Hauſit:& in tota Libyes fons unus arena
Ille fuit:de quo primus ſibi poſceret undam.
Cur Libycus tantis exundet peſtibus aer
Fertilis in mortes:aut quid ſecreta nocenti
Miſcuerit natura ſolo:non cura:laborq̧
Noſter ſcire ualet:niſi q̧ uulgata per orbem
Fabula pro uera decepit ſæcula cauſa.
Finibus extremis Libyes:ubi feruida tellus
Accipit Oceanum demiſſo ſole calentem.
Squallebāt late Phorcynidos arua Meduſæ:
Nō nemoꝝ protecta coma:non mollia ſulco:

OMNIBON. ¶ Ceruice ſolu.i.ſi unq̄ libera fueris. Iā ſpiſſior ignis: nūc redit ad ppoſitū:poſtq̄ laudauit uirtutē Catōis:dicit iā eos ad eā partē Libyæ puenīſſe:ultra quā pgredi nō licebat:iā.n.ſub ardēti zona eē īcipiebāt. Et plaga quā:circul⁹ ſphæræ medi⁹ æquinoctialis ē : & in extrēo duo circoli ſūt a ſeptētriōe arctic⁹: a meridie ātarctic⁹ hi circuli ſunt frigidiſſimi:q̧ appellanẽ zonæ frigidiſſimæ iter æquinoctialē arcticū:& ātarcticū:duo ſunt circuli:uidelicet zōæ habitabiles hoībus hyemalis,& auſtralis:in q̄ hyemali nos ſumus:in auſtrali ſunt Aſtī.dicit ergo:q̧ad ultimā hāc zonā peruenerant:ut ulterius progredi non poſſent:& ea erat feruentiſſima regio auſtralis:ſiue æſtiua. Vltra.i ſupra. Mortalibus u.q̧a poſtea ē feruētiſſima:ultra quā trāſiri nō pōt. Medio die:a meridie. Vnda rarior:unū ſequiẽ ex reliquo:ubi itēſior ē calor:ibi rarior eſt unda. Larg⁹ : abūdās. Stabāt in margie ſiccæ:q̧a ſæuiētes uenēo ſerpētes hūida loca q̄rūt. (Aſpis quid) Aſpides:gen⁹ ſerpētū letiferū. Dipſades:ſunt ſerpētes ſic appellatæ ab eo q̄d faciāt.nā quē morſu uenēo afflauerit:ſtati tāta ſiti laborat:ut ſatiari nō poſſit:διψῶ.n. ſigñat ſitio. Ductor ut aſ.ad fontē uenerat Cato cū ſuis:& q̄q̄ ſiti arderēt:oēs tñ metu ueneni:aq̄ haurire nō audebāt:q̄d ubi uidit Cato:adhortatus ē eos ad hauriēdā aq̄:q̧ diceret ſerpētes aq̄ iſicere nō poſſe. Perituros:ſi nō biberēt. Vana ſpē:q̧ putarēt ſerpētes aq̄ iſicere. Tutos:ſine metu ueneni. Noxia:tūc iq̄t nocēt ſerpētes cū uenenū infuderit:& ſanguinē corruperit. Dente:nō aūt habitātes in undis. Pocula mor.ca.nō.n.ueneno iſici pōt aq̄:tamet ſi i ea uerſenẽ ſerpētes. Dixit,dubiūq̧:& ut maiorē fiduciā faceret militib⁹:ipſe aquā primus bibit: aliſi ſemper extremus. Cur Libycus tātis:dicit humana cura,humanuſq̧ labor ſcire nō pōt:cur ita frequētēt Libyē ſerpētes:& eā nocētē faciāt:ſed ego inq̄t ſequor antiquā poetarū famā:qui dicūt ſerpētes de capite ſanguinis Meduſę tūc emanaſſe:cū p eā regionē Perſeus uolās Meduſę caput geſtaret. Quid:ob quā rē. Libyc⁹:& quaſi rationē quādā tetigit:cum diceret Libycus aer:quia ubi ardores ſunt intenſiores : ſerpentes gignuntur ſæuiores. In mortes:in peſtiferos ſerpentes. Secreta:arcana.nam ueri caſus ſcire nemo non poteſt. Niſi q̧ uulgata:præter quā q̧ fabula uulgata eſt : quam pro uera deceptum uulgus accepit. Finibus extremis Liby. Phorcus tres filias ex Ceto genuit:uidelicet Meduſam:Sthenionem: & Eurialem:quę Gorgades inſulas habitabāt: & hæ tres ſorores pulcherrimæ unū oculū habuiſſe dicuntur:quo mutuo utebantur. Tanta uero pulchritudine fuiſſe dicuntur:ut Neptunus uiſam in littore Meduſam amauerit:& ſtatim perſequens uſq̧ in templum Palladis ardens eam ſubegerit:irata Pallas Meduſæ crines cōmutauit in ſerpentes:iniecitq̧ tātū terroris in uultū : ut omnes aſpicientes ob ſtuporem uerterentur in ſaxa.Hanc poſtea Perſeus interemit:quem ad cædem Meduſæ profecturum Pallas:& conſilio iuuit:& ope.nā Harpē dedit ei gladium curuū:quo caput:& colla Meduſæ ſecaret: dedit & clypeum chriſtallinum:per quē uidere poſſet Meduſam:quā dormiētem aggreſſus fortiſſimo ictu detruncauit:qui

hanc

hanc fabulã interpretari uoluerunt:dicunt tres ſorores præſtantiſſima forma fuiſſe:unum auté oculum habuiſſe:ideſt ſpeculũ:quo ſe ornatiores redderent adeo:ut quicũq; eas aſpiceret: quaſi attonitus nimia pulchritudine corriperetur:& deperiret earum amore.ſublato ſpeculo non habuerunt occaſioné poſtea ſe ornandi:ſed tãtopere deciperentur iuuenes:abſciſo igiť capite Meduſæ:cũ talaribus:ideſt alatis calceis per aera ferť Perſeus q̃cunq; p Libyé uolaret guttæ de capite Meduſæ manabant:ex qbus nati ſunt ſerpẽtes. Finibus extremis.i.extrema Libyæ uerſus meridié. Accipit Oceanũ:qa haud ꝓcul ab Oceano Sol uergit. Phorcynidos:Meduſæ Phorcynis filiæ.Phorcys & Phorcyn declinatur. Sq̃llebant:erãt ſterilia:& iculta. Coma ne.frondibus arborum. Nõ mollia:quia ſubigi non poterant præ duritia: omnia enim loca in ſaxa conuerſa erant aſpectu Meduſæ.

Sed dominæ uultu conſpectis aſpera ſaxis.
Hoc primum natura nocés in corpore ſæuas
Eduxit peſtes:illis e faucibus angues
Stridula fuderunt uibratis ſibila linguis:
Fœmineæ qui more comæ per terga ſoluti:
Ipſa flagellabant gaudentis colla Meduſæ:
Surgunt aduerſa ſubrectæ fronte colubræ.
Vipereumq; fluit depexo crine uenenum.
Hoc habet infelix cunctis impune Meduſa:
Quod ſpectare licet:nã rictus:oraq; monſtri
Quis timuit? quẽ qui recto ſe lumine uidit
Paſſa Meduſa mori eſt? rapuit dubitãtia fata:
Prꝗuenitq; metus:anima periere retenta
Mébra:nec emiſſæ riguerẽ ſub oſſibus umbrę:
Eumenidũ crines ſolos mouere furores:
Cerberus Orpheo leniuit ſibila cantu:
Amphytrioniades uidit cũ uinceret hydram.
Hoc mõſtrũ timuit genitor:numẽq; ſecundũ
Phorcus aquis:Cetoq; parẽs:ipſæq; ſorores
Gorgones:hoc potuit cælo:pelagoq; minari
Torporem inſolitũ: mũdoq; adducere terrã.
Et cælo uolucres ſubito cum pondere lapſæ:
In ſcopulis hæſere feræ:uicina colentes

SVLPITIVS

℄ Vultu dñæ:Meduſæ:q̃ omnia uiſa uertebat i ſaxa. Conſpectis:q̃ aſpexerat. Hoc p.ſerpentes:quos primũ natura produxit in Meduſæ capite apparuerunt: nã Minerua eius crines i angues cõuertit: quia in ſuo téplo fuerat cõſtuprata a Neptuno:ex quo Pegaſũ peperit. Peſtes:ſerpentes. E fau.e maxillis,eqbus pendebãt. Vibratis:celeriter agitatis. Gaudentes:ipſis ſerpentibus. Depexo cr. pectine ratiſſimo explicitis: & expꝓſſis ſerpentibus. Infelix:uel quia aliis pernitioſa:uel quia mõſtrũ eſt. Impune:ſine ſenſu doloris:qa ſtatim rigebãt in ſaxa:q̃ animam uelut ſepulchro icludebãt. Quis:nemo.nã cũ primũ aſpicerent:non moriebãtur: ſed uertebantur in ſaxa ꝑcluſis animis. Se: ipſam. Mori:dolorẽ mortis pati. Dubitantia:metu mortis. Præuenit: præoccupauit. Vmbræ: animæ. Riguere:compreſſæ ſunt. Eumenidum:horribiliorẽ eſſe Meduſã furiis:Cerbero:hydraq; dicit. nã furiæ cõſpectæ ſolũ furorẽ inducunt.Cerberus ab Orpheo mitigatus eſt:& hydrã pugnãs Hercules uidit. hãc nemo cernere poteſt:niſi cũ ſtupore ꝑpetuo. Solos mo. fu.furiã tantũ. Leniuit ſib.deſtitit ſibilare. Amphytriõiades:Hercules. Mõſtrũ:Meduſã. Secũdũ: poſt Neptunũ. Ceto:mõſtrũ marinũ. Sorores:Sthenio: & Euriale. Cælo,pel.uolucribus:& piſcibus.metonymia é:q̃q̃ de ipſis elemẽtis loq uř: ſed mox declarabit. Torporẽ:ut i ſaxa torpeſceret. Terrã:terréos hoies. Cũ p.qa ſaxeę. Ferę:tã terreſtres q̃ marinas itelligit.

OMNIBON.

℄ Vultu dñæ.i.oculis Meduſę. Hoc pri.na.&caput huius uirginis primũ crines habuit ſerpẽtinos:e cuius ſanguine deinde aliæ ſerpẽtes natæ ſunt. Sæuas peſt.i.ſerpẽtes. E fau.i.ex maxillis pẽdebãt ſerpẽtes. Vibratis linguis:qa tanta celeritate linguã mouẽt ſerpẽtes:ut cũ una ſit tres eſſe uideanť. Vibratis:celeriter motis. Fœminæ:q̃ nutriũt comas:& eas per colla demittũt. Ipſa col.:p ipſius Meduſæ colla. Flagellabãt:colla ipſius ꝑcutiebãt. Surgunt ad.p cicinis ſerpẽtes habebat. Subrectæ.ſurſũ erectę. Vipereũq; fluit:nec neceſſe erat:ui hérer pectines latiſſimis dẽtib⁹:qa pectebat ſerpẽtinos crines:& cũ depecteret de ſerpẽtibus fluebat uenenũ. Hoc ha.if.Ip.dicit habuiſſe hoc unũ Meduſã:q; licebat omnibus eã ipune ſpectare:qũo ipune:ſi ſtatim in ſaxũ uertebanť:ſed dicit ideo oĩbus ipune licuiſſe ſpectare:q; dum ſpectarẽt:nihil metuebãt:q8.n.metuerẽt:qui priuſq̃ mala ſua cognoſcerẽt:in ſaxa uertebanť. Quis ti.q.d. nemo. Quẽ q:reddit rõnẽ: q̃re nemo metuebat: nã anteq̃ metuebãt:uertebãť i ſaxũ:& duricie ſaxi aĩa ipſa cõpreſſa tenebať. Quẽ.ſ.eoꝝ:q eã ĩtẽtis oculis inſpexit. Paſſa mori q.d.neminẽ. Rapuit d.fata:qa anteq̃ timerẽt:iſenſibiles efficiebanť. Fata.i.mortes eoꝝ:q eã iſpicerẽt. Præuẽit:q morte ꝑoccupabanť:anteq̃ Meduſã metuerẽt. Aĩa retẽta.ſ.duricie ſaxi. Nec amiſſæ:anteq̃ emitterẽť e corpe. Eumenidũ:p cõparationẽ oſtẽdit mõſtrũ hoc Meduſæ furiis fuiſſe tetrios: ac atrocios:nã Eumẽides nihil aliud faciũt:niſi q; furorẽ imittũt.At Meduſa nõ furores i mittebat:ſed ſenſus oẽs afferebat. Solos fur.ut Athamãti: ut Herculi. Cerberus or. ſæuius ẽt eſt hoc mõſtrũ Cerbero:qa Orphe⁹ cũ ad uxorẽ ſuã Euridicẽ recuperãdã deſcẽderet ad iferos cãtu ſuauiſſimo citharæ angues:qbus colla Cerberi circũdata ſunt,leniuit:ut ad cãtũ eius tãtiſp mãſueſcerẽt:ſed hæc nullo cantu mãſueſcebat. Amphytrioniades uidit:hydra ẽt mitior fuit anguibus Meduſæ:nã Hercules uidit eã: nec in ſaxũ cõuerſus ẽ. Timuit ge.uř ſibi cõtra dicere:nã ſupi⁹ dixit ipune licet oĩb⁹ ſpectare Meduſã:nũc uero dicit genitorẽ ei⁹ timuiſſe:ſed facile q̃ſtio hæc ſoluiť:potuit q dẽ genitor anteq̃ uideret timere.ſ.ne ad conſpectũ eius ueniret:ſed uidẽdo timuit nemo. Numẽ ſecũ.i.a Neptũo:qa Phorcus Deus eſt marinus. Parẽs.i.genetrix Ceto. Ipſęq; ſorores:nã ex Ceto & Phorco natę ſunt Gorgones. Gorgones.ſ.metuerũt:γοργον ſignificat terribilẽ:eo q; toruos oculos:& aſpectũ habeãt. Hoc po.pl.Meduſa oculis potuit,ſi modo uoluiſſet,quicquid ſub cælo cõtineť in ſaxũ cõuertere. Hoc.ſ.mõſtrũ Meduſę. Pelago,cæloq;:ſi iſpexiſſet cælũ:& mare in ſaxũ cõuertiſſet. Adducere ter.ſ.ſaxificando. In ſco.hæ.feræ: ferę etiam currẽtes medio curſu ſcopulis hæſerunt ſi uiſæ fuerant a Gorgone. Vicina colentes: omnes:quæ uiſæ fuerant ab ea circa Aethiopiã habitantes in ſigna marmorea uertebanť.

SVLPITIVS ℭRiguerũt marmore:duruerũt in marmor. Patiẽs uiſus:põt impune uidere. Atlanta Titana:Atlantẽ Titanis filiũ:quẽ uertit in mõtẽ. Sub columnis:ultra Calpẽ:& Abylã. Cæloq́ꝫ timente:cũ Dii gigãtes metuerent: Meduſæ caput:qđ a Pallade in pectore gerebaẜ:eos in montes cõuertit:& ita finitum eſt bellũ. Stãtes ſerpente phlegręo:inſiſtentes pedibus ſerpentinis apud Phlegrã. Theſſaliæ uallẽ:ubi pugnatũ eſt.dicunẜ autẽ gigantes ſerpẽtipedes:qa ab imis ad ſũma q̃ſi reptare ſunt uiſi. Erexit mõt.cõuertit eos in mõtes. Gorgõ Medoſæ caput in munimẽto pectoris.i.ægide Palladis. Cõfecit:finiuit:qa eos uertit in ſaxa. Quo:ad quẽ locũ: uidelicet ad Gorgadas poſtq̃ puenit Perſeus Danaes:Iouiſq́ꝫ filius recidit caput Medoſæ. Diuite nimbo:Ioue: qui ſe in nimbũ aureũ uerterat: ut cũ Danae Acriſii filia rẽ habere poſſet. Ouid.li.iiii.Perſea quẽ pluuio Danae cõceperat auro. Hãc fabulã & Oui. & Horatius in odis explicant. Pennæ Parrhaſiæ:talaria Mercurii Arcadici:citharæ,palęſtręq́ꝫ repertoris. Liquidæ:oleo unctæ. Et ſubitus præpes: & Perſeus ſubito uolucer. *Præpetes quæ* præpetes dicuntur aues:quæ ꝓſpo augorio locũ idoneũ:& q̃ patulis alis & altius uolant,captant. Harpẽ Cyllenida:incuruũ Mercurii gladium. Monſtri:Argi:qui centũ oculos habebat:q́ꝫ Io uaccã ſeruabat:ut eſt in primo Meta. Iuuẽcæ:Ius:q̃ fuerat i uaccã a Ioue conuerſa:ne cũ ea deprehenderet a Iunone. Innuba:uirgo nõ nupta. Auxiliũ:nã ei conceſſit ſcutũ ſpeculare æneũ:& modũ pugnãdi docuit:ea lege:ut illius ad ipſam caput perferret. Fratri: Perſeo Iouis filio:e cuius capite ipſa armata proſiliit. Libyſſæ: Libycæ. Sulcantẽ:uolatu diuidentem. Auerſo: retrouerſus ipſe: ne os eius conſpiceret:& ipſa Meduſa in clypeo ſpeculari ſe cerneret: & ſtati letali ſomno corriperet.

Aethiopum totæ riguerunt marmore gẽtes.
Nullũ animal uiſus patiens: ipſiq́ꝫ retrorſum
Effuſi faciem uitabant Gorgonis angues.
Illa ſub heſperiis ſtantem Titana columnis
In cautes Atlanta dedit:cæloq́ꝫ timente
Olim phlegręos ſtantes ſerpente gigantes
Erexit montes:bellumq́ꝫ immane Deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
Quo poſtq̃ partu Danaes:& diuite nimbo
Ortum Parrhaſiæ uexerunt Perſea pennæ
Arcados auctoris citharæ: liq̃dæq́ꝫ palęſtræ:
Et ſubitus ꝑpes Cyllenida ſubſtulit Harpen:
Harpen alterius monſtri iam cęde rubentẽ
A Ioue dilectæ fuſo cuſtode iuuencæ:
Auxilium uolucri Pallas tulit innuba fratri
Pacta caput monſtri: terræq́ꝫ in fine Libyſſæ
Perſea Phœbeos conuerti iuſſit ad ortus:
Gorgonis auerſo ſulcantem regna uolatu:

OMNIBON. ℭRiguerũt marmore.i.duruerũt in marmora. Ipſiq́ꝫ re.& ipſi angues:q de capite eius pẽdebãt in aliã partẽ ſe auertẽtes uitabãt faciẽ eius. Illa ſu.he.hęc fuit:q Atlãtẽ gigãtẽ in montẽ ſui nominis conuertit:q altitudine ſua diciẜ ſubſtinere cælũ. Heſperiis co.i.Gadibus:hoc eſt iuxta Calpẽ:nã Calpes mõtes fuerũt antes continuo iugo iuncti:quos Hercules diremit:& aditũ Oceano dedit:qui deinde Africã ab Europa ſeparauit. Cæloq́ꝫ ti.non timuit ipſa gigantes:q aliquãdo metũ intulerũt cælo,& Ioui.nã ipſos conuertit i mõtes. Phlegræos:qa i Phlegra ualle fracta eſt gigantũ machina. Stantes ſerpẽtes:qa ſerpẽtes pedibus ſtabant:ſic.n.fabulę fingũt:nec caret ratione. nã hiſtoria hoc hẽt:q́ꝫ diluuio aduẽtãte tpe Deucalionis:pars,q̃ ꝑſertim Bœotiã uerſus uergit:ſubmerſa eſt:aſcẽderũt in mõtes Parnaſum:& Citheronẽ:ſedato diluuio:cũ bellũ inferrent gẽtes:q ſupererant aliis regionibus:hi q in mõte cõſtiterant ex aduerſo mõte cũ aſcenderẽt muniri pedes ferro:uidebanẜ ſerpentinos pedes habere:& ita fabulæ datus eſt locus:q́ꝫ ſerpentinis pedibus uiderenẜ rupe ex aduerſo mõtis. Stãtes:ſerpentinis pedibus nixi. Erexit.i.cõuertit in montes. Bellũq́ꝫ im.nã Meduſæ caput in umbone clypei Pallas geſtabat: & cũ ꝓ Ioue,cæteriſq́ꝫ Diis cõtra gigãtes pugnaret:clypeũ obuertebat gigãtibus:in quo ſimul atq́ꝫ Gorgonis caput uidiſſent:ſtati cõuertebãẜ in mõtes. Immane:impiũ:ſacrilegũ. Bellũ Deorũ:qđ contra Deos gerebãt gigãtes. Confecit:perfecit: ad exitũ deduxit. Et medio pectore Gorgon: q̃ ex umbone Aegidis eminebat. Quo poſtq̃ partu:nunc redit ad fabulã:quomodo Perſeus auxilio Palladis & Mercurii hanc Gorgonẽ obtruncauerit. Quõ i.ad illã partẽ Africæ:ubi Gorgon,& ſorores habitabãt. Ortũ diuite nimbo.i.natũ auro:qđ in formã,& *Danaes fabula* ſpeciẽ imbris ceciderit in gremiũ Danaes. Acriſius pater Danaes:cũ accepiſſet,q́ꝫ uulgatũ erat Iouẽ inſidias facere puellis,filiã ſuã turri ferrea incloſit:ne poſſet corrumpi:ſed q̃ poteſt auꝛ accedere:nihil tectũ eſt:ſic etiã dicere ſolebat Pelopides:Nullũ locũ tã munitũ eſſe:quo nõ oneratũ accedere poſſet.i.iumẽtũ auro:& pecunia onuſtũ:ita & turris,q̃uis ferrea eſſet,tamẽ aurũ accedere potuit:cũ fabula ſignificet Iouẽ in ſpeciẽ imbris aurei cecidiſſe in gremiũ Danaes:ſignificaẜ: q́ꝫ ſeruos eius auro corruperat: & eo imbre grauida facta eſt:ex q̃ natus eſt Perſeus. Parrhaſię.i. Arcadiæ.nã Parrhaſia pi eſt Arcadiæ:in q̃ natus eſt Mercurius. Parrhaſiæ pen.i. Mercurii pẽnæ: *Talaria quæ* nã talaria conceſſit Mercurius Perſeo.ſunt autẽ alati calcei:q̃bus impoſitis Mercurius celeriter uolat. Auctoris citharæ.i.Mercurii:quẽ dicunt fuiſſe inuentorẽ citharæ:& palęſtræ.citharam quidẽ inuenit:ſed eam dono dedit Phœbo:nã cũ per littora maris erraret Mercurius:dicitur teſtudinem aridã inueniſſe:& illius neruos baculo tetigit:quibus tactis:ſonum dedit: intellexit ad teſtudinis ſimilitudinẽ citharã poſſe fieri:unde teſtudo etiã dicitur cithara. Liquidæ palæſtræ:oleo unctæ.nam oleo uncti iuuenes palæſtra ludebant. Præpes ſubitus:ideſt factus uolucris:nã ꝑpetes aues dicunẜ:quæ uolatu auſpiciũ dare ſolebant:ſicut oſcines,quę garritu,& uoce futura ſignificãt. *Harpe unde* Harpẽ Cyllenida.i.Mercurii: q colitur in Cyllene monte Arcadiæ. Harpe eſt gladius incuruus ſignificat falcem. Harpen:anadiploſis eſt. Alterius monſtri:Argi:qui cẽtum oculos habebat. iam antea Argum occiderat Mercurius iuſſu Iouis: ſicut in fabulis habetur. Fuſo cuſtode: Argo occiſo. Iuuẽcæ:Ius. Fratri.i.Perſeo:nã Perſeus & Pallas filii ſunt Iouis. Innuba:q̃ perpetuã uirginitatẽ ſeruauit. Pacta:ut occiſa Gorgone:caput eius ſibi dono daret. Terræ Libyſſæ:a Libya fit Libycus,Libyſſus, & Libyſſinus. Catulus: Nõ te lęna montibus Libyſſinis. In fine:iuxta Atlantem.Ibi enim habitabat Gorgon. Auerſo:infeſto uolatu.

ℭTracturus

SVLPITIVS

¶ Tracturus quietē: pducturus ſomnū. Obruit: oppreſſit: extinxit. Protenti crinibus: eminētibus ſerpentibus: q pro crinibus erāt. Oculiq; ten. i. fidē oculi iam tenebroſam. nā oculū dum alteri traderet Perſeus ſupposita manu furti ſubtraxerat: dormientēq; ipſam & ſerpētes ferro inuaſit: ut ſcribit Ouidius. Dirigit: ut recte feriat. Quos: q̄ horrendos. Ferri lu. Harpes recuruæ. Oculos: ſerpentiū. Pōt: ſuſtinet. Gelaſſent: in ſaxū uertiſſent. Ora: Meduſæ. Aliger: Perſeus. Gorgone: capite Meduſæ. Pēſabat: breuiare uolebat: ut Argos reuerteret. Secabat: uolare uolebar. Parci populis: ne uerterent in ſaxa. Præpete tāto: hoc ē uolāte Perſeo. Zephyro cōuertit: a Zephyro cōuerſus ſuper Libyæ deſerta uolauit. Quæ cōſita nullo cultu: q̄ inculta: & nō plantata. Vacat: expoſita eſt æſtui Solis: & ſidēū. Premit: urget. Orbita: Aſconius tradit totæ ueſtigium Orbitā dici. Nec terra: nec ex aliq̄ terræ parte nox altius attollit. eſt. n. nox umbra terræ: q̄ iacit altior ex terra: q̄ eſt ſub æquoctiali circulo: q̄ ex remotiori: qa circulus ſolaris: q illic eſt maximus. hic breuior redditur: & figura umbræ: quā terra emittit pp magnitudinē ipſius Solis ē ſimilis metæ: & turbini inuerſo: neq; excedit altitudinē Lunæ: quoniā nullū aliud ſidus eodē mō obſcurat: ut ēt Pli. ait.

Cadit: extēdit: iacit: uſuſq; ē hoc uerbo: qa tā ſupra q̄ infra terrā nox ſe extēdit. Lunæq; meati. ob. nā cū ex terræ iterpoſitione fiat Lunæ eclypſis: nulla altior interponit ipſa Libya: cū ea ſit in æquoctiali circulo.

Et clypeum leuæ fuluo dedit ære nitentem:
In quo ſaxificam iuſſit ſpectare Meduſam:
Quā ſopor æternā tracturus morte quietem
Obruit haud totā: uigilat ps magna comarū:
Defenduntq; caput protenti crinibus hydri:
Pars iacet i medios uultus: oculiq; tenebras.
Ipſa regit trepidū Pallas: dextraq; tremente
Perſeos auerſi Cyllenida dirigit Harpen:
Lata colubriferi rumpens confinia colli:
Quos habuit uultus hamati uulnere ferri
Cæſa caput Gorgon: quāto ſpiraſſe ueneno
Ora rear: quātūq; oculos effundere mortis:
Nec Pallas ſpectare poteſt: uultuſq; gelaſſet
Perſeos auerſi: ſi non Tritonia denſos
Sparſiſſet crines: texiſſetq; ora colubris.
Aliger in cælum ſic rapta Gorgone fugit:
Ille quidem penſabat iter: ppiuſq; ſecabat
Aethera: ſi medias Europæ aſcēderet urbes:
Pallas frugiferas iuſſit non lædere terras:
Et parci populis: qs enim non præpete tanto
Aethera reſpiceret? Zephyro cōuertit̃ ales:
Itq; ſuper Libyen: quæ nullo conſita cultu
Sideribus: Phœboq; uacat: pmit orbita ſolis:
Exuritq; ſolum: nec terra celſior ulla
Nox cadit in cælū: Lunæq; meatibus obſtat:

OMNIBON.

¶ Et clypeū. ecce auxiliū. Quā ſo. Pallas i ſoporē reſoluit Meduſam: ut eam cōmodius obtrūcare poſſet Perſeus. Tracturus: iducturus. Morte q̄ nā futurū erat: ut dormiēs occideret a Perſeo. Protēti: eminētes. Pars iacet. i. dormit. Oculiq; t. l. iacet in oculū clauſū: & alluſit ad fabulā. unū. n. tātūmō oculū Gorgones habuiſſe dicūtur. Cyllenida Harpē: Mercurialē. Dirigit. ſ. i corpus Gorgōis. Quos ha. uul. admirātis ē: nō iterrogātis. q. d. q̄ terribiles q̄ toruos habuit uultus. Hamati fer. eſt dſcriptio Harpes. Ora. ſ. Gorgōis. Effundere ocu: qa oculi eius mutati in morte terrorem iferebāt. Nec Pallas: adeo mōſtrū illud terribile fuit: ut nec Pallas qdē ſpectare potuerit.

Vultuſq; gelaſſent: & haud multū abfuit: qui & ipſe Perſeus conuerteret in ſaxū: niſi Pallas ſtati uultus crinibus ſerpentinis texiſſet: ne uidere poſſet Perſeus.

Gelaſſent: riguiſſent tāquā gelu. Aliger i cælū: ſic Meduſā obtrūcauerat Perſeus: & auxilio talaris ſublimis uolare cœperat ſecū cogitās iter: q̄d factur⁹ eēt: breuis qdē uidebat: ſi p Europā trāſiret. Veṝ Pallas noluit infici terras fœcūdas frugib⁹: ſed eū trāſire iuſſit p libyē arenoſā: & hæc cā ē cur regio illa ſerpētib⁹ abūdat: q. n. uerē ſulcādo uolabat: ea guttæ ſanguineæ de capite Meduſæ ceciderūt: q̄ in ſerpētes cōuerſæ ſunt. Penſabat: examinabat iter. qd̄ facturus eſſet. Propiuſq; ſecabat: & ſi ſuper Europā uolādo trāſiret: uidebat qdē iter breuius fore. Propius: breuius: & cōmodius. Sed Pallas fru. qa Europa nium reṝ ferax. & ideo pci iuſſit Europæ. Populis: habitantibus Europā. Quis. n. nō ppete tāto: duabus rōnibus pcebat Europæ: primū ne guttę ſanguineæ in ſerpentes cōuerſæ caderēt in Europā: deinde ut nemo ſuſpiceret uolare tm̃ alitem. nā caput Meduſæ qd̄ geſtabat uidētes: i ſaxa conuerſi fuiſſent. Reſpiceret: ſuſpiceret. Præpete tan. q. d. oēs ſuſpexiſſent cū uidiſſent tātæ magnitudinis auē. Cōuertit̃ Zephyro. i. occidētē uerſus. Itq; ſup Lib. & monitu Palladis iuit ſup Libyē. Cōſita: plātata. Sideribus, Phœ. ua. i. caloribus tm̃ Solis occupata eſt. Premit. ſ. eā ptem Libyæ. Nec t. cel. ul. hoc ideo dicit: qa terra uicina eſt Soli: nā oē rotūdū tumet i medio: ideo altius umbra terra cadit in cęlū. qūo cadit imo aſcendit. cadit autē dixit: reſpiciens ad noſtrū orizontē: nā humilior eſt: & umbra cadere uſq; in nřo orizonte eſt. dicit autē umbrā terræ in cælū cadere: & inter Lunā & terrā umbrā cadentem Lunæ intercipere lumen: & facere eclypſim. eminentia. n. terræ umbra ſua Lunę lumen itercipit: & eclypſim facit: ideo quotieſcūq; ſub eclyptica linea fuerit linealiter: tunc umbra itercipit lumen: & eclypſim facit. eſt aūt eclyptica linea mediū Zodiacū diuidēs: ita ut ſex gradus zodiaci ex altera pte pmaneāt: & totidē ex altera. itaq; ab Ariete uſq; ad finē Virginis: ſigna illa appellāt ſeptentriōalia. deīde a Virgīe uł Libra uſq; ad finē Piſcis appellāt meridiōalia: ſed qñ ſub eclyptica ſunt: quoties Sol & Luna ſub illa fuerit linealiter: ſtatī eclypſis efficit̃: eclyptica dr̃ ab ἐκλείπω deficio: qa lumen Solis, & Lunæ deficit cū ſub illa linea fuerit. Lunęq; meatibus obſtat: quia uaga iter ſuū facit Luna: mō meridiē mō ſeptentrionē uerſus: iō declinat a Sole: nā niſi ita uergeret mō i dextrā: mō i ſiniſtrā: & ſub eclyptica liealiter eēt: frequēter eclypſim faceret: nā cū ſub eclyptica linealiter fuerit: tūc ppēdiculariter radii Solis feriūt Lunæ corpus: quę excipiens radios: nō pmittit ſplēdorē Solis ad nos puenire: & ita eclypſis efficit̃: ſed inter lumē Lunæ, & terrā intercipit umbra lucē: & ita Luna patit̃ eclypſim.

Sí flexus oblíta uagí per recta cucurrit
Signa: nec in Boreã: aut in notó effugit ũbrã.
Illa tamen ſterilis tellus: fœcundaq; nullí
Arua bono: uirus ſtillantis tabe Meduſæ
Concípiunt: diroſq; fero de ſanguine rores:
Quos calor adiuuit: putriq; incoxit arenæ.
Hic quæ pría caput mouít de puluere tabes:
Aſpída ſomniferam tumida ceruice leuauit:
Plenior huic ſanguis: & craſſi gutta ueneni
Decidit: in nulla plus eſt ſerpente coactum:
Ipſa caloris egens gelidũ nõ tranſit in orbem
Sponte ſua: Niloq; tenus metitur arenas.
Sed qs erit nobis lucri pudor? inde petuntur
Huc Libycę mortes: & fecimꝰ aſpida merces.
At non ſtare ſuum miſeris paſſura cruorem:
Squãiferos ingẽs hęmorrois explicat orbes:
Natus & ambiguæ coleret q Syrtidos arua
Cherſydros: tractiq; uia fumante Chelydri:
Et ſemper recto lapſurus limite Cenchris:
Pluribus ille notis uariatam tingitur aluum:
Quã puis tictus maculis Thebãus Ophites:
Concolor exuſtis: atq; indiſcretus arenis
Hammodites: ſpinaq; uagi torquẽte ceraſte.

SVLPITIVS. ¶ Flexus uagi: nunc enim in dextrã: nunc in ſiniſtrã tendit. Recta: quæ rectæ oriuntur: ut Cancer: Leo: Virgo: Libra: Scorpius: Sagittarius. Vmbra: Africæ. Nec effugit in Boreã: ſed eſt recta. Tabe: corrupto ſanguine. Rores: guttas. Tabes: ſanies. Quæ prima mouit caput: q̃ primũ eſt alata. Somniferã: quos enim mordet: enecat ſomno. Tumida ceruice: Pli. ait: Colla aſpidũ intumeſcere: nullo ictus remedio: pter quã ſi cõfeſtim partes cõtactæ amputent̃. Plenior ſanguis: maior copia ſanguinis. Plus: ueneni. Spõte ſua: uam capta tráſfert̃ in alias oras. Aſpida: aſpidis uenenũ. Nõ ſtare: emittit. n. qcquid habet ſanguinis is, quẽ momordit: dictaq; eſt hæmorrois: q ſanguinẽ facit efflue re: αἷμα. n. ſanguis eſt: ῥέω fluo. nã morſu ſanguinẽ elicit: & diſſolutis uenaꝝ cõmerciis: qcquid aĩa eſt: euocat p cruorẽ: ut ait Solinus. Orbes: ſinus. Coleret q Syrtidos arua: q tã. i. terra, & arena: q̃ itr aqua Syrtium uerſaret̃ tracto idẽ nomie: χέρσος. n. terra ẽ. ὕδωρ aqua. Fumãte: puluerulẽta. **Chelydri qui** Chelydri: ſerpentes: q ſe p terrã cõuoluũt: dicti a χελύω: qd ẽ uoluo: & ὕδρος ſerpens. Cylyndrus uero lapis ẽ pcioſus: & columna qua arena ęquat̃. Limite: uia. nõ. n. flectit iter. Cẽchris: ſerpẽs crebras maculas in milii ſimilitudinẽ habẽs: quã ophite marmore dicit macuioſiorẽ: κέγχρος. n. miliũ ſignificat. Ophites: marmor maculis albis a cẽchri ſerpẽte denominatũ: ὄφις. n. ſerpens eſt. Indiſcretus: qui nõ diſcernit̃: qa eſt eis concolor: ipſaſq; fodit: & ideo dictus Hãmodites: qa arena eſt: & δύω fodio ſignificat. Vagi ſpina: flectentes terga. Ceraſtæ: qui cornicula habent quadrigemina: quorum motu: ueluti eſca ſollicitant ad ſe aues: ut Plinius: Solinuſq; aſſerunt: κέρας autem cornu eſt.

OMNIBON. ¶ Vagi flexus: declinans mõ in dextrã: modo in ſiniſtram partẽ per eclypticã: quæ mediũ zodiacũ ĩ duas partes diuidit ęquales. Nec in Borei: ſed ppẽdicularis eſt: nec in hãc: nec illam partẽ declinat. Illa tamẽ ſterilis tellus: ea tellus, quãuis naturaliter ſterilis ſit, tamen accepto ſanguine cõcepit ſerpentes. Tabe: ſanguine. Cõcipiunt: rem geſtã narrat: tanquã nũc primũ gerat̃. Rores: guttas. Incoxit: iõleuit: & quaſi partum gremio ſuo terra cõcepit ut ſerpẽtes ederet.

Hic q̃ pría: hic deſcribit ſerpẽtũ genera: q̃ a ſanguine Meduſæ pcreatæ fuerũt. Tumida: iſlata. Aſpida: primã dicit ſerpentẽ natã ex hoc ſanguine: q̃ aſpis dicit̃: a ſimilitudine dicta eſt: ἀσπὶς ſignificat ſcutũ: eo q reliquo corpore tanquã ſcuto utit̃. ut caput ptegat̃. Plures, diuerſæq; aſpidũ ſpecies: uerũ (ut inqt Solinus) diſpares effectus ad nocẽdũ. Somniferã: qa quoſcunq; momorderit in ſoporem reſoluit: ita ut dormiẽtes moriant̃ nullo remedio: pterquã ſi cõtactę partes ſtatim amputent̃: hoc ſerpentis genus mamillis addidiſſe phibẽt Cleopatrã. Plenior hic ſang. plurimũ ueneni de capite Gorgonis in hanc ſerpentẽ cecidit. Decidit: in hanc ſerpentẽ. In nulla. ſ. q̃ in hac. hic uel hæc ſerpens dicit̃.

Ipſa caloris egens: & qa calorem amat: ideo nunquã niſi inuita in regiões frigidas tráſit: Inuita autem dixit: reſpiciens ad id: qd̃ ſequit̃: q nũc tanta iniquitas inceſſit aĩos hominũ: ut ſerpẽs quam abhominari hoĩes deberẽt: iã in ptio eſſe cœperit. apud hoĩes ætatis noſtræ aſpidis uenenũ: qa maiorẽ uim hẽt, & ita deteſtat̃ auaritiam hoĩum & ſcelus: qui etiam fecerit: qd̃ abhominandũ erat: eſſe pretium non mediocre. Niloq; tenus: qa non diſcedit a littoribus Nili: niſi qs eã coegerit. Lucri pudor: ſed qs inquit cupiditati & auaritiæ modum po ſuerit: illa qdẽ inuita diſcedit a regiõe ſua: nos uero eam cogimus tráſire in Europã: & uenenũ ipſius iam magno pretio uẽdimus: & emimus. Quis pudor. i. quem quæſtum facere nos pudebit: quaſi dicat nullum. Inde: ex regiõe Africæ. Libycæ mortes. i. uenenũ natũ in Libya. Huc: in Europã. Fecimus aſpida. i. uenenũ aſpidis. At nõ ſtare ſuum: poſt hanc ſubſecuta eſt ſerpens: cui nomẽ eſt hæmorrois: quia ſanguinem fluere facit. nam quẽcunq; momorderit: ille ſtatim cũ ſanguine exhaurit̃: & tãquã ſudor e corpore emanat: ideo αἷμα ſanguis: ῥέω fluo. Miſeris: quos momorderit: ſtatĩ ſanguinem per cutem erumpere facit tanquam ſudorem.

Squamiferos: quia ſquamoſa eſt: ſicut piſcis. Natus & ambiguæ Cherſydros: quia duo elementa occupat: mõ terrã: modo aquam: ideo nomẽ impoſitum eſt: nam χέρσον terrã ſignificat: ὕδωρ aquã. Via fumãte: puluerulenta. Chelydri: Chelydrus eſt ſerpens cũ chelis. Cenchris: κέγχρος ſignificat milium: qa diſtinctus eſt maculis in ſimilitudinem milii. Ophites: genus eſt lapidis ad ſimilitudinem huius ſerpentis: maculis albis **Ophites quid** diſtinctus: propterea appellat̃ ophites ab ὄφις ſerpens. dicit aũt pluribus maculis diſtinctum eſſe Cenchrim: q̃ lapidem ophitem: qui naſcitur in regione Thebana. Concolor hammodites: ideſt qui concolor eſt arenæ: unde nomen habuit: nã ἄμμος arenã ſignificat: & δύω ingredior: quia graditur per arenã. Indiſcretus: nõ cognitus: qa nõ diſcernitur a colore arenæ. Ceraſte: præferunt quadrigemina cornicula: quorum oſtentatione ueluti eſca illicitas aues perimunt: ut refert Solinus: unde a cornibus nomen habent: κέρας enim cornu.

SVLPITIVS

¶Scytale:Scytale:ut ait Soli.tãta ꝑfulget tergi uarietate:ut notarũ gratia uidentes retardet:& quoniã reptando pigrior eſt:quos aſſeq neqt:miraculo ſui captat ſtupẽtes:in hoc tamen ſquamarũ nitore hyemales exuuias prima ponit.Scytale ẽt dr̃ uirga teres:ut meminit Gellius. Sola:aliæ.n.uerno tp̃e ſe exuunt. Torrida:ſicca.nã ſiti iterficit. Amphiſibena:hæc,ut inqt Soli.cõſurgit,in caput geminũ:quorũ alterũ in loco ſuo eſt:alterũ in ea parte:qua cauda:q̃ cã efficit:ut capite intrinſecus nitibũdo ſerpat tractibus orbicularis:dictaq; ẽ:q utrinq; circũ deſcendat:nam ἀμφὶ circum:& βαίνω deſcẽdo ſignificat. Natrix:a nãdo dictus. Iaculiq; uolucres: Iaculi arbores ſubeũt:e qbus in maxia turbinatim penetrant aĩal quodcũq; obuiũ fortũa fecerit. Phareas:hic pedes,in quos ſe erigit,iuxta caudam hẽt:græci φαρείας dicunt:nos phareas:ut σπονδεῖος ſpõdeus.

Et Scytale ſparſis etiam nunc ſola pruinis
Exuuias poſitura ſuas:& torrida Dipſas:(na:
Et grauis ĩ geminũ uergẽs caput Amphiſibe
Et Natrix uiolator aquæ:Iaculiq; uolucres:
Et contentus iter cauda ſulcare Phareas:
Oraq; diſtendens auidus ſpumantia Preſter:
Oſſaq; diſſoluens cũ corpore tabificus Seps:
Sibilaq; effundens cunctas terrentia peſtes
Ante uenena nocẽs:late ſibi ſubmouet omne
Vulgus:& in uacua regnat Baſiliſcus arena:
Vos quoq;:qui cũctis innoxia numina terris
Serpitis:aurato uiridi fulgore Dracones
Peſtiferos ardens facit Africa:ducitis altum
Aera cum pennis:armentaq; tota ſecuti
Rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros:
Nec tutus ſpatio eſt Elephas:datis oĩa leto:
Nec uobis opus eſt ad noxia fata ueneno.
Has inter peſtes duro Cato milite ſiccum
Emetitur iter:tot triſtia fata ſuorum:
Inſolitaſq; uidet paruo cum uulnere mortes.

Preſter:ꝑſter:quẽ pcuſſerit diſtẽdit:enormiq; corpulẽtia necat:ut ait Soli.dictuſq; ẽ ab ardore:πρήθω.n.ardeo eſt. Tabificus Seps:σήπω putreſacio eſt:ĩde fit ſeps:de quo ſic Soli.Extuberatos ictus ſepis ſtatim putredo ſeqt. Peſtes:ſerpẽtes. Ante uen.ante morſum.nã uiſu:& auditu iterimit:eſtq; malũ ĩ terris ſingulare. Submouet:fygiũt n.auditũ:aut uiſum ſerpẽtes. Regnat Baſiliſcus:apte dixit regnat:βασιλεὺς.n.regẽ ſignificat.& ipſe,auctore Solino,ſerpẽs eſt pene ad ſemipedem longitudinis:alba q̃ſi mitrula lineatus caput:hominũ aliorũq; animãtiũ exitiũ:terrã polluit:& exurit:ubicũq; ſe recipit:herbas extiguit arbores necat:auras corrũpit ita:ut nulla alitũ ipũe tranſuolet infecta ſpũ peſtilenti. Cum mouet media corporis pte ſerpit media arduus ẽ:& excelſus.Quicqd morſu eius occidit:non depaſcitur fera:nec a ctrectat ales.Muſtellis tantũ uĩcit in cauernas:ubi delitelcit illatis:hæc ille fere. Numina:diuini.n.putant:& ſunt ſacri:nec alibi nocent niſi in Africa:& lucent aureis ſquamis.Strabo ſcrib dracones trecenũ cubitorũ:qui tauros:elephãtoſq; capiãt in Africa eſſe. Duciti:trahitis. Pennis:auibus. Verbere:ictu caudæ. Baſiliſcus qd

OMNIBON.

¶Et Scytale:Scytalis tãta ꝑfulget tergi uarietate:ut notarũ gratia uidentes retardet:& qm̃ reptãdo pigrior eſt:quos aſſeq neqt:miraculo ſui capit ſtupentes:in hoc tñ ſquamarũ nitore hyemales exuuias pria ponit:dicta σκυτάλη ſcutica,& uirga.ſcytalis.n.uirga ẽ oblonga:& rotũda:ad cuius ſimilitudinẽ ẽt appellat hoc ſerpẽtis genus.Lacedæmõii appellabãt uirgã lõgã & rotũdã ſcytalĩ:qua artificioſas,& circũſcriptas epiſtolas ſcribebãt ita:ut a nullo legi poſſent:niſi q eiuſmodi uirgã haberet,hoc late Plutarchus. Exuuias poſitura:aliẽ ſerpẽtes nunquã exuuias deponũt:niſi uerno tempore:ſed hæc media hyeme. Et torrida Dipſas.ſ.nata ẽ:quẽcunq; momorderit:ille ſiti exardeſcit:ut ſatiari nõ poſſit:δίψα ſignificat ſitio:nã ſiti iterficit:ut docet Solin.

Amphiſibena:amphiſibena conſurgit in caput geminũ:quorũ alterũ loco ſuo eſt:alterũ in ea parte:qua cauda:q̃ cã efficit:ut capite utrinq; ſecus nitibũdo ſerpat:tractibus circularis:ut idẽ Soli.docet.Ideo dicitur ab ἀμφὶ circum:& βαίνω uado. Natrix:a nando dicta. Iaculiq; uolucres:genus eſt ſerpẽtis acerrimũ:nã quicquid pcuſſerit:penetrat ita:ut nihil obſtitiſſe uideat.Soli.Iaculi arbores ſubeũt:e quibus in maxima turbinati penetrãt aĩal quodcũq; obuiũ fortuna fecerit. Phareas:παρείας ſine aſpiratiõe a græcis dicit ſerpẽs:qui cauda tãtũ ſublato pectore icedit. Preſter:ꝑſter,teſte Solino,quẽ pcuſſerit diſtẽdit enormiq; corpulentia necat:πρηστήρ ſignat facẽ ardẽtẽ:& flãmã:qa fulmĩeus ẽ:& tãq̃ flãmas ſcitillat ab ore. Seps:ſerpẽs ẽ a σήπω.i.putreſacio:qcqd.n.momorderit:reſoluit in putredinẽ:iõ tabificũ dixit. Ante uen.no.Baſiliſcus rex ẽ cęterorũ ſerpẽtũ.nã regnũ ſignificat βασιλεύς.uis magna ſerpẽtis eſt:q; ſolo uiſu mortẽ inferat:ac hoĩes enecat:terrã polluit:exurit:deniq; extĩguit herbas:arboreſq; ipſas:corrũpit ẽt auras ita:ut nulla alitũ ĩpune trãſuolet:infecta ſpiritu peſtilẽti:aĩal ad ſemipedẽ lõgitudinis:alba q̃ſi mitrula lineatus caput. Sibila:adeo horrendũ ſibilat:ut ſerpẽtes alios terreat. Peſtes.i.alios ſerpentes. Vos q loci iniqtas facit:ut dracones:q ẽt alibi ſunt ĩnoxii:in Africa uehemẽter noceãt:q colebãt q̃ſi ſacrati:& adhuc cõſuetudo manet apud agreſtes:qui exiſtimãt nefas eẽ necari hmõi ſerpẽtes. Dracões:dicti ſũt a δέρκομαι:qđ ẽ uideo.nã clariſſimã dñr hẽe oculorũ aciẽ:q̃ ex re ẽt ĩcubãtes eos theſauris cuſtodiæ cã ãtiq finxerũt poetę:iõ etiã Aeſculapio draconis forma dat:qm̃ oportet medicũ uigilãtiſſimũ eſſe. Aurato fulgore:qa habẽt ſquamas quodãmõ aureas:ide ẽt dracones ĩ tẽplis dicũt.Vir.Delubra ad ſũma dracões. Numina.i.tãq̃ numina. Serpitis:repere ꝑprie eſt ſerpẽtũ:& ſerpe,cũ graditur. Ardẽs Africa nã nimio ardore icendũt dracões:tametſi alibi ſint ſine ueneno. Ducitis altũ Aera.i.uolatis. Verbere:qa cauda eo uſq; uerberãt tauros:ut eos etiã enecent. Nec tut.elephãtes etiã miræ magnitudinis aĩalia uincunt. Datis oĩa leto.i.occiditis qcqd uobis obuiã factũ fuerit. Nec opus uenen.etiã ſine ueneno ſatis uirĩũ habetis ad mortem. Has inter peſtes:poſtquã deſcripſit periculũ:qđ in Africa erat:& p eã partem in q̃ miſi qua gradiebant:nũc redit ad iter eorũ. Peſtes.ſ.ſerpentum. Duro:forti. In paruo uulnere:non enim paruo uulnere mors inferri ſolet:tamen parua plaga ſerpentis,quæ uix inſpici poſſet,moriebantur milites. Repere quid

SVLPITIVS ¶Aulū:thuſcū militē. Torta caput retro:retro flexa:cum calcaretur. Leti Frons caret inuidia:hoc eſt uulnus non eſt horrendū. Inuidia:odio. Minat̃:aut tumore:aut colore:aut hiatu. Subit:ſerpit ſenſim. Carpit:rodit. Tabe:uenēo. Peſtis ebibit:uenenū exhaurit. Vitalia:epar:cor:cerebrū:pulmonē. Nō fuit:defuit:qa aruerat. Dec⁹ īperii:honor aquilę:quā gerebat. Iura:poteſtas. Mœſti:miſerātis ipſū,& reliquos.
Acceſſit morti Libye:addita ē morti ſiticuloſæ regio ſicca. Famā fati:mortis infamiā. Adiuta:uidet̃ eni potius æſtu regionis:q̃ ipſo ueneno necare. Scrutat̃:inqrit Aulus. Sq̃llentis:ſiccæ. Syrtes:ubi fons Hammonis. Fluctus:maris aquā. Placet:nō offendit.

Signiferq; iuuenē Tyrrheni ſanguinis Aulū
Torta caput retro Dipſas calcata momordit:
Vix dolor:aut ſenſus dentis fuit:ipſaq; leti
Frons caret inuidia:nec quicq̃ plaga minatur.
Ecce ſubit uirus tacitum:carpitq; medullas
Ignis edax:calidaq; incēdit uiſcera tabe.
Ebibit humorem circum uitalia fuſum
Peſtis:& in ſicco linguam torrere palato
Cœpit:defeſſos iret qui ſudor in artus:
Nō fuit:atq; oculos lachrymaꝝ uēa refugit.
Non decus imperii:non mœſti iura Catonis
Ardentem tenuere uirum:q̃n ſpargere ſigna
Auderet:totiſq; furens exquireret agris
Quas poſcebat aq̃s ſitiēs in corde uenenum.
Ille uel ī Tanaī miſſus:Rhodanūq;:Padūq;
Arderet:Nilumq; bibens per rura uagantē.
Acceſſit morti Libye:fatiq; minorem
Famam Dipſas habet terris adiuta peruſtis.
Scrutator uenas penitus ſquallentis arenæ
Nunc redit ad Syrtes:& fluctus accipit ore:
Aequoreuſq; placet:ſed nō & ſufficit humor.
Nec ſentit:fatiq; genus:mortemq; ueneni:
Sed putat eſſe ſitim:ferroq; aperire tumentes
Suſtinuit uenas:atq; os implere cruore.
Iuſſit ſigna rapi propere Cato:diſcere nulli
Permiſſum eſt hoc poſſe ſitim:ſed triſtior illa
Mors erat āte oculos:miſeriq; ī crure Sabelli
Seps ſtetit exiguus:quē flexo dente tenacē
Auulſitq; manu:piloq; affixit arenis:
Parua modo ſerpens:ſed qua nō ulla cruentæ
Tātū mortis habet:nā plagæ proxima circū
Fugit rapta cutis:pallentiaq; oſſa retexit:
Iamq; ſinu laxo:nudum ſine corpore uulnus:
Membra natant ſanie:ſuræ fluxere:ſine ullo

Venas ſuas:ut ſanguinē biberet. Rapi ſigna:q̃ ſitiens Aulus abiecerat. Diſcere nul.nūq̃ amplius uiſum ē hoc:ut q̃ſq̃ ſitiēs ſuū ſanguinē biberet. Diſcere:diſcēdo uidere:aut audire. Stetit in crure:inheſit mordēs in tibia. Parua mō:parua mēſura:ſed q̃ nulla mortem infert cruentiorē:diſſoluit̃.n.corpus & in fruſta decidit. Circū ꝓxima plagæ:circū uicina uulneri. Sinu laxo:apta uulneris curuatura:& orbiculo ipſo. Sine corpore:ſine carne.Ci.ad Gallū:nā & uires:& corpus amiſi.Martialis:Inq; oī nuſquā corpore corpus erat. Suræ:pulpæ poſteriores. Plinius:In omni genere ſuræ:homini tātum:& crura carnoſa. Virgilius:Purpureoq; alte ſuras uincire cothurno.
OMNIBON. ¶Signiferq; iu.primū aūt militē dicit cecidiſſe noīe Aulū. Calcata re.pedibus huius.ſ.fera dolore caput cōuertit:& morſum cruri eius īfixit. Vix do.adeo tenuiter momordit:ut uix eū ſenſerit. Frōs caret inuidia:q̃ſi eū īſpexiſſe uenenatū:nō oñdebat ſigna mortis ī frōte. Plaga minat̃:adeo perexigua erat. Ecce ſubit uirus:ſed ſenſim uir⁹ diffūdi cœpit ꝑ uēas:ut uniuerſū corpus humore:& ſanguine exhauriret. Ignis:ueneni. Calidaq; incēdit:qa calore nimio,uniuerſū corporis humorē deſiccauit:uñ ſitis ſeq̃bat̃ itollerabilis. Ebibit:exhaurit. Vitalia:pręcordia. Defeſſos iret:ēt ſudor nullus ī toto corpore relinq̃tur:tametſi nimio ardore caleret. Atq; oculos lachrymaꝝ:reliq̃t⁹ ē. Nō dec⁹ īpii:nullū Catōis īpiū uerit⁹:ſigna ꝓcul abiecit:& q̃ maxīa celeritate potuit q̃ſiuit aq̃:q̃ īuēta:ſatiari ñ poterat. Dec⁹:maieſtas. Mœſti.i.triſtis:ſeueri. Sitiēs ue.ſ.ſiti adducēs ī corde. Ille uel ī Tanaī:dicit tota flumīa quātacūq; fuiſſent hui⁹ ſiti ſufficere nō potuiſſent. Tanais(ut refert Strabo)ex iiſdē idē mōtib⁹ fert̃:ex q̃b⁹ Och⁹ & Ox⁹ & Iaxartes,& oium ſeptētriōaliſſimus Europā ab Aſia diſiūgens.
Nilūq; bi.cuius inūdatio tāta ē:ut uniuerſam ꝑfundat Ægyptū:tñ ñ ſufficiſſet huic. Acceſſit m.Li.ad hāc ſiti:q̃ īducebat̃ morſu dipſadis:acceſſit ēt exuſtio regiōis. Fati.i.mortis qa ñ oino tota mors attribuit̃ Dipſadi:ſed puſtæ regiōi:iō dicit Dipſadē minorē inuidiā habuiſſe. Adiuta.ſ.Dipſas. Terris a. Libyæ:q̃ ſicca ē. Pēitus:iterius ēt ī uiſcera terræ. Aequoreuſq; placet:q̃uis hoīes abhorreant maris undā:tñ ſitis tāta erat:ut ea ſibi grata eēt:nec ſufficeret q̃dē. Nec ſē.fa.g.qa nō poterat extiguet̃ ſiti:exiſtimabat naturalē ſiti eē:potius q̃ uenenū. Ferroq; apire tumētes:qñ aq̃ ſedare nō poterat ſiti:aperuit uenas brachioꝝ:& ſanguinē ſugebat. Iuſſit:uix Aul⁹ cōfectus abiecerat ſigna:cū ſtati iuſſu Catonis alius affuit:q ſigna accipet. Hoc:uidelicet cogeret ſitis aliq̃ē ī tm̃ furoria. Sed triſtior illa:at uero alius nomíne Sabellus crure morſum ſepis accepit:& uulnus q̃dē erat exiguū:at uim habuit incredibilem:ſi quidem uniuerſum corpus reſoluit:& ad nihilum redegit:ab effectu ergo nomē accepit,nam σήπειν eſt putrefacere. Sabelli:de Sabina regione:aut potius nomē proprium eſt. Stetit in crure:in crure intulit morſum:ille e crure rapuit ſepē:& impegit humi:deinde pilo transfixit. Fixo dente:ut non facile poſſet a crure auelli. Modo.i.menſura:quia admodum breuis eſt. Sed quam non ulla:maiorem enim habet uim cæteris:quia reſoluit in nihilum corpora. Plagæ:& primum quidem partes proximæ morſui refugiunt:& ſenſim totum corpus tabeſcit. Circum fugit rupta:id eſt circū rupta.& eſt temeſis. Iamq; ſinu lapſo:lapſa
Suræ quæ cute:nam ſignum ſanguinis cutem appellauit. Sanie:quia caro omnis in ſaniem conuerſa erat. Suræ propriæ dicuntur muſculi crurum. Vir.Purpureoq; alte ſuras uincere cothurno. Fluxere:reſolutæ in putredinem.

¶Poples

℃ Poples:poples eſt pars poſt genu ꝑpe ſummā ſuram: & inanē coſſam. Plinius:idē poplites intus flectit hoīs modo. Muſculus:i torus: & pulpæ denſæ tumor. Tabe:ſanie. Inguina: genitalia. Diſſiluit membrana: diſſoluta eſt cutis: & carthilago uētris. Viſcera:exta: & inteſtina. Nec quantum debet:nec quantum corruptum eſt excidit:ſed urit̄ & conſumit̄ antēꝗ cadat. Virus:ſuccum: & ſaniem uirulentam. Textura laterū: cōtinuatio lateris:crateſq; pectoris. Abſtruſum omne:oē qđ latet circa fibras cordis & epatis. Peſtis aperit: uenenum diſſoluit. Natura:interior corporis pars. Manant:diſſoluunt̄. Cadit:fluit. Parua loquor:immi nuo rem dicendo carnem & uſtam: & ſolutam fuiſſe ueneno:qm̄ hoc etiam ignis facit:ſed ignis non exedit oſſa. Nulla ueſtigia:nullum ſignum quo cognoſcatur mors recēs. Cyniphias:Cynips fluuius eſt Garamantū:apud quem naſcuntur grādes hirci. Peſtes cyniphias:ſerpentes libycas. Cadauer: nā diſſoluit corpus, & oſſa. Ecce ſubit:en ſubſequit̄ alia mortis ſpecies ab ea:ꝗ ſoluit corpus:nā auget: & tumefacit. SVLPITIVS Cynips quid

Tegmīe poples erat:femoꝝ quoq; muſculus
Liquitur:& nigra diſtillāt inguina tabe: (oīs
Diſſiluit ſtringens uterum mēbrana:fluuntq;
Viſcera:nec quantum toto de corpore debet:
Effluit in terras:ſæuum ſed mēbra uenenum
Decoqt:in minimū mors contrahit oīa uirus.
Vincula neruorū:& lateꝝ textura:cauumq;
Pectus:& abſtruſum fibris uitalibus omne
Quicqd homo eſt:apit peſtis:natura ꝓfana
Morte patet:manant humeri:forteſq; lacerti:
Colla:caputq; fluūt:calido non ocyus auſtro
Nix reſoluta cadit:nec ſolem cera ſequetur:
Parua loquor corpus ſanie ſtillaſſe peruſtum:
Hoc & flāma pōt:ſed qs rogus abſtulit oſſa?
Hæc quoq; diſcedunt:putreſq; ſecuta medul
Nulla manere ſinūt rapidi ueſtigia fati: (las
Cynipheas īter peſtes tibi palma nocēdi eſt:
Eripiunt omnes animam:tu ſola cadauer.
Ecce ſubit facies leto diuerſa fluenti
Naſidium Marſi cultorem torridus agri
Percuſſit Preſter:illi rubor igueus ora
Succendit:tenditq; cutem pereunte figura:
Miſcēs cūcta tumor toto iam corpore maior:
Humanūq; egreſſa modum ſup oīa membra
Efflatur ſanies late tollente ueneno:
Ipſe latet penitus congeſto corpore merſus:
Nec lorica tenet diſtenti corporis auctum.
Spumeus accenſo non ſic exundat aheno
Vndarum cumulus:nec tanto carbaſa coro
Curuauere ſinus:tumidos iam nō capit artus

Torridus:alluſit ad nomē,nā ardeo ſignificat. Succendit:inflāmat. Tendit:extendit. Pereunte figura:ut nō cognoſcat̄ forma. Efflat̄ ſanies: emittitur ſpuma ſup mēbra tumidiſſima. Tollēte:tumefaciēte. Merſus:cōfuſus. Cōgeſto:cōglobato: & in formi. Auctū diſtēti corpus:incrementū tumefacti corporis. Vndaꝝ cumulus:copia aq̄. Coro:uento. Curuauere ſinus:repleuere flexus ſuos. Nō capit: nō cōtinere pōt. Trūcus:nō enim apparebat caput.

℃ Tegmīe:& cute, & carne. Liqt̄:liq̄ſcit,tabeſcit, Vir. Vere nouo gelid⁹ canis cū mōtib⁹ humor Liqt̄. OMNIBON.
Muſculus:muſculū appellat ſolidā carnē:q̄ i femoꝛe eſt:qđ gl'adiū alio nomine appellat̄. Diſtillāt īguina.i.reſoluūt̄ in ſaniē. Mēbrana.i.carthilago,q̄ inteſtina coercet,reſoluta ē. Strīgens uteꝝ.i.cōtinēs inteſtina. Diſſluit: dirupta eſt. Nec effluit.ſ.tm̄:quātū debet effluere. Sæuū uenenū: qa āteꝗ ex oſſibus deciderēt carnes:prius ardore ueneni: ex maiori pte conſumptę ſunt. Decoqt:cōſumit. In minimū:exiguū uirus. Cōtrahit oīa.i.mēbra oīa ad minimū redigit. Abſtruſum:reconditū. Fibris uitalibus:uenis uitā ferentibus,nā ſedē aīæ ī ſanguine eſſe uoluerūt, fibræ propriæ iecoris uenę. Quicquid homo.i.oēs hominis partes ēt ſecretiores. Natura patet:qcqd eſt in uniuerſa hominis natura patefactū eſt. Profana:execrabili, & nefanda. Manant:euaneſcūt:tabeſcūt. Calido nō ocyus auſtro:nō ſegnius igt corpus Sabelli ueneno reſolutū eſt, & liquefactū:ꝗ Sole nix liq̄ſcere ſolet:aut cera igne. Ocyus:ueloci⁹. Parua loquor:qa ſimilitudo hæc minor eſt:ꝗ huic ueneno cōueīat. Hoc.ſ.ut aliqđ corpus gutta:ī reſoluat̄:ſed fecit aliqd multo maius uenenū:qa nihil oīno relīqt. Sed qs rogus:nō oīno rogo ſupimpoſitū corp⁹ cōſumit̄:qn pars oſſiū rel nq̄tur. Medullas:qa una cum medullis oſſa quoq; cōſumpta ſunt. Rapidi: rapacis. Fibræ quæ
Cynipheas inter peſtes:dicit īter libycos ſerpētes:hāc unā ſepē nim cæteris maiorē hr̄e. Tibi:o ſeps exigue. Eripiunt an.qua mortem inferūt. Cynipheas:libycas. Cynips fluuius eſt Libyæ defluens per uberrima regiōis illius arua:circa quā grandiores naſcuntur hirci:ſicut poetę ꝓhibēt. Vir. Cyniphei tōdēt hirci. Ecce ſubit facies:ſecutus eſt illud:Et ꝓdeſſe uolūt: & delectare poetæ.res.n.uanas deſcribit Luca.ut erectū legētis aīum teneat:nā diuerſum leti genus deſcribit:quē momorderit ſeps ille ſenſim liq̄ſcit:ſed ꝓſter tumeſcere facit adeo: ut nulla mēbra dignoſci poſſint. Leto fluenti.i.tabificæ peſti. Subit:ſuccedit.ſ.ſepi. Marſi:de regione Marſorū. Torridus:qa torret, & ardorē īmittit:ut ſupra dictū eſt. Rubor igneus:qa ita rubeſcebāt genæ: ut ardere uiderentur. Tendit:tumeſcere facit. Pereunte figura:qa ita inflatur:ut membra diſtigui non poſſint.
Late:p uniuerſum corpus. Tollente:non auferente:ſed extollēte:ac eleuante ueneno ſanie̅. Ipſe latet:tumefacto corpe:ut dignoſci nō poſſ t. Cōgeſto:i ſimilitudinē aggeris. Auctū:augmētatū: declinauit hic auctus us,ui. Spumeus accēſo:p ſimilitudinē oñdit:quāuī ille ueneno ſerpētis intumuerit:nō magis ingt unda tumeſcit:cū feruet aheno:aut uela cū uentis implētur. Vndarū cumulus:cū ignis ſubiicit̄ aheno: & unda feruet. Carbaſa:carbaſus genus ē ſubtiliſſimi lini:quo texunt̄ uela: & carbaſa pro uelis accipiunt̄. Sinus.i.gremium,eſt enim quaſi gremiū uelum cum eſt uentis plenum. Coro:ideſt uento ab occaſu ſolſtitiali: qui dicitur . Tumidos iam non: & uſq; adeo creuerat uniuerſum corpus:ut iā membra continere non poſſet. Carbaſus qd

SVLPITIVS ❡ Intactū: hūc inſepultū: intāgibileq́ꝫ reliquerunt inquit. Haud impune: quia perimet ipſas. Non auſi: metuentes. Nondū ſtante modo: nōdū finita menſura tumoris. Miratori: imitatori. Vtq́ꝫ ſolet: ſic per totum eius corpus cruor effluxit: ut ſolet croceus color emitti per oīa foramina: quæ ſunt in cartha: aut tabula pictoris archetipa: ex qua in ſubiectam materiam ſigna redduntur ꝓſſura croci ideſt croceum expreſſum: & dilutum.

Corycii: Cilicis a Coryco oppido: ubi prouenit optimū. Rutilū uirus: ruffum uenenū. Quæcūq́ꝫ foramina nouit Humor: undecūq́ꝫ aliqs humor egredi ſolet: ut e naribus: ore: oculis: auribus: ſecretioribus & eporis: unde ſudor egredit̃. Leue: hic Leuus ex aſpidis morſu periit dormiendo. Fixus: coactus, & denſatus.

Serpente niliaca: aſpide: quæ in ripis Nili uerſatur.

Non tam ueloci: non tam ſubitam mortem infert toxicū arboris: quę ĩ Sabæa naſcit̃ adeo thuri ſimile: ut fallat legentes. Quę mētita uirgas ſabæas: q̃ thuri ſimilis. Diro: uenenato. ordo eſt: Toxica q̃ mentita uirgas ſabæas diro ſtipite Sabæi fatileges carpunt matura: non corrūpūt pocula tam ueloci leto. Matura: apta uſui: decocta. Ecce: Paulus Iaculo ſerpente: uelut telo transfixus eſt utrunq́ꝫ tēpus. Trunci ſterilis: infœcūdæ arboris ligno. Tpa tran. ꝑforatū caput. Fatū: mors. Cū uul. quo ſolo periit. Depreſū eſt: cōpertū ē ex Iaculi uelocitate: & ui q̃ lēte ſaxa e funda: & ſagittę ex arcu emittāt̃. Rotat: rotādo imittit.

Informis globus: & cōfuſo pondere truncus.
Intactū uolucrum roſtris: epulaſq́ꝫ daturum
Haud impune feris non auſi tradere buſto:
Nondū ſtante modo creſcēs fugere cadauer.
Sed maiora parāt Libycæ ſpectacula peſtes.
Impreſſit dentes Hæmorrois aſpera Tullo
Magnanimo iuueni: miratoriq́ꝫ Catonis:
Vtq́ꝫ ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii preſſura croci. ſic omnia membra
Emiſere ſimul rutilum pro ſanguine uirus.
Sāguis erāt lachrymæ. q̃cūq́ꝫ foramia nouit
Humor: ab iis largus manat cruor: ora redūdāt:
Et patulę nares: ſudor rubet: oīa plenis
Mēbra fluūt uenis: totū eſt ꝓ uulnere corpus.
At tibi Leue miſer fixus præcordia preſſit
Niliaca ſerpente cruor: nulloq́ꝫ dolore
Teſtatus morſus ſubita caligine mortem
Accipis: & ſtygias ſōno deſcēdis ad umbras.
Non tam ueloci corrumpunt pocula leto:
Stipite quæ diro uirgas mentita Sabæas
Toxica fatilegi carpunt matura Sabæi.
Ecce procul ſæuus ſterilis ſe robore trunci
Torſit: & imiſit Iaculū: uocat Africa ſerpens:
Perq́ꝫ caput Pauli: tranſactaq́ꝫ tempora fugit:
Nil ibi uirus agit. rapuit cum uulnere fatum:
Depreſum eſt q̃ funda rotat q̃ lenta uolarent:

OMNIBON. ❡ Informis globus: globū informem appellauit tumefactū corpus: quia uidebatur potius ſphærica quādā forma q̃ hominis. Cōfuſo pondere: pro confuſi ponderis. Intactū uolucrū roſtris: qui circūſteterāt: ubi Marſum tumendo creſcere uiderunt: nō ſunt auſi illū ſepulchro mandare: nec uolucres quidē auſæ ſunt lacerare. Nondū ſtāte modo: quia adhuc creſcebat.

Sed maiora parant: aliud ſerpētis genus deſcribit: q hæmorrois appellat̃: qm̃ faciat ſanguinē omnem penitus effluere. Miratori: ſectatori. a ꝓcedēte qđ ſeqt̃. quē enim miramur hunc & ſequimur. Vtq́ꝫ ſolet: ꝑ ſimilitudinem oñdit ſanguinem omnē illius e meatibus corporis effuſum eſſe: quemadmodum inquit ēt per foramina totius imaginis ſuccus croci erumpit ſecū trahens imaginem ipſam: & in obuerſam ſuperficiē expumit faciē: hęc ſimilitudo ſumit̃ e pictoribus cū uoluerint imagines ĩ obuerſa facie formare: ſolēt crebris foraminibus transferre formā: deīde ſuperinducūt ſuccum croci: qui ex omnibus foraminibus ſtatim erumpens: Imaginē illius figuræ ĩ obuerſam ſupficiē exprimit. Simul: eodē tēpore. Totis ſignis .i. figuris: & imaginibus pertuſis. Preſſura croci: ideſt ſuccus ꝓſſi croci. Corycii: circa Corycum Ciliciæ crocū plurimū: optimumq́ꝫ eſt. Det licet Cyrene, det Lycia: hoc primū eſt: teſte Solino. nā prima auctoritas fuit corycio croco: ſecunda lycio, uel phlegręo: tertia centuripino Siciliæ. Plinius. De Coryco antro iā diximus. Foramina: folles: qui ſunt in cute emittebant pro ſudore ſanguinē: perſiſtit in ſimilitudine. Redundant: abundant ſanguine. Sudor rubet: quia ſanguis erat. Totū eſt deniq́ꝫ corpus: & uulnus unum eſſe uidebat̃. At tibi Leue: mitior fuit aſpis cæteris ſerpentibus: ideſt minus crudelis: nā militem Leuum nomine momordit: & ille ſtatim in ſomnū reſolutus interiit. Niliaca ſerpente: ideſt aſpide, ſeu hypnale: quæ naſcitur circa Nilū: qua uſam fuiſſe Cleopatram hiſtorici ſcribunt. Fixus præcordia: qa uenenū huius aſpidis uenas ſopiuit: & quaſi ſanguinē cōgelauit: & ea cauſa eſt: cur ſoluatur in ſomnū. Fixus: quodāmodo congelatus. Præcordia ꝓſſit: occupauit mēbra uitalia. Nullo dolore: mors illa ſuauis fuit: quam dormiens ſentire nō potuit. Non tā ueloci: in Sabæa Arabiæ regione naſcitur thurea uirga: ex qua colligitur thus: ſed alia etiam uirga naſcit̃ ad ſimilitudinem illius: quæ legentes thus plerunq́ꝫ fallit: qa accerrimū: & teterrimū uenenum producit. dicit ergo uenenū huius uirgæ: quāuis ſit accerimū: tamē maiorem uim non habet: q̃ aſpidis uenenū. & ſi uenenū illius uirgæ poculis īmiſcuerunt ſæuæ nouercæ cū priuignos occidere uoluerint: non tam cito moriunt̃: q̃ celeriter hic mortuus eſt aſpidis morſu. Sabæas uirgas: quæ naſcuntur ad ſimilitudinē uirgæ: quæ thus ꝓducit in Sabæa. Sabæorum natio (teſte Strabone) maxima eſt. apud hos thus: & myrrha: & cinamomū naſcitur: in ora etiam balſamū: & alia q̃dā herba odorata: q̃ꝗ eius odor cito depit. habēt ꝓterea palmas odoratas, & calamū: ſerpētes quoq́ꝫ palmares: colore puniceo uſq́ꝫ ad illa aſſiliētes: quoꝝ morſus ĩcurabilis eſt. Diro: qa ꝓducit uenenum.

Fatilegi .i. morrē legentes. Matura: tēpore ſuo collecta. Ecce ꝓcul: dicit etiam ſerpentē iaculum: qui in arbore cōſtiterat: tranſeuntē Paulū quendam per tēpora ꝑcuſſiſſe ita: ut in alteꝝ latus erumperet: & ſine ueneno militem occideret. Torſit: iaculatus eſt ſeipſum. Deprenſum eſt: & uelocitate huius ſerpentis cognitum eſt in comparatione tardā eſſe ſagittam & glandē: q̃ funda emittit̃. Rotat: reſpexit ad geſtum iaculantiū.

Aer arundinis ſcythicæ: ſagitta parthica per aerem impulſa. Quid prodeſt: immo nocuit mortuus. Fe/ SVLPI rit: amputat: ne aliqua membra inficiátur. Matura: accelerate. Nodis: cauda nodoſa. Recto uerbere: ictu TIVS enim caudæ erectę percurit. Teſte tulit cælo: cõſecutus eſt laudem Orionis interempti: ut eius imago in cæ/lo effigiata demonſtrat'. Emiſſus eſt autem a Tellure in Oriona uenatorem: qui ſe iactauerat nullum ab illa mõſtrum poſſe produci: quod ipſe non cõficeret: ut Higinius etiam meminit. alias de Orione opiniones apud eundem lege. · Salpiga: σαλπιγξ tuba eſt: cuius formã habet hæc ſerpens: cuius latebra calcata mortifera eſt. Salpiga quid

Quã ſegnis ſcythicæ ſtrideret arundinis aer.
Quid ꝓdeſt miſeri baſiliſcus cuſpide Murri
Tranſactus? uelox currit per tela uenenum:
Inuaditq; manum: quã protinus ille retecto
Enſe ferit: totoq; ſimul demittit ab armo:
Exemplarq; ſui ſpectans miſerabile leti
Stat tutus pereunte manu. quis fata putauit
Scorpion: aut uires maturæ mortis habere?
Ille minax nodis: & recto uerbere ſæuus:
Teſte tulit cęlo uicti decus Orionis.
Quis calcare tuas metuat ſalpiga latebras?
Et tibi dant ſtygiæ ius in ſua fila ſorores.
Sic nec clara dies: nec nox dabat atra quietẽ:
Suſpecta eſt miſeris in qua tellure iacebant.
Nam neq; cõgeſtæ ſtruxere cubilia frondes:
Nec culmis creuere tori: ſed corpora fatis
Expoſiti uoluuntur humo: calidoq; uapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes:
Innocuoſq; diu rictus torpente ueneno
Inter membra fouent: nec q̃ menſura uiarum:
Quis ue modus norũt cęlo duce: ſępe q̃rẽtes
Reddite Dii clamãt miſeris q̃ fugimus arma:
Reddite Theſſaliã: patimur cur ſegnia fata?
In gladios iurata manus pro Cæſare pugnãt
Dipſades: & peragunt ciuilia bella ceraſtæ.
Ire libet qua zona rubens: atq; axis inuſtus
Solis equis: iuuat ætheriis adſcribere cauſis:
Quod peream: cæloq; mori: nil Africa de te:
Nec de te natura queror: tot monſtra ferentẽ
Gentibus ablatũ dederas ſerpẽtibus orbem:
Impatienſq; ſolum Cereris cultore negato

Sorores ſtygiæ: ideſt Parcæ. Ius in ſua fila: facultatẽ mortis. Sic: hoc periculo, & malo. Suſpecta ẽ: uidelicet tellus. Cõgeſtæ: cõſtructæ: cũ rariſſimæ ſint.

Culmis: calamis frugũ. Peſtes ge. ſerpentes noctu frigidas. Rictus ino. ora ſerpẽtiũ inoxia: dũ frigerẽt: ſed ubi cõcaluerãt, mordebãt. Fouent: dormiẽtes: q̃ & inſcii. Nec mẽſura: nec q̃tum itineris ꝑegiſſent: q̃tumq; ſupeſſet: q̃rũue irent ſatis ex aſtris noſcere poterant. Cælo duce: Sole: Luna: & ſtellis demonſtrãtibus. Reddite: plena commiſeratione querela.

Segnia fata: mortem inertibus: non militibus congruam. In gladios iurata manus: multitudo aſtricta militiæ ſacramẽto. Ire libet: imprudentiæ: & temeritatis ſe arguit. Rubens: torrida. Axis: regio: ꝑ quã ſemper diſcurrit Sol: & intelligit eclypticæ ſubiectã.

Cauſis ætheriis. i. fato: & aſtris: quæ nos huc egerunt. Cæloq; mori: ui cæli: & ſiderũ. Nil Africa: nõ Africam: nec naturam accuſo: quod ſerpentes ꝓducãt: ſed me ipſũ: q me huc contuli. Ablatũ gẽtibus: deſertum: inhabitabilem: & quo priuaueras gentes.

Segnis: pro tardæ arũdinis Scythicæ. Aer: qa aerem ſcindẽs ſagitta arcu emiſſa fertur. Quid ꝓdeſt. OMNI q.d. nihil ꝓfuit haſta tranſfigere baſiliſcũ: qa ſanguis BON. ꝑ haſtã fluens ad manus ꝑuenit: hic ſenſit manũ uenenatã eſſe: ſtatim eã abſcidit. Venenũ. ſ. ſanguinis baſiliſci. Demittit ab ar. ne uenenũ illud reliquũ corpus corrũperet. Exẽplũq; ſui: ſpectabat manũ mouẽtem qd exẽplũ erat mortis futurę. quẽadmodũ. n. manus illa moriebat: ita reliquũ corpus olim moriturũ erat.

Quis fata pu. nũc dicit ſcorpionẽ uim et leti habuiſſe: qd uix credibile uideatur: ſed regio arida facit: ut ui maiore habeat. ille igit nõ minus uiriũ habuit i occidẽdo milite: q̃ ſcorpius ille, quẽ Diana aliquãdo ſmiſit Orioni: ut iniuriã ſubulciſceret q̃ ſe ille de ſtupro interpellauerat. ſic. n. i fabulis ẽ: Orionẽ fuiſſe uenatorẽ celeberrimũ: & Dianã, q̃ & ipa uenatrix eſt i ſiluis, aliquãdo iterpellaſſe de ſtupro: illa irata ſcorpionẽ affixit femori eius: cuius morſu interiit Orion: & in cæleſte ſignũ cũ ſcorpione trãſlatus eſt. diuerſæ huius fabulamẽti ſniæ ſunt apud Higiniũ. Teſte cęlo: qa cęlũ teſtis eſt uictũ a ſcorpione fuiſſe Orionem: ambo .n. in ſidera abierunt. Quis calca. tu. Salpiga ẽ teres ſerpens: & oblongus in tubæ modum: nam σαλπιγξ tubã ſignificat. Quis metu. q. d. nemo: neq;. n. magnitudinẽ habet ut qs mortẽ a ſe metuere poſſit. Et tibi dant: tamen tu quoq; uim mortis habes. In ſua fila: rũpenda. Sic nec c. d. i. die, noctuq; in diſcrimine ſalutis uerſabant. Suſpecta: qa iacẽtes: ut qeſcerẽt: nonnunq̃ uenenabãt. Frõdes: neq;. n. illis arbores frondeſcũt: nec terra ſegetes gignit. Congeſtæ: in unum cumulatæ.

Expoſiti corpo. i. habẽtes corpora expoſita morti. Calidoq; ua. qa dormiẽtes caleſcũt: & ſerpẽtes: q hũore nocturno frigidiores erãt ad calorẽ dormiẽtiũ ſe recipiebãt: ĩde ſũmo calore tepefacti reddebant nocentiores.

Innocuos: qa nimio frigore torpebãt. Fouẽt: calefaciũt. Nec q̃ menſura: nec poterãt ſcire: ubi eẽnt: nec q̃tũ itineris ſupeſſet. Modus. i. finis. Clamãt. Theſſaliã: q̃ ſumus o ſupi: ut ſtatuatis nos i Theſſalia. Patimur cur: dolẽt q̃ mors ſua ſit iers. Iurata mãus i gladios: q iureiurãdo aſtricti ſumus i manu Catonis: ut moriamur ꝓ libertate: cur ſutiliter perimus. Ire libet q̃ zona. i. calore melius pibimus q̃ ueneno. id. n. nobis tollerabilius erit. Axis antarcticus. Axis i. ualde uſtus: idẽ ẽ qd zõa rubẽs. Aetheris cauſis. i. caloris. Cælo. i. ꝓpter cælũ feruẽs. Queror: q̃ pepereris hos ſerpẽtes: nã orbis terrarũ partem hanc delegiſti: quæ ab humano cultu remota eſſet: & nos huc iter intendimus: nobis ergo culpa omnis aſcribẽda eſt. Tot monſtra ferentem: & ideo hanc partem orbis ab hominibus ſeparaueris: quam nos cum periculo noſtro petiuimus. Impatienſq; ſolũ: & terram ſterilem eſſe uoluiſti: ne quis in ea, præter ſerpẽtes, habitaret. Cultore negato: ideſt agricola.

SVLPITIVS ℂDamnaſti:ut a ſerpentibus coleret̃:q̃ hoībus nocere nō poſſent. Pœnas:noſtræ temeritatis. Cōmercia:conuerſationē. Torrente plaga:torrida zona. Abrūpens orā:ſeparans regionē ſerpentū:quā in Syrtes:& zonā torridā collocaſti.multi legūt orbē. Mortes:mortifera animalia. Limite:termino. Bellū ciuile:exercitus ciuium. Receſſus:ſemoti loci. Tibi cōſcius:q tecū ſcit:& ſe audaciæ arguit. Clauſtra:ſecreta. Maiora:ſupple diſcrimina. Coeūt ignes:ex uulgari opinione dicit:igneū Solem ī mare extingui:& inferius cælū:terra:mariq; premi. Coeūt ignes:coniungitur ignis ſolaris. Premit̃:grauatur terra,& mari. Quæremus:quærere poterimus. Solatia cæli:æſtū. Ironia. Viuit adhuc aliqd:ſuperſumus adhuc multi:nec tū deſidero Italiam,aut Europam,aut Aſiam:ſed ubi nam Africam ipſam reliquimus. Alios Soles:diuerſos Solis meatus. Cyrenis:Cyrene oppidum in Libya ad iuga montium Ægypto adiacentium:inter quod & templum Hammonis ſūt millia paſſuum quadringēta. Etiam nūc:modo. Cōuertimus:conuerſam ſentimus. In aduerſos axes:ad antipodes:qui ſunt ſub axe ſuppoſito regioni noſtræ. Orbe:per orbē.

Noto:ultra cuius ortū iā inclinamus:ſic.n.ſub alio flat hemiſperio ut ſupra hoc.Eſtq; hæc opinio ſuperiori cōtraria cū dixit:Coeūt ignes ſtridētibus undis.

· Dura patiētia:metonymia:durus & patiens miles.

· Exonerat:deponit:& abiicit,leuat̃.n.dolor:emiſſa q̃rela. Nudatā ſtrata:aut ueſte:aut frōde:aut culmis.

Damnaſti:atq; hoīes uoluiſti deeſſe uenenis:
In loca ſerpentū nos uenimus:accipe pœnas
Tu quiſquis ſuperū cōmercia noſtra peroſus.
Hinc torrēte plaga:dubiis hinc Syrtibus orā
Abrumpens medio poſuiſti limite mortes:
Per ſecreta tui bellum ciuile receſſus
Vadit:& arcani miles tibi conſcius orbis
Clauſtra petit mundi:forſan maiora ſupſunt
Ingreſſis:coeunt ignes ſtridentibus undis:
Et premitur natura poli:ſed longius iſta
Nulla iacet tellus:q̃ fama cognita nobis
Triſtia regna Iubæ:quæremus forſitan iſtas
Serpentum terras:habet hoc ſolatia cælum.
Viuit adhuc aliqd:patriæ non arua requiro:
Europamq; alios ſoles:Aſiamq; uidentem:
Qua te parte poli:qua te tellure reliqui
Africa?Cyrenis etiam nunc bruma rigebat.
Exigua ne uia legem conuertimus anni?
Imus in aduerſos axes.euoluimur orbe.
Terga damus feriēda noto:nūc forſitā ipſa eſt
Sub pedibus iam Roma meis:ſolatia fati
Hęc petimus:ueniāt hoſtes:Cæſarq; ſequat̃
Qua fugimus.ſic dura ſuos patiētia queſtus
Exonerat:cogit tantos tolerare labores
Summa ducis uirtus:qui nuda fuſus arena

OMNIBON. ℂNos uenimus:ſpōte nſa:ergo criminandi ſumus. Tu nos q̃ſqs:p q̃cūq; Deo℞ es. Accipe pœnas:nſę temeritatis:q̄ te inuito I hāc partē uenimus periculoſam. Cōmercia n.i.cōſortia:qa nolebas:ut cū his regionibus cōmercia haberemus:& nos te inuito hoc fecimus.

Cōmercia quæ: Cōmercia ꝓprie ſūt:q̃s greci ἀντικαταλλάγματα uel συμβόλαια appellant. Torrente plaga:a feruenti zona. Dubiis:per q̃s nauigari non poteſt. Limite.ſ.huius regionis. Per ſecreta.i.p remota ſolitudinis tuæ loca. Ciuile bellū:nos ciuilis belli milites. Receſſus:ideſt tuæ ſolitudinis. Arcani orbis:quē tu ſecretū eſſe uolebas:miles pedibus calcat:merito ergo pœnas damus. Clauſtraq̄ m clauſeras hoībus. Forſan maiora ſuperſunt:nūc dicit qd ē q̃ſi cōſolationis maiora fortaſſe picula iſtare ſibi:ſi ſtudeāt ulterius ꝓgredi:nā uidebat̃ Sol meridiē uerſus cōiūgi cū fluctib⁹ maris:& iō metuebāt:ne ſi in eam regionē deferrentur:nimio Solis ardore exurerent̃:ſed dicunt nullā regionē ſibi lōgiorē uideri:q̄ i·q̄ Iuba rex habitat.ea.n.ſemp lōgius abeſſe uī. Maiora ſuperſunt.ſ.ſi progreſſi fuerimus. Coeunt ignes:nā ſicut nobis uī Sol occidens cū fluctibus maris cōiungi uī. Stridentibus undis.ſ.calore Solis:nā ignis aquæ coniunctus ſtridorem facit.Papinius:Stridoreq; rotæ cadentis audis. Natura poli.ſ.antarctici:q humilis eſt. Premit̃.i.ſubſidet:& mari cōtiguus uidet̃. Sed longius iſta:quanq̄ nobis altæ moleſtiæ ſint:id tamē moleſtius eſt:q nunquā uidemur poſſe ad regis Iubæ regionem peruenire. Tellus.ſ.ubi regnat Iuba. Quæremus forſitā iſtas:& cū regis Iubæ regna cōſecuti fuerimus:ī has regiōes ubi ſumus regredi cupiemus:q̄ſi ſint meliores. Habet hoc ſolatia cælum:tametſi ibi ſerpentes habitent:tamen aura uitalis eſt:ut animalia uiuere poſſint:ſed illic tanta eſt Solis exuſtio:ut nec plantæ:nec arbores:& multominus animalia uiuant. Hoc cælum.i.hæc aura cæli. Viuit aliquid.i.aura uitalis eſt:& animalia in ea uiuere poſſunt. Patriæ non arua:nec quæro Europā:ubi natus,& educatus ſum:ſed quæro Africæ partem:ubi paulo ante fuimus:ſignificat eam Africæ partem:ubi Cn.Pom.cum claſſe relictus fuit:haud procul a Cyrenis. Patriæ:Romæ. Alio ſo.mitiores auras cæli. Qua te parte o Africa:quaſi hæc nō uideat̃ Africæ pars:ubi nunc poſiti erāt. Cyrenis:iuxta urbē Cyrenaꝝ. Exigua ne uia:nunqd tā breui ſpatio uię mutauimus orbem terrarū:ut aliud cælū hic ſit:uidelicet calor.& aliud unde diſceſſimus:uidelicet bruma. Legem anni:ut illic qdē ſit hyems:hic uero nunc nimius æſtus:nā ſua lege annus continetur. In aduerſos axes:ad antipodas:quia ſi ſphæra cæli octaua:quā alii cælū:alii firmamētū uocāt:circuit oēm orbē terrarū:axes hemiſperii noſtri:qui ſuperiores ſunt:& hemiſperii inferioris ſunt:qbus ſubiacent antipodes. Aduerſos:nobis oppoſitos. Euoluimur:ex hoc orbe ad orbē antipodū. Terga damus noto:qui flat a merdie:nunc quidem ī oppoſitum ſpirat.at uero cum ad antipodas deſcendemus ipm notū poſt terga relinq̄mus. Sub pedibus meis:ad antipodas fortaſſe deſcēdimus:ut iā ſub pedibus noſtris poſita ſit Roma. Solatia:unū eſt ſolatiū huius moleſtiæ:ſi Dii fecerint:ut nos Cæ.hac uia ſeq̄tur:ut & hoſtes experiant̃ hæc picula. Sic dura ſuos:his q̄relis non nihil leuare uidebātur mala ſua milites. Cogit tātos:ſed Cato uirtutis exēpla faciebat:ut mala q̄uis extrema eēnt:leuiora uiderentur:nam quia ipſe fortiter calorem ferebat,& pericula:milites ipſius exemplo fortiores erant.

ℂProuocat

¶ Prouocat fortunã:expõit ſe periculis. Atq; ingens:& firmabat morientiũ animos:quod erat beneficium ſummũ:& maius ſalute. Vires:fortẽ animum. Letũ:interitũ. Ingens meritũ:appoſitio eſt. Mori gemen tẽ:perire cũ gemitu:& querela:quod morſu ſerpẽtis occumberet:ſed ſapientia Catonis imbutus dolorẽ,mor tẽq; contemnebat. Vincit caſus:ſuperat moriens aduerſam fortunam nõ mõ ſuo pectore,& conſtantia ani mi:ſed etiã Catonis:a quo inſtituebatur. Spectatori:Cato. Nil poſſe:contra uirtutem:quæ dolori nõ ce dit:non perturbatur:& ĩ omni cruciatu ẽ felix. Laſſata:defeſſa uexare eos. Innoxia:illęſa:& noue dixit:cũ noxius ſit q nocet. SVLPITIVS

Excubat:atq; omni fortunam ꝓuocat hora:
Oibus unus adeſt fatis quocunq; uocatus
Aduolat:atq; ingens meritũ:maiuſq; ſalute
Contulit in letum uires:puduitq; gemẽtem
Illo teſte mori:quod ius habuiſſet in ipſum
Vlla lues:ſ caſus alieno pectore uincit:
Spectatorq; docet magnos nil poſſe dolores
Vix miſeris ſerum tanto laſſata periclo
Auxilium fortuna dedit:gens unica terras
Incolit a ſæuo ſerpentum innoxia morſu
Marmaride Pſylli:par lĩgua potẽtib⁹ herbis:
Ipſe cruor tutus:nullumq; admittere uirus:
Vel cantu ceſſante poteſt:natura locorum
Iuſſit ut immunes miſtis ſerpentibus eſſent:
Profuit in mediis ſedem poſuiſſe uenenis:
Pax illis cum morte data eſt:fiducia tanta eſt
Sanguinis:in terram paruus cũ decidit ĩfans:
Ne qua ſit externæ Veneris miſtura timentes
Letifica dubios explorant aſpide partus:
Vtq; Iouis uolucer:calido cum protulit ouo
Implumes natos:ſolis conuertit in ortus:
Qui potuere pati radios:& lumine recto
Suſtinuere diem cæli ſeruantur in uſus:
Qui Phœbo ceſſere:iacẽt:ſic pignora gentis
Pſyllus habet:ſiqs tactos nõ horruit angues:
Siquis donatis luſit ſerpentibus infans.

Pſylli:Pſylli a Pſyllo rege dicti: cuius ſepulchrũ in parte Syrtiũ maiorũ eſt:ut ait Pli. Horũ corpori ĩgenitũ fuit uirus exitiale ſerpẽtibus:& cui⁹ odore ſopirẽt eas:mos uero liberos gẽitos ꝓtin⁹ obiiciendi ſęuiſſimus eaꝝ:eoq; genere pudicitiã cõiu gium experiẽdi:nõ profugiẽtibus adulterino ſangui ne natos ſerpẽtib⁹:hæc gẽs ipſa qdẽ ꝓpe iternectiõe ſublata a Naſamonibus:q nunc tenent eas ſedes:hic Plini.quẽ etiam de Marſis lege.vii.& .xxviii.libro. Pſylli g

Marmaride:populi a Pheredoni ferme regione ad Syrtĩ uſq; maiorẽ porrecti:Plinius ait. Par linguas excantatio ipſorũ,inquit,habet uim parẽ herbis ue nena fugantibus:& ſanguis eorum uenena non reci pit:etiam ſine cantu. Immunes:illęſi. Profuit:nõ modo nõ nocuit:ſed utile fuit. Cũ morte:ueneno mortifero. Sãguinis:ſtirpis. Externæ:adulteriæ.

Explorant dubios partus:diſcernunt incertos filios aſpide,huius moris Solinus etiã meminit. Vtq; Io uis uolucer:Plin.ubi de aqlis inqt:Halietus tantũ:i. plumes etiã pulos ſuos percutiens:ſubinde cogit ad uerſos intueri Solis radios:& ſi cõniuẽtẽ:flentẽq; ani maduertit ꝑcipitat e nido:uelut adulterinũ:& dege nerẽ,illũ,cui⁹ acies firma cõtra ſteterit,educat. Diẽ cæ.Solis claritatẽ. Iacẽt:obiiciunt̃. Pignora:filios.

¶ Prouocat:quaſi ad certamen:quia non timet ullo fortunæ impetu ſuperari. Omnibus fa.i.mortibus omniũ militũ aderat ipſe:& conſolabat̃:nũc adhor tando:nunc ſeipſum periculis exponẽdo. Maiuſq; ſa.quia ipſi maioris faciebant meritũ Catonis:q̃ ſuã ſalutem. Contulit in letũ uires:hoc eſt dedit militi bus iam moriẽtibus uires:ut faceret eos fortiores ad mortem. Puduitq; gementẽ:turpe militibus fuit ĩ morte ẽt gemere:præſente Catõe. Quod ius habu iſſet in ipſum:ſi ipſe Cato cauſa erat:ut cæteri om nes fortunã aduerſam contẽnerẽt:quãto ipſe fortius facere potuerat. Lues:peſtis. Spectatorq; docet: & dũ ſpectat pericula,& labores militũ ſuoꝝ:facit ut æquo aĩo omnia ſuſtineant. Nil poſſe.ſ.cõtra uirtutem. OMNIBON.

Vix miſeris ſerũ:poſtq̃ diu uexati fuerunt milites ſerpentibus:calore,& inedia:tandem auxiliũ poſt lõgũ tẽ pus affuit:nam peruenerunt ad Pſyllos populos Africæ:q ſunt intacti ueneno ſerpentũ:immo carminibus & ſolo aſpectu abigũt ſerpentes:ut nõ ipſis:ſed nec aliis quidẽ ꝑſentibus ipſis detrimẽtũ aliquod inferãt:ipſi etiã hoſpitales ſunt:& rectiſſime medent̃ ſerpentibus:ſiqs uenenatus fuerit:dicti a Pſyllo rege:ut ſcri.Pli.ſupra Ga ſamãtes Pſylli fuerũt:teſte Solino:cõtra noxiũ uirus muniti ĩcredibili corporis firmitate:ſoli morſibus anguiũ non interibãt:& q̃uis dente letali aperiri ĩcorrupta durabãt ſanitate:recentes etiã editos ſerpẽtibus offerebãt: ſi eſſent partus adulterini:matrum crimina plectebant̃:interim paruuloꝝ,ſi pudici:ꝓbe ortos a morte pater ni ſanguinis priuilegiũ tuebant̃.Pſylli uero,ut refert Strabo,apud Cyrenaicã regionem naturalẽ quãdam uim habẽt cõtra ſerpentes:ſic & Tentyritæ cõtra Crocodilos. Linguæ par.i.carmina eoꝝ:qbus ita ſerpẽtes atto nitos reddũt ut nocere nõ poſſint. Potentibus herbis:qbus etiã morſibus ſerpentũ medeat̃. Ipſe cruor tu tus:neq;.n.ſanguis ipſorum ĩfici poterat ueneno. Vel:ꝑ etiã. Cãtu:incantatiõe. Natura locorum:dicit ita naturã locoꝝ tuliſſe:ut qui nati,& geniti ſunt:ibi ui nullã ſerpentes habeãt. Pax illis:fiducia ipſoꝝ tãta eſt:ut ẽt cũ morte pacem hẽre cõfidant:qa nunq̃ uenenant̃. Sanguinis.i.generis ipſoꝝ. In terrã paruus:& ne for te uxores cõtra fidẽ aliqd cõmiſerint:ſimul ac nati ſũt filii:eos ad ſerpẽtes deferũt:ſi ſui fuerint:ſerpẽtes noce re non pñt.ſi alienigenæ:a ſerpẽtibus mordent̃. In terrã:qa nõ habent toros:quibus incumbant. Externæ Veneris:ne fidẽ m̃rimonii uiolauerint uxores. Vt Iouis uolucer:per ſimilitudinem oſtendit:quomodo Pſyl li filios ſuos expiant̃:quẽadmodum ĩgt aqla pulos ſimulatq; ex ouis protulit:ſtatĩ ad radios Solis cõuertit:& q acie oculoꝝ:lumen Solis ſuſtinere poſſunt:eos cõſeruat.reliquos ãt abiicit:q̃ſi nothos. Protulit:eduxit ex ouis. Calido ouo:qđ fouerat antea. Lumĩe recto:ĩtẽtis oculis. Diẽ.i.Solem a præcedẽte qđ ſeqt̃. In uſus cę.ad uſuʒ aeris. Qui Phœbo ceſſere.i.q uicti ſũt nimio ſplẽdore Solis. Iacẽt:qa aqla detrudit eos ex nido.

SVLPITIVS ¶Excubat hoſpitibus:inuigilat peregrinis. Tūc eo die ſcilicet iā plures periiſſent. Ductor:Cato. Expurgat: Pſyllus. Verbis fugātibus:ideſt excantationibus adhibitis:circum caſtra facti ſunt nidores uenena fugantes. Ignis:ſuffitus ex igne. Ebulū:herba ramo Sambuci ſimilis. Galbana:Galbanum dat Syria in mōte Amano:ut ait Plinius:& ferulā:quā eiuſdē nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Sudāt:ſoluunť:ſunt.n. ut gummi ſine reſina. Thamarix: quæ ſimilis eſt ſcopis amerinis:quæ & myrice dicit':efficax eſt contra ſerpentiū ictus:præterq̄ aſpidū:ut ait Plinius. Nō læta coma:exigua raraq; frōde. Coſtus:radix coſti guſtu feruens:odore eximio: frutice alias inutili. Panacea q̄ & Panace dicitur:q̄ omnibus morbis medeť:a Pan: q̄d eſt omne: & ακο medeor: & ideo Plinius inq̄t: Panace ipſo nomine oium morboꝝ remedia pmittit:numeroſum & Diis inuētoribus aſcriptū. Centaurea:q̄rtū genus Panaces ab eodē Chirone repertū Centaurion cognominatur. Peucedanū: herba amara:cuius caulis lōgus fœniculo ſimilis:bibitur cōtra ſerpentes: & oleo perūcta tuetur. Tapſos erycina:herba:qua abundat Eryx Siciliç mons. Eſt autem ea:quā Plinius Verbaſcū appellat. Et lari.ligna, & laricū arborū reſinā. Abrotanū:herba nota iucundi odoris, & grauis floret æſtate:floribus coloris aurei: Serpentes fugat. Contra ictus earū bibiť cū uino illiniturq;:auctor eſt Plinius. Longe naſcentis:nō enī in Africa cerui naſcunť: & ſi Virgilius Æneidos primo aliter putauit. Accenſorū cornuū nidore ſerpētes fugant': & comitiales morbi dephenduntur. Peſte diurna:mor ſu die illato. Fato trahit:cōtrahit mortē.

Pugna:reluctatio. Rapti:rapiendi: & eliciendi. Tacta: qua digitū tingit. Eſt.n.omnium in primis præſidio contra ſerpentiū morſum ieiuni hominis ſaliua. Deſignat mēbra locū,q̄ morſus eſt,circunſcribit. Retinet:ne ſe effundat in alia mēbra. Curſus: cōcitatio loquēdi ſuſpirio non interrumpitur. Suſpiria:reſpirationē. Vulneris haud: periculū uulneris uel minimam taciturnitatem non patitur. Minimū tacere: pauliſper reſpirare:nam uenenum inualuiſſet.

Nec ſolum gens illa ſua contenta ſalutē:
Excubat hoſpitibus: cōtraq; nocētia mōſtra
Pſyllus adeſt populis:q tūc romana ſecutus
Signa:ſimul iuſſit ſtatui tentoria ductor.
Primū quas ualli ſpatium cōprendit arenas
Expurgat cantu:uerbiſq; fugantibus angues:
Vltima caſtroꝝ medicatus circuit ignis:
Hic ebulū ſtridet:pegrinaq; Galbana ſudāt:
Et thamarix non læta comis:eoaq; coſtus:
Et Panacea potens:& theſſala centaurea:
Peucedanūq; ſonat flāmis: erycinaq; tapſos:
Et larices:fumoq; grauem ſerpentibus urunt
Abrotonū:& longe naſcentis cornua cerui:
Sic nox tuta uiris.at ſiquis peſte diurna
Fata trahit:tūc ſunt magicæ miracula gentis.
Pſyllorumq; ingens: & rapti pugna ueneni.
Nam primum tacta deſignat membra ſaliua:
Quæ cohibet uirus:retinetq; ī uulnere peſtē:
Plurima tunc uoluit ſpumāti carmina lingua
Murmure continuo:nec dant ſuſpiria curſus
Vulneris:haud minimū patiunť fata tacere.

OMNIBON. ¶Nec ſolum gens:non ſatis eſt:q̄ ipſi ſint incolumes a ſerpētibus:immo etiā ſaluti hoſpitū diligētiſſime conſulunt. Hoſpitibus:ad ſalutē hoſpitum. Populis ſ.aduenis:qui ad regiōes ſuas applicuerūt. Secutus ſigna:quia cū militibus ſequebanť Catonē. Verbis: incantationibus. Vltima:extremitatē caſtrorum ſuffumigabāt. Hic ebulū ſtridet:hæc genera arborum Mycāder in pharmacia ſua ponit:q̄ ſunt optima ad repellēda uenena:q̄bus nūc utebať Pſyllus:ut caſtra Romanorū militum tutiora redderet. Ebulū:comburebat has herbas:ut nidore fugaret angues:inter quas ebulum fuit. Eſt autem ſpecies herbæ: quæ uulgo naſcitur in ripis fluuialibus. Virgi. Sanguineis ebuli bacis. Galbana: Galbanū genus fruticis eſt:cuius nidore fuganť ſerpētes. Virg. Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.

Peregrina:q̄a apud eos nō naſcunť. Thamarix:eſt arbor nō admodū folioſa:infeſta anguibus:fugare dicitur etiā pediculos. Nō læta:nā rara: & anguſta ſunt folia. Eoaq; coſtos:radix eximii odoris in India naſcēs: foditurq; in Petale inſula. Panacea:herba eſt(ut inquit Plinius)quæ nomine ipſo omniū morborum remedia promittit:a παν omne: & ακοσ medela. Huius uaria genera ſunt apud eundem auctorem.

Centaureaq̄ Centaurea: hanc aliqui Chironium uocant:quoniam ea ſanatus Chiron dicitur:cum tractanti arma Herculis:ſagitta cecidiſſet in pedem. auctor eſt Plinius:quāuis Ouidius ſcribat nono poſt uulnus die interiiſſe. Cētaureæ folia ſunt lata: & oblonga:ſerrata ambitu:denſa ab radice:caules ternū cubitorū geniculati:radix rubicūda: & amara:q̄ ī uino albo pota ſerpentū morſibus medetur. Theſſala:quç in Theſſalia abūdat: & ī Arcadia. Peucedanum:

Peucedanū q̄ herba ē amariſſima ad multos uſus efficax:quos Plini.expōit:dicta a πευκεδανον amarus. Tapſus: plurima naſciť in Eryce mōte Siciliæ. Larices:larix arbor eſt odoris grauiſſimi:ea pſertim quā græci φθειροφορον uocant. Plinius. Fumoq;:ptereà urūt abrotonū:cuius fumus,quoniā amariſſimus eſt,infeſtat ſerpentes. Abrotoni duo ſunt genera:cāpeſtre: & mōtanū:Aſynthii amaritudo in utroq;:Plinius. Lōge:pcul ab Africa naſcētis. Sic nox tu.ui.Pſylli faciebāt:ut Ro.tuto q̄eſcerent ſuperueniente nocte. At ſiq̄s peſte diurna:ſed ſiquis forte īterdiu tactus eſſet morſu:tū uero uideres uim maiorē horū Pſylloꝝ:nec.n.queq̄ perire pmittūt: & cū cetera oīa experti eſſent:tandem etiam ſugebant uenena:ſi forte penitus ieſſent: & ſugēdo itelligunt:cuius ſerpētis uenenū ſit. Fata trahit.i.uenenū:q̄d eſt cā mortis. Pſylloruq; igens:nā Pſylli cū uenenis decertant:donec uenena ſuperauerint. Nā primū ſaliua ſua circuit uulnus illius quē momorderit ſerpēs: & uis tāta eſt ſaliuæ: ut uenenū in ſuo loco coercitū teneat:ne reliquū corpus maculare poſſit. Peſtē:uenenū. Spumāti līgua:ſignificat eos celeritate: & uolubilitate līguæ carmīa ſine itermiſſiōe dicere. Nec dāt ſuſpiria.i.nec reſpirāt q̄dē iter dicēdū carmīa:ne ſi reſpirauerint, & itermiſerint:fortaſſe uenenū īterea penetret īterius. Curſus uulneris.i.celeritatē ueñi. Suſpiria.i.reſpirationē. Haud mi.tacere:q̄a ſi tacerēt:ſtati uenenū inualeſceret. multi legūt aut.

¶Nigris

¶Nigris:uenenatis. Audit tardius:hoc eſt nõ ſtatim extīguit.legunt aliqui Exit. Elicitū:euocatū. Repu/gnat:reſiſtit. Siccat dē.a.morſu:& ſucto. Mortē: uenenū mortiferū. Et cui⁹:& qs anguis momorderit ex ueneni guſtu cognoſcūt. Morſu:uenenū. Superauerit:uicerit & ſtrauerit militē. Squallētibus:ſerpētibus: areniſq̧ horridis. Bis po.Phœ.flā.duobus inquit mēſibus Catonem illas erraſſe.Sed Strabo de Berenice lo/quēs inqt:Ex hac urbe M.Cato terreſtri itinere Syrtim pagrauit in diebus.xxx.ducto decēmilliū hoīum exer/citu:q̧ in ptes diuiſo aquaꝝ gr̃a:pfectus aūt ē pedibus p æſtū:& pfundā arenā. Phœbe:Luna bis cōiūcta So/li:& bis oppoſita. Areniuagū:nouatio uerbi:ſic & omniuagū dicimus:& mōtiuagū. Surgēs,fugiēſq̧: oriens,& occidens. Iāq̧ illis:iā deſinebāt arenæ: & terra ſolidior cōtinue īueniebat. Reuerti:occurre/re pori ſimilis. Tolle:tollebāt. Surgere:ſurgebāt. SVLPITIVS

Sæpe quidem peſtis nigris inſerta medullis
Excantata perit:ſed ſi quod tardius audit
Virus:& elicitum:iuſſumq̧ exire repugnat:
Tunc ſup incūbens pallentia uulnera lambit
Ore uenena trahens:& ſiccat dentibus artus:
Extractamq̧ tenēs gelido de corpore mortē
Expuit:& cuius morſus ſuperauerit anguis:
Iam promptū Pſyllis uel guſtu noſſe uenenū:
Hoc igitur leuior tādem Romana iuuentus
Auxilio:late ſquallentibus hæret in armis.
Bis poſitis Phœbe flammis:bis luce recepta:
Vidit Areniuagū ſurgēs:fugiēſq̧ Catonem.
Iamq̧ illis magis:atq̧ magis dureſcere puluis
Cœpit:& in terram Libye ſpiſſata reuerti.
Iamq̧ pcul nemoꝝ raræ ſe attollere frōdes:
Surgere congeſto non culta mapalia culmo:
Quanta dedit miſeris melioris gaudia terræ:
Cum primum ſæuos contra uidere leones.
Proxima Leptis erat:cuius ſtatione quieta
Exegere hyemem nimbis:flāmiſq̧ carentem,
Cæſar ut Emathia ſatiatus clade receſſit:
Cætera curarum proiecit pondera:ſoli
Intentus genero:cuius ueſtigia fruſtra

Mapalia:paſtorū caſæ:quæ & magalia dicuntur. Mapalia quæ
Culmo:ſtipulis.n.recta erant. Quanta dedit:Li/bye ipſa q̄tū letitiæ iniecit Romanis cū pſpexere cru/cifixos leões.Mos eſt.n.Afrorū leones crucifigere p/cul ab urbibus:ut alii abſterreant̄.nā ſolent in ſene/cta hominē appetere:ut Pli.tradit. Sæuos:magnos & feroces. Leptis:uidelicet minor:qd̄ oppidū dixi ſupra eē in Libyphœnicū regiõe apud minorem Syr/tim.Nam eſt altera Leptis:q̄ maior cognominatur: apud Syrtim maiorē. Nimbis,flāmiſq̧ carentē: tē/peratā & ſine nimio frigore,& æſtu:ſupraq̧ tepidā eſſe dixit. Cæſar ut Emathia:Cæſar poſt adeptā ui/ctoriā biduū in Pharſalo cōmoratus ē ſacris ītendēs: exercitumq̧ e p̄lio defeſſum recreās.Ibi Theſſalos:q cū eo depugnauerāt:liberos eſſe iuſſit.Atheniēſibus ueniā petētibus cōceſſit.Tertia die orientē uerſus ca/ſtra mouēs fidē Pōpeianæ fugæ pſequit̄.Cū ad Hel/leſpontū pueniſſet triremiū inopia ſcaphis exercitū traducere cōpulſo:& adnauiganti Caſſius cū pte tri/remiū comitatus occurrit: & q̄q̄ is tuto depugnare poſſet:tamē eius felicitate cōtetritus:a trireme ī ſcha/phā ad eū p manus deſcēdit:& uenia īpetrata oēs illi triremes tradidit:ut ſcribit Appi. Satiatus:biduo.n. ibi pmanſerat. Proiecit pondere curaꝝ:inā oībus re/bus relictis Pō.ſibi pſequendū exiſtimauit:ne rurſus copias compararet alias:& bellum renouare poſſet. Leptis ubi

Fruſtra:quia iam nauigans longe aberat.

¶Sæpe quidē peſtis:& tantā uim habēt carmina:ut ſæpenumero uenenū expellāt ex oſſibus. Sed ſi tar.ſed ſi uenenū fuerit aliquāto uehemētius:q̄ ut carminibus cedat:tū uero illi recumbunt uulneribus:& lingua lābē/tes:atq̧ haurientes ore:nō prius deſinūt:q̄ totū uenenum eduxerit. Audit.ſ.carmina. Elicitum.i.cum elicit̄ & educit̄.participium p̄teriti tēporis paſſiui poſuit p participio præſentis temporis:qd̄ apud latinos paſſiuum non inuenit̄ participium p̄ſentis tpis:qd̄ græci habēt: & ideo poetæ ſæpe abutunt̄:ut Qua uectus Abas.i.qua uehebat̄. Iuſſumq̧:dū iubet̄ exire. Repugnat.ſ.exire. Super incūbens.ſ.uulneri. Et ſiccat dētibus: uſq̧ adeo haurit:ut inter dētes uenenū trahat. Extractāq̧:& cū eduxerit uenenū de corpe iā moriēte expuit ip̄m. OMNIBON.

Vel:p etiā. Guſtu:ipſo guſtu cognoſcet uenenū ſerpētis cuiuſcūq̧ fuerit. Hoc igit̄:tandē ergo tali auxilio leuata eſt pnicies Romāoꝝ cū diu laboraſſent:& ex his multi etiā ueneno periiſſent. Bis poſitis Phœbe:nūc tempus deſcribit:quo per Libyā arentem cum exercitu Cato ambulauit:anteq̄ iter illud moleſtum expedire poſſet:dicit.n.duos mēſes perpetuos tranſiſſe:& tandem deſertis arenis in ſtabiliorem terram ueniſſe. Po/ſitis flāmis:decreſcens. Luce recepta:creſcens,ſignificat tranſactos duos menſes:nam ſingulis mēſibus iam firmiorem terram Romani reperierant. Dureſcere puluis.i.terra firmior eſſe cœpit ambulantibus. Redire terrā:ante enim erat arena. Raræ fron.cœperunt apparere frōdes:quæ in terra ſignifera uirent. Nō cultæ: non artificioſe ædificata. Congeſto culmo:quia ex culmis & arundinibus mapalia tegunt̄. Quāta dedit mi/ſeris:quod aliis terrori fuiſſet:id gaudio fuit Romanis militibus.uidere leones aliis terrorem attuliſſet: ipſis uero gaudium fuit:quia leones ipſis mitiores uidebantur:q̄ ſerpentes. Contra:ſcilicet ire:ideſt occurrere ip/ſis. Melioris terræ: quam meliorem: hoc eſt fœcundiorem:& ſtabiliorem:reperierant. Proxima Leptis: & prima urbs:quæ illis occurrerit:fuit Leptis:quę eſt tripolitana Libyæ:hæc ciuitas eſt iuxta Obrotonum ur/bem.& ut refert Strabo,dicta eſt Neapolis. Cuius ſtatione:& ibi hyemarunt Romani milites. Nimbis,flā/miſq̧ carentē:ideſt frigore:& ardore. Cæſar ut Emathia:expeditis periculis:per quæ Libyā errātem perpeſ/ſus fuerat Romanus exercitus:nunc redit ad Cæſarem:deſcribens quid ipſe fecerit poſt uictoriam Pharſaliæ: dicit enim nihil prius habuiſſe Cæ.q̄ ut ſequeret̄ Pōpeium:qua illū iter egiſſe didicerat:uenit igit̄ ī Ægyptū: ubi tandē cognouit iuſſu Ptolemæi occiſum:& præſto occurrerunt miniſtri regis:qui caput Pōp. aduenienti Cæſari offerrent. Cætera curarum:oībus poſthabitis ad illud unū animū intēdit Cæſar:ut ſequeret̄ Pōpeiū. Emathia.i.poſtquam ſatis cædem,Emathiam contemplatus eſt. Fruſtra:q̧ iam occiſus erat regis iuſſu.

SVLPITIVS ℭ Legēs: pſequens. Tendit in undas: mare ingreditur. Threiicias fauces: Helleſpōti anguſtias: q̄ ſunt cōtra troada. Notatū: celebre: uel ifame. illic.n. pi t Leáder. Et Her.tu.i. Herus puellæ: ad quā ex Abydo Aſiæ ī Seſtō Europæ oppidū Leāder natabat: nota ē fabula. Herous ſic fit ab Hero: ut Inous ab Ino. Lachrymoſo: qa merſum iuuenē fluctus in puellæ litus deflendū īpulit. Helle Nepheleias: hoc eſt Nepheles, Athamātiſq̧ filia: & ſoror Phrixi. Abſtulit: nā cū prius uocaret̃ Propontidis hoſtiū ab ipſa ſubmerſa Helleſpontus uocatū eſt. Nō Aſiā: iter Aſiā, & Europā nullibi eſt anguſtius mare: q̄uis ad Bizāiū ſit anguſtū. vii. ſtadioꝝ iteruallo. Fluctus: mare. Bizātiō: opp. in Thracia: cōtra qd̄ eſt Chalcedō ī Aſia oſtreaꝝ ferax. Propōtis ferens Euxinū. i. anguſtus fluxus maris iter Euxinū & Helleſpōtū: cis aq̄ pōtici maris in qd̄ nūq̄ refluit. Mira. tot fa. admirans famā reꝝ Troianaꝝ: & ſuę ꝑſapię.

Sigeum ubi Sigeas arenas: Troianū litus. Sigeū.n. ꝓmōtoriū ē in Troade ſepulchro Achillis inſigne: ibi & Sigeum urbs. lege Stra. Simoentis: fluīnis Troiani. Rhœtiō: urbem ī colle ſitā. Rhœtiū ꝓmontorium eſt: ubi Aiacis Telāonii ſepulchꝝ ſpectabat̃. Vmbras d.u. ſepulchra a poetis celebrata. Veſtigia m. ph. ſigna: & ambitū muri Troiani Neptunus, & Phœbus ædificarūt. pacti certā cū Laomedōte mercedem: ſed ab eo deluſi. habuit aūt ī ambitu. Putres robore: corrupti ligni. Aſſaraci: ꝑaui Æneæ. Laſſa: ueteri, & cōſumpta. & ſic oſ̄dit euerſionis antiqtatem. Periere: nam ne ueſtigia quidem ruinarum apparebant.

Terris ſparſa legēs: fama duce tēdit ī undas:
Threiiciaſq̧ legit fauces: & amore notatum
Aequor̃ & heroas lachrymoſo littor̃ turres:
Qua pelago nomē nephe eias abſtulit helle:
Non Aſiam breuioris aquæ diſterminat uſq̄
Fluctus ab Europa: quāuis Bizantion arcto
Pōtus: & oſtriferā dirimat Chalcedōa curſu:
Euxinumq̧ ferēs paruo ruat ore Propontis:
Sigeaſq̧ petit famæ mirator arenas:
Et Simoentis aquas: & Graio nobile buſto
Rhœtion: & multū debētes uatibus umbras.
Circuit exuſtæ nomen memorabile Troiæ:
Magnaq̧ Phœbei quærit ueſtigia muri.
Iam ſiluæ ſteriles: & putres robore trunci
Aſſaraci preſſere domos: & templa Deorum
Iam laſſa radice tenent: ac tota teguntur
Pergama dumetis: etiam periere ruinæ.

OMNIBON. ℭ Fama duce: nā q̄ fama ipſum ꝑfectū eſſet ea iter ītendebat. Legens: nauigās. Threiicias fa. q̄ nauigauerat Pō. Legit: trāſit. Amore na. æquor amore Heronis, & Leādri ſignat Helleſpontū. Natatū. ſ. a Leādro: qa de Abydo natabat ad Seſtō ad anguſtias Helleſpōti maris: ut ad amicā Heronē ueniret. Heroas. i. Herōis turres: q̄ declinat̃ p ω ī noīatiuo apud græcos: apud nos accipiunt nis in genitiuo: ut διδώιν. hec Dido didōis, Ino inonis. deinde efficit̃ poſſeſſiuū inous inoa uidelicet. ita herous heroa uidelicet. Helle Neph. i. Nepheles filia: nā cum fugeret nouercales inſidias: & ipſa cū Phrixo tandem ueniſſet ad anguſtias huius maris: ꝓcibus petiit a Diis: ut ſui miſererent̃: nam īſtabat pater īſequens eos. affuit Mars: & ſtatī affuerunt duo arietes: & ītellexerunt opē diuinā ſibi ꝑſtitā eſſe: ſ tergo eoꝝ īſederunt: & anguſtias maris natare cœperunt: ſed reſpōſum acceperunt: ne retro aſpicerent: dum ad ulteriorē ripā uenirent: Phrixus ſecutus reſponſi iuſſa: Helle (ut natura mulieris ſolet eſſe leuior) reſpexit. & ſtatim e tergo arietis excuſſa: nomē mari dedit. nā antea pōtus dicebat̃: ſed ab Helle ſubmerſa dictus eſt Helleſpōtus. Nō Aſi. bre. dicit nulla pte anguſtius direptā eſſe Aſiā ab Europa: nā maris Helleſpōti anguſtiæ diuidunt Aſiā ab Europa ſeptē ſtadioꝝ latitudine: Abydos eſt in Aſia: Seſto Europa. Quāuis Bi. q̄uis Bizātiū hoc eſt Boſphorus thracius diuidat Chalcedona ab Europa breui & anguſto ſinu: tñ breuior eſt hic ſinus Helleſpōtus.

Bizantiū ubi Bizātiō: accuſatiuus græcus. eſt aūt Bizantiū oppidū Thraciæ: iō ſunt boſphori. ſ. cimerius: & thracius: q̄ Darius deduxit exercitū: de quo hic loqt̃: ubi nūc ē Coſtātinopolis. Chalcedōa: Chalcedō eſt dextroꝛſum ītrātibus Euxinū: q̄ dirimit̃ Pōtus Helleſpōto. Hæc ciuitas ædificata fuit a Megarēſibus. Strabo. Oſtriferā: qa ibi naſcuntur oſtrea. Euxinumq̧ fe. ἄξεινος primum rudi terra: & truci incolarum barbarie dictus eſt: q̄ſi īhoſpitalis: poſtea cū mores aduenaꝝ cōmercio molliri cœperunt: paulatī dici cœptus eſt εὔξεινος. i. hoſpitalis.

Propontidis initium Paruo ruat ore Propontis: Helleſpōtus īcipit rhœtio littore: qd̄ nobile eſt tōba Achillis: & Aiacis rēploꝛ & ſtatua: quā ab An. ablatā & in Ægyptū aſportatā, Auguſtus Cæ. Ilienſibus reſtituit: teſte Strabōe. tenuis ſe Helleſpōti Euripus (ut refert Solinus) porrigit̃ ad Aſiæ urbē Priapū: q̄ magnus Alexāder potiundi orbis amore trāſcendit: & potitus eſt: īde diffuſus æquore patētiſſimo rurſus ſtringit̃ in Propōtidē: mos ī qngētos paſſus coarctat̃: ſic Boſphorus thracius: qua Darius copias trāſportauit. Strabo aūt dicit a Cizicena regiōe: & locis Eſapo, & Granico uicinis uſq̧ Abydū & Seſtū Propōtidis orā eē: in pōtū itaq̧ Euxinū a Propōtide nauigātibus a leua iacēt ea: q̄ Bizātio ſūt cōtigua: & a Thracibus habitata: a dextris ſunt Chalcedōii: ꝑrima Bithynioꝝ ſunt: ſeq̄ntia Marādinoꝝ. Sigeaſq̧ pe. fa. & cū ad hæc loca ꝑueniſſet: tādē Cæ. cupidus cognoſcēdi: atq̧ uiſendi ea q̄ ſæpe audiuerat: ſecū habuit ex incolis unū: qui reꝝ illius loci pitiſſimus erat: & ex eo accuratiſſime īterrogabat de ſepulchro Achillis: Aiacis: & heroū: de q̄bus monumenta tradita ſunt apud poetas: atq̧ ſcriptores. Sigeas: Sigei ꝓmōtorii Troiæ: ī quo Patroclus: & Antilochus ſepulti ſunt. Et Simoentis: flu. eſt Troiæ: qui cū Scamandro iungit̃. Plin. Rhœtiō: in Rhœtio monte Achillis ſepulchrū extructū eſt. Vmbras: ſcilicet Græcorū: & Troianoꝝ. Debētes ua. qa carminibus uatum nomina heroū perpetuo durāt. Nomē memorabile Troiæ: nā imortalis eſt fama Ilii: quæ tādiu durabit: quādiu carmina Homeri erūt. Magna ue. reliqas. Muri P. i. Troiani: q auxilio Phœbi: atq̧ Neptuni cōditus eſt: nam (ut ī fabulis eſt) Neptunus, & Phœbus auxilio fuerūt Laomedōti urbē Ilion ædificanti. Iam ſiluæ: iam ibi inquit ignotæ ſunt arbores: & ſiluæ inter ruinas Ilii.

Putres trunci: qa iā annoſa uetuſtate putrefactæ erant arbores. Preſſere domos: quia innatę erant ſiluæ: Tātum æui longi q̄ ualet muta uetuſtas. Laſſa: iam porrecta radice. Periere ruinæ: non ſolam mœnia urbis Ilii euerſa ſunt: ſed etiam parua admodum ueſtigia ruinæ ſupererant: ut nec ueſtigia quidem urbis ulla apperent.

ℭ Heſiones

SVLPITIVS

❡ Heſiones ſcopulos:hi duo ſunt e regiōe Troiæ:ī quibus Heſionē Laomedōtis filiam Cete marino mōſtro expoſitā Hercules liberauit,illud aūt Neptunus pfidiæ Laomedōtis iratus in Troianos īmiſerat: & poſt multos abſumptos ſors puellæ obtigerat. Latētes:ſemotas ad'undā Simoētis: in qbus Anchiſes cū Venere Dea coiuit,legunt alii patentes. Quo iudex ſederit antro.i.antrū:qđ habitauit Paris quando de Deaꝝ forma iudicauit. Puer ra.Ganymedes ab agla raptus in cælū. Quo uertice:quo mōte. Oenone nais:nympha:quā Paris amauit. Luſerit:Paridi ſe indulſerit. Saxū: mons. Serpētē: labentē. In alto gramīe:in terræ tumulo herboſo. Securus:ſine religiōis reſpectu erat.n. illic ſepulchrū Hectoris. Sacri:ſepulchri.oē.n.ſepulchrū ſacrū eſt. Hereas aras.i.herei Iouis tēpiū.Hereū antiquū ſanū: & ædes iuxta Imbrūſiū amnē eſt: utiqt Strabo.Feſtus uero ait:hereū Iouē Deū eſſe penetralēq intra cōſpectū domus cuiuſq; colebat'.alibi legit':Hectoreas aras. O ſacer:hoꝝ locoꝝ memoriam ob Homeri poemata celebrē:ætatēq; eſſe mirat' Cę:qđ idē euētuꝝ ex ſuo carmine pollicet'. O ſacer. & mag.n iuiolabile: & magnificū carmen. Oīa ſa. Eri.nihil perire ſinis.ſic Hora.Virtus: & fauor: & lingua potentum Vatum diuitibus conſecerat inſulis: Dignū laude uiꝝ muſa uetat mori.Cœlo muſa beat.

Hereū quod

Aſpicit Heſiones ſcopulos:ſiluaſq; patentes
Anchiſæ thalamos:quo iudex ſederit antro:
Vnde puer raptus cælo:quo uertice Nais
Luſerit Oenone: nullū eſt ſine nomine ſaxū.
Inſcius in ſicco ſerpentem puluere riuum
Tranſierat:qui Xanthus erat:ſecurus in alto
Gramine pōebat greſſus:Phryx īcola manes
Hectoreos calcare uetat:diſcuſſa iacebant
Saxa:nec ullius faciem ſeruantia ſacri.
Hereas monſtrator ait non reſpicis aras?
O ſacer: & magnus uatū labor:omnia fato
Eripis: & populis donas mortalibus æuum.

OMNIBON.

❡ Aſpicit:ut pote diligens ſcrutator antiqtatis Cæ. Heſiones ſco.ubi Heſiōe expoſita olim fuit Ceto. cū Laomedō Troiam ædificaturus eſſet: & petiſſet a Neptūo & Phœbo:ut ſibi auxilio eēnt ad cōdēdā urbē:pactus magnā pecuniæ quātitatem:poſt illi benigne affuerūt: cōdita urbe pretiū qđ Diis ꝑmiſerat Laomedō negauit:iratus Neptunus cetū īmiſit:q carnibus hūanis ueſcebat': & cū prio a nobilib⁹ q̄ſq; plebeus mitteret' ceto deuorādus:plebs cognouit nullū ex ſtirpe ſua remāſurū eſſe:itaq; ſeditiōe facta:nō uidebant' hoc eſſe paſſuri:pactus eſt Laomedō:pro ſorte mitterē:q nam deuorādi mittereot' ceto:ſors cecidit in Heſionē filiam Laomedōtis: & cū expoſita eēt ceto deuorāda:ſupueniēs Hercules liberauit eā:tūc cū īter argōautas nauigaret.

Heſiōes fabula

Siluaſq; pa.ubi cū Venere concubuit Anchiſes: & ex ea genuit Æneā:nam apud undas Simoentis ſilua fuit ubi cū Venere cōcūbere ſolebat Anchiſes:ut apud Virg.Tu ne ille Æneas:quē Dardanio Anchiſæ Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undā. Quo iu.ſe.an.aſpicit etiā quo iudex Paris ſederat:nā ſicut fabulę,uel hiſtoriæ narrāt:accepto ſomno Hecubæ Priamus:qa uiderat in ſomnis ſe pitutā,cū utero geſtaret Paridem, facem:q̄ uniuerſa mœnia Troiæ cōburerent':reſpōſum eſt ab haruſpicibus:naſcituꝝ eſſe ex Hecuba:q cā exciđii Troiāi eēt:cōſilio igit' haruſpicis Priam⁹ mādauit:ut qcqd ex ea naſceret':alitibus,& feris deuorādū expōeret:natus ē q pulchritudie ſua aīum matris pietate cōmouit:ipſumq; paſtori demādauit alēdū.cū igit' grādior factus eſſet: & ludi in urbe Troiana fierent:iuſſit ipſum uenire Priam⁹:ut cū æqlibus certaret:ubi cæteros omnes ſupauit ludo agonali:ſæpe ipſum Hectorem pcutiebat:adeo iratus eſt Hector, & in furorem cōuerſus: ut ipm occidere uoluerit:niſi iuſſus eſſet abſtineri.tūc Priamus optauit illū q̄ſqs eſſet ſuū filiū eſſe.tūc Hecuba capta occaſiōe:qđ ꝓcaris inqt cōſecutus es:nā filius eſt tuus.ſed dū adhuc eſſet ī ſilua Paris: nuptiæ celebratæ ſūt īter Pelleū & Thetidem:qbus īterfuerūt Dii:Deæq; oēs:ꝑter Diſcordiā:īdignata aureū pomum fabricauit: & ſup inſcripſit:pulchrioris:potētioris:ac ſapientioris eſto: & ad menſam,ubi accūbebāt Deæ,pomum illud cōiecit:qđ ad manus primum puenit Iunonis:quæ cum legiſſet:potentiori det':pomum ſuum eſſe dixit:qm̄ potentior eſſet oīb⁹ aliis,legēs deinde Pallas:ſapientiori det':imo meū eē debet.At uero Venus pulchriori legēs:ſibi uendicauit: & ita exorta eſt cōtentio īter eas,cum igit' ad Iouem ueniſſent: & orarent:ut hāc litem īter eas cōponeret:excuſauit ſe Iuppiter:qa iudicium illud afferre nō poſſ: qn rem moleſtā faceret:uel ſorori, & uxori Iunoni:uel filiæ Palladi:uel filiæ item Veneri:ergo miſit illas ad Paridem:q tpibus illis æquiſſimus habebat' (unde Paris dictus eſt:qđ par eſſet īter omnes)ille eas nudas uidere uoluit: & acqeuit Veneri:quæ ꝑmiſerat ſe daturā operā:ut pulcherrimā oīum mulieꝝ ī mr̄imonium acciperet.ſ.Helenā:dicit ergo Cæ.antrum hoc fuiſſe cōtemplatum:in quo Paris iudex cōſederat:tunc cum inter Deas iudicauit.Et(ut ait Strabo)Alexādriā mōs eſt īminens Antādro:ubi dicunt Paridem adiudicaſſe Deas. Cælo:in cælum. Puer:Ganymedes:cuius amore captus Iuppiter rapuit eum in Ida,Aquila:quæ Iouis armiger dicit'. Nais:naiades dicunt' fontiū nymphę.

Paridis fabula

Luſerit.ſ.cū Paride.hæc amica fuit Paridi:quā pdite aliquo tpe amauit:de q̄ mētionē fecit Ouid.Cū Paris Oenone poterit ſpirare relicta:Ad fontē Xāthi uerſa recurret aq̄. Nullū ē ſi no.ſa.ſed alicui⁹ magnæ rei mōnumētum habet. Inſcius in ſic.cū luſtraret oīa loca Cęſar ubi Troia fuerat & heroū Gręcoꝝ pariter,ac Troianoꝝ mōumēta diligēter exqreret: forte q̄dā p loca trāſibat:ubi Hectoris ſepulchrū fuerat: & cū īcautus trāſiret:mōſtrator:q ducebat eū:admōuit,caueret ne ſepulchrū Hectoris calcaret.Hectoris lucus eſt iuxta Petelеum lacū in Ophrunio loco cōſpicuo: ut refert Strabo. Inſcius:ignarus Cæ.ibi cōſecratos eſſe cineres Hectoris. Xanthus:flu.Troianus:cuius aqua epota flauum facit pecus:ide nomen traxit:nā ξανθὸν flauum ſignificat. Securus: ſine cura religiōis ullius. Incola:habitator: & indigena. Diſcuſſa ia.& mirum nō erat:ſi ibi nulla ſepulchra fuiſſe nouerat Cæ.nā uix ueſtigia ſepulchri apparebāt:tametſi ſaxa quædam auulſa paſſim conſtiterant.

Xāthi effectus

Non re.a.q.d.pedibus calcando piaculum committis. O ſacer:prorūpit in exclamatiōe hoc loco Lucanus:oſtendēs uim magnā eſſe poetarum:qui faciunt mortalia immortalia eſſe carminibus ſuis: & ſi ſepulchri illius ueſtigia uix apparebant:tamen quia memoriæ prodita erant carminibus Homeri:ideo adhuc non exciderant ex animo incolarum. Fato E.liberas omnia a morte. Æuum:diuturnam; & perpetuā uitam donas.

SVLPITIVS ℭNec tāgere inuidia ſacræ famæ: noli inuidere alicui de ꝑpetua: & incorruptibili fama. Smyrnæi uatis: Homer. q ex Smyrna i minori Aſia oppido fuit. ꝗꝗ, ut tradit Gel. Septē urbes certāt de laude inſignis Homeri: Smyrna: Rhodos: Colophō: Salamin: Chius: Argos: Athenæ. Pharſalia. hoc opus. Ceſpitis: terræ cū herbis euulſæ. Nō irrita: ſed grata Diis. Dii: oratio ſacrificantis Cæ. q ſucceſſum in reliq̄s ꝓcat: & Troiā iſtauratuꝝ ſe pollicet. ꝑ Deos aūt cinerū & Æneæ intelligit genios & penates: q loca ipſa & mortuoꝝ cineres ſeruāt: quoſq; Æneas in Italiā uexit: & Lauinii & Albæ colebant. Quos lares: quos penates. E quoꝝ lucet: Veſtā dicit: quę igne inextincto colit adhuc durante illo: quē Æneas in Latiū intulit. Pallas: Palladiū. qd Æneas: ſiue Nautes a Diomede ad Salētinos ꝓterīcs accepit: ſeruatū id fuit Lauinii: inde Albæ: ut imperii pignus: poſtremo Ro. trāſlatū eſt: & in Veſtæ templo ſeruabat: quo incenſo L. Metellus pont. maxi. uix cū ſui ꝑiculo eripuit. Abſtruſo: ſecreto. In ſede priori: in antiqua urbe ueſtra. Grata uice: grato officio. ita enī ut Phryges urbes in Latio ædificarūt: ſic Latini i Phrygia iſtaurabūt. Romana: Ro. māu erecta. Coris: uentis. Vrgente ꝓcella: īpellente ui uenti. Iliacas penſare moras: redimere morā: quā apud Iliū fecerat. nā ſupato Helleſpōto Ioniis: & Æoliis: & cæteris nationibus minorē Aſiā incolētibus cū audiſſet Pōp. in Ægyptū ꝑtrāſiſſe Rhodū ꝑuenit: & Rhodioꝝ triremibus ſumptis ſub ueſperā curſū mouit: nulli iter aperiens. Inde Alexandriā uerſus: uelis expoſitis: tribus diebus Alexandriam peruenit. Appianus auctor eſt. In Cæ. cōmentariis eſt eū accepiſſe decem naues longas Rhodiorum. Potētem: ſunt enim illic latiſſima, & potentiſſima regna.

(Margin: Palladii hiſtoria)

Inuidia ſacræ Cæſar ne tangere famæ:
Nam ſiquid Latiis fas eſt promittere muſis:
Quantum Smyrnęi durabūt uatis honores:
Venturi me: teq; legent: Pharſalia noſtra
Viuet: & a nullo tenebris damnabimur æuo.
Vt ducis impleuit uiſus ueneranda uetuſtas:
Erexit ſubitas congeſtu ceſpitis aras:
Votaq; thuricremos nō irrita fudit in ignes.
Dii cinerū Phrygias colitis quicūq; ruinas:
Aeneæq; mei: quas nunc Lauinia ſedes
Seruat: & Alba lares: & quorum lucet in aris
Ignis adhuc Phrygius: nulliq; aſpecta uiroꝝ
Pallas in abſtruſo pignus memorabile tēplo:
Gentis Iuleæ ueſtris clariſſimus aris
Dat pia thura nepos: & uos in ſede priori
Rite uocat: date felices in cætera curſus:
Reſtituā populos: grata uice mœnia reddent
Auſonidę Phrygibus: Romanaq; ꝑgama ſur(gent.
Sic fatus repetit claſſes: & tota ſecūdis
Vela dedit Coris: auiduſq; urgente procella
Iliacas penſare moras: Aſiamq; potentem

OMNIBON. ℭInuidia ſa. Cę. ſicut. n. heroum Troianorum atq; gręcoꝝ nomia carminibus Homeri illuſtrant. ita tu quoq; o Cæ. nřis carminibus illuſtrabere: ſi modo muſæ latinæ aliquid ualent. Nec tan. pro ne tangaris inuidia. i. nulla te moueat inuidia Achillis & Hectoris: q fama eoꝝ ꝑpetuo maneat. Legent: ſed nō tñ cum magna laude Cæ. Smyrnæi: ideſt Homeri honores. nā de Smyrna oppido Hom. fuiſſe ꝓhibēt: licet Chii: & Colophonii: & alii cōplures populi: q̄ſi ſuū ciuē uēdicēt: ſicut eſt apud Ci. i orōne ꝓ Archia: & ut in quit Gelli. de iſigni Homeri ſtirpe certāt ſeptē urbes: Smyrna: Rhodos. Colophō: Salamī: Chius: Argo: Athenæ. Ariſtoteles uero tradit ex inſula Ionaꝝ. Pharſalia no. i. carmina nřa: quibus Pharſalica pugna deſcribitur ꝑpetuo manebūt. Et Pharſalia inſcriptio ē opis: ſicut Ilias Homeri. Tenebris dā. q. d. nō tradetur obliuioni. Vt du. ip. nūc dicit qd egerit Cæ. poſtq̄ oia ꝓ uolūtate ſua diligenter īſpexit: nā aras ibi erigi iuſſit: & Diis Iliacis ſacrificia exhibuit: obteſtās ut ſibi ad ea: q̄ ſupetāt ꝑagenda: uellent ꝓſperos ſucceſſus dare. Venerāda ue. q̄ ſemp in honore haberi ſolet: qa melior eſt. Cōgeſtu ce. ceſpite ſtruxit arā: ubi ſacrificia diis Iliacis fecit.

(Margin: Homeri patria)

Nō ir. qa Dii ſemp Cæ. fauerūt: dōec ad exitū ciuilia bella ꝑduxit. Dii ci. ordo ē: O Dii cineꝝ: deiq; mei: o Alba: date felices curſus. Dii ci. i. Dii Iliaci. Vir. Iliaci cineres: & flāma. Aeneæq; m. Dii penates: quos ſecū i Italia detulit Æneas. Lauinia ſe. nā primū cōdidit oppidū de noie uxoris Lauiniæ: ubi deos penates cōſecrauit in tēplo. Et Alba: Albā cōdidit Aſcāius Æneæ fili⁹: quā a ſitu porrecto in dorſo urbis lōgā appellauit. Albā aūt a ſue: quā albā cū. xxx. porculis i littore inuenit. Ignis a. p. nam adhuc Albæ in templo Veſtæ ꝑpetuus ſeruabat ignis: de quo Iuue. Ignē Troianū: & Veſtā colit Alba minorē: ad cuius ſilitudinē R. cōditū ē tēplū Veſtę: & uirgīes ɔſecratæ ꝑpetuā uirginitatē ɔſeruabāt: æternū ignē i tēplo cuſtodiētes. Nulliq; aſ. ui. p. nā ſicut ē apd Hom. & Virg. cōmēorat: Diomedes & Vlyſ. cæſis cuſtodib⁹ arcis ſurripuerūt Pallad. Vlyſſes āt: dū domū rediret: & multa ꝑpeſſus eēt: admōitus tādē oraculo ē: aut Palladiū redderet Æneæ qđ ēt fecit. Æneas igit ſecū Palladiū attulit i Italiā. ē āt Palladiū ſimulachrū Palladis: qđ deide ſeruat Rōę i tēplo Palladis: ſicut i arce Troiana ſeruabat: & erat quoddā q̄ſi pign⁹ īpii ſui. nā q̄diu ſeruaret: tā diu ēt īpiū duratuꝝ acceperāt. Nulli aſp. qa nulli uiro aſpicere licebat Palladē. ſeruabat i adyto tēpli. i illod tātūmō ſacerdos uirgo itrabat. Gētis Iu. qa gēs Iulia ſe ab Iulo Æneæ originē ducere uolebat. Vir. Naſcet pulchra Troiāus origine Cæ. Iuli⁹ a magno demiſſū nomē Iulo. In ſe. p. ſ. exiſtēs iꝑeri q̄ prius hītare ſolebatis quos nūc uocat ſcdm ritū ātiquū Cę. nepos gētis Iuleæ. In cęte. ad reliq̄ q̄ mihi ꝑagēda ſupſūt. Reſtituā po. dicit ſe nouā Troiā iſtauratuꝝ: ut illi moenia renouent: & queadmodū Troiāi Ro. i Italia cōdidere: ita iꝑe i Aſiā urbē Iliō reſtaurabit: qđ i aio habuerat Cæ. feciſſet: niſi fatis ꝓuēt⁹ fuiſſet. Auſōidæ: Itali. Grata ui. q grati erūt: & mēores: ſicut illi ɔdidere urbē Ro. ita nūc renouabūt Iliō. Pergama R. a Ro. cōdita. Sic fa. & his ſacrificiis pactis Cę. nauigare cœpit q̄ maxia celeritate potuit: ut tarditatē: quā alio fecerat: celeritate ɔpēſaret. nā īter cęteras Cę. uirtutes maxīa fuit ɔficiēdi celeritas. Vrgēte ꝓ. i. ui uētoꝝ. nā ꝓcella uis uētoꝝ dr: ab eo q oia ꝓcellat. i. ꝑcutiat q̄cūq; obuia facta fuerit. Moras Il. i. tarditatē: quā fecerāt i cōtēplādis Ilii urbis mōumētis. Aſiāq; p. qa multas ꝓuīcias ſub ſe ɔtinet: Bithyniā: Phrygiā. Galaciā: Lydiam: Cariā: Pāphiliā: Liciā: Iſauriā: deniq; ipſa eſt dimidium terraꝝ.

(Margin: Albæ cōditio; Procella quid)

ℭPelago

¶ Pelago ſpumāte:ſaxa.n.illiſa fluctibus ſpumā emittūt. Septima:ex quo Troia diſceſſerat:nā Rhodo Alexandriā triduo puenit. Laxāte:lētāte:ſed cōtinue īpellente. Flāmis Phariis:igne nocturno:q nautis apparet e Pharo Alexādriæ. Texit lāpada:obſcurauit īgnē Phari. Aquas tuas:portū Alexādriæ:in cuius littore:cū eſſet ingens tumultus: & clamor ad terrā noluit puenire dōec a miniſtris regiis benigne ſuſceptus eſt: cū rex moram circa Caſium adhuc ageret. Satelles:uidelicet Theodotus rhetoricus: q pceptor Ptolemæi fuit:quem q poſtea Caſſius in cruce ſuſpēdit:ut ait Appianus. Dona regis:caput Pō. Prouectus:cymba. Cōmēdat crimina:laudat ſcelus patratū. Terraꝝ:ſatelles apiens Cæ.mortē Pōp.& multos labores militiæ:Ægyptū:caput Pō.& ptiū qd̉ p eo pſoluiſſet:dōare ſe dicēs: & multa cōfutās:ſiue pbet cædē:ſiue īprobet:oīno Cæ.Ptolemæo debere concludit. Secure: tute.nā ſecurus ē:q rei curā nō habet. Tutus:q lædi nō pōt. Exhibet:liberaliter erogat. Abſēti:tibi. Emim⁹: cōciliamus. Hoc to.fœdus:hæc tota amicitia: & cōcordia firmata ē morte Pō. Cruore:uulneribus: & cæde militū. Regna Phari:Alexādriā. Ius gurgitis Niliaci:ptātem uniuerſi Ægypti:quæ Nilo abluitur. Quicqd dares:oē pretiū:qd̉ pſolueres. Dignūq cli.crede te dignū ducē: & patronū eius: cui tantū iuris fortuna in tuū dederit inimicū. Nec uil.liptote: immo nō aduerſa rei facilitate plurimi facere debes: quia hoſpitem: & benemeritum interemimus. SVLPITIVS

Præuehiť:pelagoq Rhodō ſpumāte reliqt:
Septima nox zephyro nunq̄ laxāte rudentes
Oſtendit Phariis Aegyptia littora flammis.
Sed prius orta dies nocturnam lāpada texit:
Quam tutas intraret aqs:ibi plena tumultu
Littora:& incerto turbatas murmure uoces
Accipit:ac dubiis ueritus ſe credere regnis
Abſtinuit tellure rates:ſed dira ſatelles
Regis dona ferens mediū pue ctus in æquor
Colla gerit Magni Phario uelamine tecta:
Ac prius infanda commendat crimina uoce.
Terrarū domitor Romanæ maxime gētis:
Et qd̉ adhuc neſcis genero ſecure perempto:
Rex tibi Pellęus terræ:pelagiq labores
Donat: & Emathiis quod ſolum defuit aruis
Exhibet: abſenti bellum ciuile peractum eſt.
Theſſalicas Magnus q̄rens reparare ruinas
Enſe iacet noſtro:tanto te pignore Cæſar
Emimus:hoc tecū pcuſſum ē ſanguie fœdus:
Accipe regna Phari nullo quæſita cruore:
Accipe Niliaci ius gurgitis:accipe quicquid
Pro Magni ceruice dares:dignumq clientem
Caſtris crede tuis: cui tantum fata licere
In generum uoluere tuum:nec uile putaris
Hoc meritū nobis facili qd̉ cęde peractū ē.
Hoſpes auitus erat:depulſo ſceptra parenti

¶ Septima nox:dicit ſeptē dies:totidēq noctes uſuꝫ fuiſſe uētis ſecūdis:cū iā Pharos appere cœpit. Nunq̄ la.ſed intēdēte rudētes:qa uela inflata rudētes itendūt. Ægyptia.i.portū Ægyptiū. Phariis fla.quia fax nocturna ſemp ardebat:ut ſignū eēt nauigātibus quo naues in portū dirigerēt: & inde nomē etiā accedit loc⁹.nā φαρος ſignificat turrē:in q̄ lux nocturna ſemp ardet.nā (ut refert Solinus) in portubus machinas ad plucēdi miniſteriū Pharos dominat. Sed prius or.di.ante q̄ īgredi poſſet portū ſatis tutū: ſupuenit lux diei:q̄ lucē nocturnā obtenebraret. Texit:obſcurauit. Tutus:ſine tumultu:nā ſupueniēte die:cū iā fama Alexandriā uēiſſet aduētare Cæ.īgens turba uiroꝝ obuiā pdierat ut Cæ.exciperet: & tumultus ingens etat in littore adeo: ut Cæſ.terruerit:dubitabat eni quo aio eſſent: & qdnā ſibi fremitus ueller. Ibi pl.t.nō tutū uidebať igredi portū:ubi oīa fremitu & clamore plena erāt:icertus ergo qdnā cōſilii agitaret ſubſtitit aliquādiu Cæſ. Incerto mur.qa ſatis ſcire non poterat: qd illi cōſulerēt. Credere:cōmittere. OMNIBON.

ſe.ut Auſus ſe credere cęlo. Abſtinuit.i.cōtinuit a portu. Sed dira ſatel.& ecce cū dubitaret Cæ.an portū ītraret:aderat regia puppis cū ſatellitibus:q caput Pō.offerre uiderenť Cæ.Satellites latini dicūt:quos Græci σωματοφυλακας appellant.i.q latera regū armati ſtipāt. Terraꝝ do.nondū didicerat Ceſar occiſum eē Pō. ergo hic dicit:ſe nunc ueniſſe:ut rē aperiret Cæ.quā ipſe magno ptio emptā uelit:uidelicet ipſum eē ſecuꝫ generi ſui:qd̉ munere Ptolemæi ciuilia bella pacta ſunt. Romanæ ma.i.dux nulli Romanoꝝ cōferēde. Pellæus.i.Alexandrinus. Terræ p.q.l.Donat.i.ipſe te liberat laboribus belli terreſtris:atq maritimi:nā adhuc Pō.ſicut & ipſe Lucanus commemorauit: claſſem maximā habebat: & uniuerſum prope mare ſuis nauibus obtinebat. Et Emathiis: qd in acie Pharſalica nōdū cōſecutus fueras:hic tibi peractū reddidit. Theſſalicas quærens:narrare incipit quomodo Ptolemæus interfici iuſſerit.dicit.n.cū Pōpeius quæreret ciuile bellū opibus regis renouare:eū occidimus. Tanto pi.tanta mercede. Hoc ſanguine.ſ.Pō.fœdus ictum ē nobis tecū. Nullo cru.incruenta tibi uictoria cōcediť: & in deditionē tuā nos cū regno noſtro uenimus. Niliaci gur.i.ius uniuerſi Ægypti. Accipe qc.pretiū omne:qd̉ pro capite Pō.dediſſes:id nunc tibi remittimus. Dignūq cli.dignare patrocinio tuo ſuſcipere Ptolemæū:nā patronus & cliens correlatiua ſunt. Cui tantū fata li.quādo Dii propitii fuerūt Ptolemæo:ut iā ipſe maximā cōſecutus fuerit gloriā:ut potiſſimū ipſum occideret Pōp.debes & tu illum amicitia tua nō īdignū putare. Nec uile pu.quia occurrebat illud:quid nā magnū fuit occidere Pōpeium:qui ſpoliatus exercitu: & omni auxilio in manus ueſtras cōfiſus uobis peruenerat:dicit non ob hanc rem uilius meritum ſuū putari debere:nā multa intercedebāt iura & amicitiæ,& bn̄ficii:ut a cæde Pom. Ptolemæus deſiſteret:ſed tamē illū oīa poſthabuiſſe uoluntati Cæ. Facili cæde: & facilitas occidendi Pōp.nō debet afficere:ut meritū noſtrū cōtēnas. Hoſpes aui.e.nā iura hoſpitii erāt īter Pō.& Ptolemæū ſeniorē. Depulſo ſce.pa.nā ipſo Pō.ītercedēte: & auctore reſtitutus eſt i regnū pr̄ huius Ptolemæi: q ab Alexādrinis pulſus fuerat:īmo & Gabinius:p quē in regnum reſtitutus eſt milite Pō.uſus eſt: q nunc in Syria hybernaret. Satellites qui

Reddiderat:quid plura ferã?tu nomina tãto
Inuenies operi:uel famam conſule mundi:
Si ſcelus eſt:plus te nobis debere fateris:
Q đ ſcelus hoc:nõ ipſe facis.ſic fatus opertũ
Detexit:tenuitq; caput:iam languida morte
Effigies habitum noti mutauerat oris.
Non primo Cæſar damnauit munera uiſus
Auertitq; oculos:uultus dũ crederet:hæſit:
Veq; fidem uidit ſceleris:tutumq; putauit
Iã bonus eſſe ſocer: lachrymas nõ ſpõte cadẽ
Effudit:gemituſq; exp̃ſſit pectore læto: (tes
Non aliter manifeſta putãs abſcõdere mẽtis
Gaudia:q̃ lachrymis:meritũq; ĩmane tyrãni
Deſtruit:& generi mauult lugere reuulſum:
Q uam debere caput:q duro mẽbra ſenatus
Calcarat uultu:qui ſicco lumine campos
Viderat Emathios:uni tibi Magne negare
Non audet gemitus.o ſors duriſſima fati
Hunccine tu Cæſar ſcelerato Marte petiſti:
Q uid tibi flẽdus erat?nõ miſti fœdera tãgũt
Te generis:nec nata iubet mœrere:nepoſq;?
Credis apud populos Põpeii nomẽ amantes.
Hoc caſtris prodeſſe tuis:fortaſſe tyranni
Tangeris inuidia.captiq; in uiſcera Magni
Hoc aliis licuiſſe doles:quererſq; periſſe
Vindictam belli:raptumq; ex iure ſuperbi

SVLPITIVS ℂ Feram:dicam. Nomina:an pietatẽ in te:an beneficium:an officium appellare uelis:uel uide quo nomie id mũdus appellat. Si ſcelus ẽt:ſi ſcelus appellabis. Quod ſcelus hoc, nõ ipſe facis:quia tibi id præripuim⁹. Caput:Põpei. Habitũ:qualitatẽ. Non damnauit:nõ deteſtatus eſt. Auertitq; oculos:ſed libenter aſpexit. Hæſit:firmauit ſe. Fidem:ueritatem:& crudelitatem. Iã bõus eſſe ſocer:iã bonũ ſocer; imitari. Nõ ſponte:ſed cũ conatu: & arte:quãquã Valerius maximus ait:Vt enim Cæ.aſpexit:oblitus hoſti:ſoceri uultum induit:ac Põ.tum p̃prias:tum etiã filiæ lachrymas reddit.Caput eiũ plurimis,ac pretioſis odoribus cremandum curauit. Deſtruit meritum immane: & oſtendit ſe offenſum nõ p̃meritum a Ptolemæo. Quã debere:q̃ obligatus eẽ Ptolemæo. Qui duro:ac repugnãti: & a maiori eũ ficti doloris arguit. Duro:crudeli: & immoto ad cõmiſeratiõem. Membra ſenatus:ſenatores. Vni tibi:cũ illi q̃ plurimi fuerint. & eſt ironia. Hũccine:a repugnãtia argumentat̃:nã ſi deflere uolebat:cur oppugnauit.ſi oppugnauit iniuſte:cur deflet. Scelerato Marte:impio Marte. Nõ miſti fœdera tangunt Te gñis:nõ moueris cã affinitatis. Mœrere uere dolere. Nepoſq;:fœtum immaturũ intelligit:quẽ Iulia coacta ẽ eruice:uiſa Pomp. ueſte cruẽta:ut diximꝰ libro p̃mo. Caſtris:exercitui. Tãgeris inuidia tyrãni: inuides Ptolemæo:malles.n. Põ.occidiſſe. In uiſcera:in corpꝰ. Periiſſe uĩdictã q̃ ulciſci ñ potes. Raptũ ex iure:ſubtractũ ex ptãte.

OMNIBON. ℂ Ferã:qđ plura dicã. Tu no.tã.tibi permittimus: ut hoc qđ fecimus cauſa tui noie quocunq; uolueris appelles.q.d.nos tãtũ beneficiũ noſtrum : quo noie appellemus:nõ ſatis intelligemus.tu p̃ arbitrio tuo nomiabis. Vel pro ẽt. Famã cõ.mũ.qa uniuerſus mũdus ita ſentit de cæde Põp. q̃ ſcelus ſit appellandũ:hoc ipſo debes exiſtimare magnũ eſſe qđ fecimꝰ qa te tanto criẽ liberauimꝰ. Plus te:fateris hoc ipſo debere nobis. Quod ſcelus:qa nos p̃ te hoc ſcelus ſuſcepimus. Tenuit:ut uideri poſſet a Cæ. Iã lã. mor. & qa iã multi dies interceſſerant:ex quo Põp. caput obtrũcatũ erat:dignoſci nõ poterat a Cæ.Põ.ne caput eſſet,an nõ. Noti oris:ideſt uoltus:q̃ antea dũ uiueret:& Cæ.cognouerat. Nõ primo Cæ.uult Lucanus p̃bare mœrorẽ Cæ.ſimulatũ fuiſſe:ſimulataſq; lachrymas:ideo utit̃ his cõiecturis:ex eo cognoſci poteẽſt:q̃ ante q̃ cognoſceret Põpe.caput eſſe:an nõ nulla ſigna mœroris:ac lachrymaꝶ ẽdit:ſed poſt q̃ cognouit eſſe Põ.qa talis uideri uolebat:ut bonus eẽt ſocer:tũc demũ lachrymas dedit. Hæſit:dubitauit. Dũ.i.donec. Vtq; ñ.ui.ſed poſtquã cognouit uerũ eẽ Põ.caput:tũc dẽiq; ſimulauit ſe bonũ ſocer; eſſe: & quaſi grauiter dolẽs gemitus & lacbrymas dedit. Tutũ pu.hoc uerbũ:ſum es eſt:adeo ẽ ſimiliũ copulatiuum:ut ſi infinitus addat̃ uerbo qđ requirat ſuppoſitũ noĩatiui:& ipſum uerbũ cũ noĩatiuo retinet: & omnẽ

Nota ui ſubſtãtiui uerbi alium caſum. Nõ ſpõte:ſed coactus lacbrymas dedit. Expreſſit:q̃ſi nolẽs ut coegerit gemitus a pectore erũpere. Nõ aliter:nõ poterat inqt alio pacto lætitiã occultare:quã aĩo cõceperat:niſi lachrymas dediſſet. Meritũq;:nã cũ ſe dolere ſimulat:meritũ Ptolemæi diminuit:q̃ & ſi maximiũ erat:tamẽ Cæ.paruũ uideri uolebat: imo nullũ ut nihil ei obligatus eẽt. Deſtruit:eleuat:minuit oſtẽdẽdo mœrorẽ. Immãe:imẽſum. Quã debere.i.q̃ obligatus eẽ Ptolemæo. Lugere reuulſum:nã dum luget:diſplicere ſibi oſtẽdit:qđ magnopere placebat:& ob eã rẽ nolebat uideri obligatus tyranno:imo uero ipſum uehementer dãnabat. Qui duro : multis rõibus oſtẽdit nõ ueras fuiſſe lacbrymas Cæ.dicit.n.q in minori clade lætus fuerat: in maiori certe nõ doluiſſet:nã occiſos eẽ alios in Emathia minus erat:q̃ nunc occiſum eẽ Põ.ipſe.n.totius belli & ſumma,& caput erat:ergo ſi lætus fuerat clade Emathia:q̃to nũc lætior fuit ubi Põ.cędẽ cognouit:q ſolus ſuperat:quẽ opprimere cupiebat. Duro uultu:rigido,& nõ ſoluto in lachrymas. Sicco:ſine lachrymis. O ſors du.in banc exclamationẽ prorũpit dicens fati ſortẽ duriſſimã eſſe:q̃ Cæ.flere coegit: & inuitum.placet iqt ei p̃ cæteris oĩbus occiſum eſſe Põ.& tamen cogit̃ ĩuitus flere:ne in inuidiã populoꝶ ĩcurrat:a qbus mirifice Põ.diligebatur. Nõ miſti fœdera:miſti generis appellauit affinitatẽ:q̃ cum Põ.Cæ.p̃ Iuliã cõiunctus erat. Nepoſq;:abhortiuus.neq;.n.ex Iulia filiũ ullũ ſuſcepat Põ.niſi abhortiuũ. Iubet:cogit. Credis apud pop.ideo doles:uel dolere ſimulas:qa hãc opinionẽ doloris tibi exiſtimabas p̃futurã eſſe apud populos:q Põ.uehementer amabãt. Hoc.ſ.mœrorẽ præ te ferre. Fortaſſe tyrãno:eſt fortaſſe alia rõ:qa inuides Ptolemęo: q̃ tibi præripuerit occaſionẽ occidẽdi Põ.nã maluiſſes illũ tuis manibus occidiſſe. Aliis:Ptolemæo. Capti:q q̃ſi in captiuitatẽ uenerat. Vidictãq; nõ potueris ulciſci iniuriã,quã a Põ.bellũ tibi iferente,acceperas. Ex iure:de poteſtate.

ℂ Impetus:

¶ Impetus:ſtimulus. A uera longe pietate receſſit:non fuit pietas,& gratia. Scilicet:inſtat & urget eum con‑ SVLPI firmando:quod dixit,nam non ideo perſequitur Pompeium terra,& mari:ut ipſum ſeruet. Rapta arbitrio:ere‑ TIVS pta poteſtati tuæ:ne aut eam inferre,aut ignoſcere poſſes. Quā magna remiſit:quam magnā dedecoris culpā remouit fortuna a ſenatu:atq; Pōpeio:quibus fuiſſet ſummū dedecus:ſi Pompeiū Cæſar uita donaſſet. Triſtis: aduerſa. Perfida:quæ i hoc fuit tibi infida & fallax.legitur alibi infide. Fronte:apparentia. Aufer ab aſpectu: Plutarchus inquit:Cæſarē per ſummum faſtidium auertiſſe Theodotum:cum caput Pompeii ferret.Accepto

Victoris generum:quiſquis te flere coegit
Impetus:a uera longe pietate receſſit.
Scilicet hoc aio terras:atq; æquora luſtras:
Necubi ſuppſſus pereat gener:o bene rapta
Arbitrio mors iſta tuo:quam magna remiſit
Crimina Romano triſtis fortuna pudori:
Quod te nō paſſa ē miſereri perfida Magni
Viuentis:necnon his fallere uocibus audes:
Acquiriſq; fidem ſimulati fronte doloris.
Aufer ab aſpectu noſtro funeſta ſatelles
Regis dona tui:peius de Cæſare ueſtrum:
Quam de Pōpeio meruit,ſcelus:unica belli
Præmia ciuilis uictis donare ſalutem
Perdidimus:qđ ſi Phario germana tyranno
Non inuiſa foret:potuiſſem reddere regi:
Quod meruit:fratriq; tuum pro munere tali
MiſiſſemCleopatra caput:ſecreta quid arma
Mouit:& inſeruit noſtro ſua tela labori?
Ergo in Theſſalicis Pellæo fecimus aruis
Ius gladio?ueſtris quæſita licentia regnis?
Non tulerā Magnū mecū Romana regentē:
Te Ptolemæe feram?fruſtra ciuilibus armis
Miſcuimus gentes:ſi qua ē hoc orbe poteſtas
Altera:q̄ Cæſar:ſi tellus ulla duorum eſt:
Vertiſſem latias a ueſtro littore proras:
Famæ cura uetat ne nō damnaſſe cruentam:
Sed uidear timuiſſe Pharō:nec fallerē uos me

¶Quem metuis:Cæ.quē formidas:erat Pō.par:& cū eo certabat. Non ſanguine clari: ſi nō ſumus nobiles inq̄t & reges: tū turbamus te:nā & cæde Pō. euaſimus celebres. Opes pplōꝝ.i.reges populorū fauore facti. Mouemus regna:turbamus:& cędimus reges. Illos: uel populos,quos liberemus:uel reges cōficiēdos. Victima:Cæ.intelligit. Placemus:pacatos reddamus.ſiue placemus.i.nobis cōciliemus. Iugulus hu. uita erepta. Nocētes:nos Aegyptios:quos odit. Noia ducis: famā:titulos:& honores Cæ. Inferias:hoc ē ſacrificiū illius:q in Emathia ceciderūt. Mūdo: in mūdi ſalutē. Præſtet La.iu.Aegyptii faciant hoc pp regē:Ro.uero pp ſeipſos. Morari:expectare. Vota ca.id q̄d Cato:& Brutus facere cuperēt. Parere:ad parendū. Clara ſi. claſſico:& clamore militari. Prodidit ar.manifeſtauit ipetū. Temere:inordinate:& raptim. Inſtr̄a:milites: arma:tela. Pars maxima turbæ:erant,ut eſt in cōmētariis,cum Achilla copiæ:ut neq; numero: neq; genere hoīum:neq; uſu rei militaris cōtēnendæ uiderent:millia.n.uiginti in armis habebat:hi cōſtabāt ex Gabinianis militib⁹:q iam in cōſuetudinē Alexādriæ,uitæ atq; licētiæ uenerāt:& nomē,diſciplināq; populi Ro.dedicerāt: uxoreſq; duxerāt: ex q̄bus plerīq; liberos habebāt. huc accedebāt collecti ex prædonibus:latronibuſq; Syriæ:Celtæq; prouinciæ:finitimarūq; regionum:accedebātq; multi exules:& fugitiui:erātq; præterea equitum millia duo. Externos: barbaros. Famulo:Achilla. Satellitis:Photini. Tyranno:ipſi regi. Fides:ueritas iuriſiurandi. Pietas:in Deos:& in patriam.

SVLPITIVS

¶Quē met.o ſtulte Achilla: Cæ.quē metuis erat par Pōpeii:quē occidimus. Nō ſanguine clari:rńdet tacitis obiectionibus:nā ſi q̄s obiiceret nos ignobiles eſſe:& hūilitatē ſanguinis nobis obſtare:ne rē tāta audeamus: dico nihilītereſſe nr̄a:nullius.n.magnis opibus:aut regnis populoꝝ nobis opus eſt ad hāc rē adoriēdā:nā fortuna ipa nobis:ſicuti antea Pōpeiū:ita nūc Cę obtulit: ut nullius auxilio idigeamus ad rem pficiēdā. Nō ſ.clari.ſ.ſumus. Quid refert.q.d.nihil ītereſt nobiles ſimus: an ignobiles:dūmō fortuna nobis ſeda ſit. Nec opes pplōꝝ mouemus:ſed ipſe ſe ultro offert nobis. Ad ſcelus īgētes:poſtq̄ ſemel occidimus Pōpeiū. Altera uictima:Cæſar,quē quaſi uictimā occidamus. Placemus cædes pſiſtit in trāſlatiōe:q̄a uictimā appellauit Cæſarē:nā ſicut uictimis placant̄ Dii:ita cæde Pōpeii:& Cæ placabimus Italiam:q̄ eā his occiſis tyrānide liberaſſe uidebimur. Cæde ſecūda.ſ.Cæſaris. Iugulus m.c.h.occiſo Cæſare ueniā a po.Ro.īpetramus:q̄ Pōpeiū occiderimus. Quid noīa tāta:fulgor nois Cæſaris nō debet nos deterrere a ꝓpoſito:& ſi uires magnas hēt:& exercitus īgētes:tn̄ ſi a ſuis militibus deſtitutus fuerit:īperare deſiſtet:& miles eſſe incipiet. Noīa.i.fulgorē tm̄ nois Cęſariani. Vireſq; d.i.magnos exercitus Cæ.& claſſes. Nox hæc:& breui ſpatio tpis poterimus Cæ.in nr̄a ptāte hr̄e:uidelicet hac nocte. Inferias:expiatōes:piacula:q̄ exhibent̄ mortuis. Populis:quos in Pharſalia ꝓſtrauit. Caput:Cæ. Debet̄:obligatū eſt: q̄a iniuria affecit orbē terraꝝ. Ite feroces: o Achilla,& milites. Ite: uenite.nā ipſe erat cū rege apud Cæ. Romana ſi.q̄a Ro. milites adhuc militabāt ſub rege Ptolemęo ex his:q a Gabinio relicti fuerāt:tum cū ipſe Regē Ptolemæū in regnū reſtituit:& hi prius ſub Pōpe.militauerāt. Hoc: cædē Cæ. Regi:q̄a occiſo Cę.rex ſuū regnū obtinebit. Sibi: ad utilitatē ſuā. Tu parce: a facili arguit.nā cū grauis ſit cibo:& potu Cę.facile erit illū opprimere iprouidū. Parce mo.i.noli tardare. Madidūq; me.ebriū. Venerīq; ad.Cleopatrę. Aude ſu.unū tibi neceſſariū eſt.ſ.audere:nā ſi auſus fueris cętera Diis uolentibus ultro ſequent̄. Tot uo.exaudiēt Dii uota Catonū:uota Brutoꝝ:& totius ſenatus: qui rempu. uolūt eſſe ſaluā. Tibi tri.i.pces Catonū:ac beatoꝝ tibi fauebunt. Nō ſe.Achil.nūc dicit q̄uō mandatis Photini Achillas paruit. Suadenti:Photino. Haud clara:ne forte exauditio tubaꝝ ſonitu ſuſpectus eſſet. Nec ꝓdidit ar.mouen nō indicauit exercitū. Temere:ſine ullo ordine:nō dato ſigno:unū ſequit̄ ex reliquo.nam q̄a ſigna nō dedit: ideo nullo ordine ſecuti ſunt milites. Inſtrumēta:arma:uiros:equos. Pars m.t.plebis.i.ex plebe Italica:q̄ ae ex delectibus Italiæ pars magna militū erat:quam apud regē Gabinius reliquerat. Sed tāt.ob.mē. rńdet ad illud: q̄d occurrebat:q̄uō ſi Itali erāt:pati poterāt militare ſub ſatellitibus regis:uſq; adeo inq̄t erāt corrupti milites:ut iam

OMNIBON.

æquo animo ſub eiuſmodi ſatellitum imperio militarent. Obliuio: obliti erant ſe Ro. & Italos eſſe. Corrupto m.mo.dedignari debuerant, inquit, etiam ſub rege ipſo militare: & nunc equo animo militabát ſub ſatellite regio. Mores: quia diu apud Aegyptios permanſerant: & externis moribus corruperant animos. Sub ſa. doce Achilla. Indignum Pha. indignum fuiſſet ſub tyranno Aegyptio militare: quanto ergo indignius ſub ſatellite.
Nulla fi. nec ius diuinum: nec ius humanum colunt milites: nil ſanctum: nil inuiolatum eſt apud eos: ſed illos ſequuntur a quibus plus acceperint. Nulla fi. nullum iuſiurandum. Nulla pietas: nulla religio.

Venaleſq; manus: ubi fas: ubi maxia merces
Aere merent paruo: iugulumq; in Cęſaris ire
Non ſibi dant: proh fas ubi non ciuilia bella
Inuenit imperii fatum miſerabile noſtri?
Theſſaliæ ſubducta acies in littore Nili
More furit patrio. qd te plus Magne recepto
Auſa foret Lagea domus? dat ſcilicet omnis
Dextera quod debet ſuperis: nulliq; uacare
Fas eſt Romano. Latium ſic ſcindere corpus
Diis placitum: nõ in generi: ſocериq; fauorem
Diſcedunt populi. ciuilia bella ſatelles
Mouit: & in partẽ Romani uenit Achillas.
Et niſi fata manus a ſanguine Cęſaris arcent:
Hæ uincent partes: aderat maturus uterq;:
Et diſtricta epulis ad cunctas aula patebat
Inſidias: poteratq; cruor per regia fundi
Pocula Cæſareus: menſæq; incũbere ceruix:
Sed metuũt belli trepidos ĩ nocte tumultus:
Ne cædes confuſa manu: permiſſaq; fatis
Te Ptolemęe trahat: tanta eſt fiducia ferri.
Non rapuere nefas: ſummi cõtẽpta facultas
Eſt operis: uiſum famulis reparabile dãnum
Illam mactandi dimittere Cæſaris horam.
Seruatur pœnas in aperta luce daturus:
Donata eſt nox una duci: uixitq; Photini
Monere Phœbeos Cæſar dilatus in ortus.

SVLPITIVS ℭ Venales manus: ſupple ſunt: accepto. n. ꝑtio omnibus ſunt iniurii. Vbi fas: ubi licet; & ubi magnum ꝑtiũ cõſecuturi eſſent: militant exiguo ſtipendio: licebat aõt in Cæſa. cuius mortis ꝑmium erat libertas. Non ſibi dant: nõ permittũt: ſed alterius impulſu: ęre accepto id faciunt. Vbi: ubiq; profecto. Theſſaliæ ſubducta acies. i. milites: qui ꝑlio Pharſalico non interfuere. Te accepto: ſuſcepto incolomi. Auſa in Cæſ. Dat: facit. Virg. Immotãq; coli dedit: & contẽnere uentos. Qd' debet ſuperis: bellum ciuile: qđ ſuperi iubent a Ro. omnibus exerceri. Scindere corpus latium: Ro. potentiã: concordiamq; diuidere. Nõ in soceri: nõ propter Cæ. Põ. q; in partes ſe diuidunt. Satelles: Achillas. Partẽ factionẽ. Arcent: arcuiſſent: ſed ſic loquiť tanq̃ nunc res agať. Hæ partes: copiæ Achillæ. Aderat maturus uterq;: erat tempeſtiuus Achillas: & Photinus. hic ad inſidias, & uim inferrendã. hic ad dimittẽdõ. Deſtricta: occupata. Per pocula regia: iter bibendum: & cõuiuãdum. Incumberet ſuperiacere. Ne cædes: ne caſu uel uiolẽtia pereat Ptolemæus. Tanta eſt fi. fer. adeo ſuis uiribus cõfidere: ut tanq̃ certiores de ſucceſſu uoluerit pugnã accelerare. Sũmi cõtẽpta facultas Eſt opis: maximę rei occaſio ſpreta, ꝑtermiſſaq; eſt. Repabile d. reparabilis dilatio: & q̃ ſuo arbitrio reſumi poſſet. Daturus: tanq̃ ſi daturus eſſet. Dilatus: conſeruatus.

OMNIBON. ℭ Venaleſq; m. q; q plus dederit hũc ẽt ſequunť. Ibi fas: oĩa licẽt militib⁹: q maximã mercedẽ appetũt. Merẽt: militãt. Paruo: ſi magnũ æs accipe nõ poterit. Iuguloq; in Cæ. hoc eſt nõ patiunť Cæ. iugulare ad utilitatẽ ſuã: ut ſe liberos faciãt: ſed ut regi Aegyptio gratũ faciãt. Nõ dant: nõ cõcedũt. Proh fas: p exclamationẽ irrũpit in cõqueſtionẽ. nã de Diis q̃riť q; ubicũq; bella ciuilia fieri uoluerũt: milites. n. q ſub rege Aegyptio militãt Ro. erãt: & ſi ꝑcul fuerãt a bellis ciuilib⁹: tñ fata uoluerũt: ut nec ipſi q̃dẽ eẽnt belli ciuilis imones. Fas: ius diuinũ. Vbi nõ ciu. nõ in Italia ſolũ: nõ ĩ Pharſalia: ſed ẽt in Aegypto. Theſſalię ſub. acies: q̃ remota fuerat a Theſſalia ĩ Aegypto: nũc paget ciuilia bella. More fu. p. i. ſcm cõſuetudinẽ patriæ: quẽadmodũ ciues Ro. iſanierũt bello ciuili: ita nũc ipſi iſaniũt. Quid plus. i. nõ minus hoſtes Cæ. fuerũt Aegyptii occiſo Põ. q̃ ſi Põ. benigniſſime ſuſcepiſſent. Q đ de: qa diu uoluerũt: ut Ro. oẽs ubicũq; eẽnt: ciuili ſe bello miſcerẽr. Oĩs. ſ. Ro. Dat: bellũ ciuile. Vacare. i. uacuũ eẽ bello ciuili. Latiũ ſic. ſ. cõqueſtio eſt poetæ: q Dii noluerũt Ro. ullos belli ciuilis eẽ imones: & ſimul ẽt grauius ferẽt q Achillas ſatelles regius in offĩm ducis ſucceſſerit: & pape deſuerit: qn fata ẽt huic uictoriã pſtarẽt: qđ multo ẽt ĩdignius fuiſſet. Latiũ

Latium unde c. i. po. Ro. nam Latium Italia appellatur: eo q ibi Saturnus latuerit: dum arma filii fugeret: & eſt in Italia Latium antiquũ: pđ, teſte Solino, antea a Tyberis hoſtiis ad uſq; Lyrim amnẽ pertingebat. Romani. ſ. ducis. i. in locum Pom. ſucceſſit Achillas: quod moleſtius fero. Et niſi fata: & hoc etiam multo eſt intollerabilius q partes quæ ſecutæ ſunt ſatellitem regium pene uictoriam obtinuerũt. Vincẽt: p uiciſſent. Arcẽt: p arcuiſſent. loquiť poeta tanq̃ res ſit futura. Manus. ſ. Aegyptia. ſed Dii noluerunt tñ ſcelus perpeti: ut famulorũ manibus occidereť Cæ.

Aderat maturus: nũc deſcribit magnam opportunitatem habuiſſe Achillam: atq; Photinũ occidẽdi: ſi occaſione uti uoluiſſent: ſed qa noctẽ illam ꝑterierunt: & ſequẽti die cõſtituerunt inuadere bello regiã: hæc Cæ. cauſa ſalutis fuit. Vterq;: Achil. & Photinus. Maturus: in tpe uenerãt inqt in magnã occaſionẽ ppetrandi ſceleris. Deſtricta oc. epulis impedita: qa nihil minus metuebãt: q̃ bellũ: qa epulis dediti erãt. alii legunt Diſtricta. Per re. pocula: in cõuiuio regis. Menſæq; incũbere ceruix. i. obtruncari Cæ poterat ad mẽſam. Sed metuunt belli: ſed timuerunt: ne dũ Cæſa. occidere uolunt cũ Ro. oĩbus & Cleopatrã: ipſo furore Ptolemæũ quoq; regẽ occiderent: hæc cauſa fuit cur noctẽ illã ꝑterierunt: & in poſterum diem expectauerint. Trepidos: dubios. Tanta eſt fi. ſ. ſibi fata proſpera fore: ut noluerint raptim nefas perpetrare: ſed conſulto oĩa facere. Non rapuere. ſ. temere: & ſine cõſilio. Facultas: opportunitas q̃ dabať eis. Reparabile dãnũ. i. uiſum eſt poſſibile Achillæ atq; Photino recuperari damnum noctis illius poſtero die. Seruať pœ. quod hac nocte differimus: ſequenti luce ĩplebimus. Donata nox: indignũ facinus eſt: q in poteſtate Photini fuerit: uiueret ne: an moreret Cæ. In or. Phœ in ſeq̃ntẽ diẽ.

ℭ Lucifer

¶Lucifer a Caſia:ſub Auroram Achillas cū inſtructo exercitu Alexandriam uenit. Caſius aūt mons nō procul SVLPI
Alexandriæ īminet ad orientem. Proſpexit:aparuit. Primo quoq; Sole:etiam in ipſo ortu ſeruentē. Nō ſpar TIVS
ſa:ſed collecta:inſtructa. Iuſtos:ueros:& quibus ad hoſtile odium nihil deeſt & in rc.quos ęq̄ decertandi eſt cau Caſius
ſa:is.n.proprie hoſtis dicitur. Paſſuriq; arma.i.pugnaturi. At Cæ.Achillas paucitatem militum Cæ deſpici- mons
ens:occupabat Alexandriam:& oppidi partem:quā Cæ.cum militibus tenebat:primoq; impetu domum eius ir ubi
rumpere conatus eſt.Sed Cæ.diſpoſitis per uiam cohortibus:impetum eius ſuſtinuit. Mœnibus urbis Diffiſus:

Lucifer a Caſia proſpexit rupe:diemq;
Miſit in Aegyptum primo quoq; ſole calētē:
Cū procul a muris acies non ſparſa maniplis:
Nec uaga conſpicit̄:ſed iuſtos q̄lis ad hoſtes
Recta fronte uenit:paſſuri comminus arma:
Laturiq; ruunt.at Cæſar mœnibus urbis
Diffiſus:foribus clauſæ ſe protegit aulæ
Degeneres paſſus latebras:nec tota uacabat
Regia compreſſo:minima collegerat arma
Parte domus:tangūt animos: iræq;:metuſq;:
Et timet incurſus:indignaturq; timere.
Sic fremitū pđis fera nobilis abdita clauſtris:
Et frangit rabidos præmorſo carcere dentes.
Nec ſecus ī ſiculis fureret tua flāma cauernis
Obſtrueret ſummā ſiq̄s tibi Mulciber Aetnā.
Audax Theſſalici:qui nuper rupe ſub Aemi:
Heſperiæ cunctos proceres:aciemq; ſenatus:
Pompeiumq; ducem cauſa ſperare uetante
Non timuit:fatumq; ſibi promiſit iniquum:
Expauit ſeruile nefas:intraq; penates
Obruitur telis:quem non uiolaſſet Alanus:
Nō ſcytha: nō fixo:q̄ ludit ī hoſpite Maurus:
Hic cui Romani ſpatium non ſufficit orbis:
Paruaq; regna putat tyriis cū gadibus Indos:
Ceu puer imbellis:ceu captis fœmina muris
Quærit tuta domus:ſpē uitæ ī limine clauſo
Ponit:& incerto luſtrat uagus atria curſu

nō cōfidens in urbe manere in regiā ſe recepit. Nec tota uacabat:nec totā regiā ſub ſua poteſtate tenebat iō penuria militū regiæ laxitate. Fera no.leo in cauea clauſus. Carcere:cancellis,& clauſtris. Nec ſecus:hæc ſimilitudo ad idignationē tātū:illa ad uires,& irā referł. Obſtrueret ſū.Ae.occluderet os ipm:& uaporarium. Audax:ob p̄teritā audaciā p̄ſentē metū miratur. Cauſa ſpe.ue.cum iniq̄ cauſam haberet:q̄ a Diis bene ſperare nō poſſet. Fatū ini.iniuſtā uictoriā. Seruile ne.Achillæ pugnā. Alanus:Scythiæ populus ferox. Scytha.i.reliq Scythiæ populi.ſpeciē.n. præpoſuit generi. Qui lu.qui per ludū ſagittis figit. Alan⁹ g

Indos cū Ga.ty.hoc eſt q̄cq̄d ē ab oriēte in occidētē ad Gades uſq;:quā ciuitatē ī maris Gaditāi iſula tyrii cōdidet:ut Pli.tradit i ſine q̄rti. Quærit tu.do.abdit ſe i mūitiorē ptē. Incerto:ignorabat.n.q̄d eēt actur⁹.

¶Lucifer a Caſia:deſcribit nunc poſteꝝ diem: poſtq̄ Achillas cū exercitu ſe pauit:ut Alexādriā iuaderet:ac regiā:ubi q̄ete:& trāq̄lla pace q̄ſcebant rex cū Cæ.ac Cleopatra. A Ca.ru.a Caſio mōte:q̄a primū dc locis altioribus dies apareat.de Caſio mōte ſatis iā dictum fuit. Sole calē.q̄a ī meridie poſita eſt Aegyptus:& cū primū Sol ſuos radios detexerit:ſtatī ſeruet Aegypt⁹: ex quo itelligi pōt:q̄tū ſeruet in meridie. Nō ſpar.i. ordinata. Maniplis:manipli ſunt ordines i acie ducētoꝝ militū.primo milites cētū manipli cōtinebāt:ſed q̄ prius duplicauerit maniplos:ſicut apud Liuium eſt: fuit Tarquinius Superbus:q̄ ſicut in cæteris rebus uituperādus ē:ita nō in re bellica degenerauit. Iuſto:ſicut ad hoſtes:q̄bus de more iuſtū bellū indictū fit:iri ſolet: ita recta frōte uenerūt ad urbē. Paſſuri arma.i.paſſuri cædē:ſi opus fuerit. Et laturi.ſ.cędē eo aīo ibāt ut occiderēt.& q̄ hoc aīo i bella ruunt:nō facile uicunł. ut illud:Vincit̄ haud gratis iugulo q̄ p̄uocat hoſtē. OMNI BON. Māipli qui

At Cæ.nunc dicit q̄d Cæſ.fecerit:& oſtēdit ipm etiā metuiſſe:q̄ ſupiori tēpore ſemp ītrepidus fuerat. Diffiſus:q̄a nō ſatis cōfidebat ciuibus Alexādrinis:ergo clauſis foribus aulæ recepit ſe in regiā:& eā repagulis clauſam corona militum circundatrur a regia ſaltem propulſarent hoſtes. Degeneres:uiles. Compreſſo.i.cōcluſo:iā anguſtō. Minima col.q̄a ſe in interiorem partē domus receperat:ut eū cū paucis militibus melius defenderet. Arma.ſ.armatos ſuos:q̄ pauci erāt:collegerat in anguſta domus parte. Tangūt animos;animus Cæ.diſtrahebat̄:nūc q̄dē timebat:nūc idignabat̄:ira,metuſq; pugnabāt inter ſe. Timet icu.ſ.hoſtiles ad id:q̄d dixit metus. Indignaturq;:ad id:q̄d dixit iræ. Sic fr.p ſimilitudinē oſtendit habitū aī Cæ.quēadmodū iq̄t leo:cū captus cauea icluſus fuerit:idignat̄:& dētibus frendēs:uectes,& clauſtra caueę dētibus ifrigit:quēadmodū in Aetna mōte fureret Vulcanus:ſi cauerna occluderet̄:ita in regia Cæ.icluſus iſaniebat. Fera nobilis:ut leo. Nec ſe.& nō aliter Vulcane in cauernis Aetnæ fureres:ſi q̄s forte ſpiramīa ipſi⁹ mōtis occluderet:loq̄tur ſecūdū fabulā. Sūmā Aetnā.i.apicē Aetnæ unde euomūt̄ flāmæ.Aetna Siciliæ mons eſt ſacer Vulcano:in cuius uertice,Solino teſte,hiatus duo ſunt:p quos eructatus erūpit uapor: p̄miſſo prius fremitu:q̄ per æſtuātes cauernaꝝ latebras:lōgo mugitu intra terrę uiſcera diu uoluit̄:nec ante ſe flāmarū globi attollunt:q̄ interni ſpūs antecedūt. Audax theſſalici:q̄ paulo ante non timuerat aciē Ro.nō Pom.ipſum,q̄uis deteriorē cām hēret,nunc timere cogit̄ ſeruile bellū. Rupe ſub Aemi:Aemus mōs ē Theſſaliæ:ubi pugna inter Cæſa.& Pompeium geſta eſt. Cunctos proceres.i.omnes principes Italiæ qui cum Pompeio erant. Aetna ubi

Cauſa ſp.ue.cā deteriore. Fatūq; ſibi.i.tantum ſibi de fatis ſperabat:ut etiā contra æq̄tatē uictoriā ſperaret.

Expauit ſeruile nefas:ideſt timuit bellū:quod a ſeruis:Achilla,& Photino inferebat̄. Quem non uiolaſſet: qui non timuiſſet ferociſſimos orbis terrarū populos:nunc timuit ſeruos. Alanus:Alanus fluuius eſt Scythiæ: a quo Alani populi dicti ſunt ferociſſimi. Scytha:Scythæ bellicoſiſſimi ſunt in curribus degentes:a Caſpio mari incipientes ad dextram nauigandi Europæ continui ſunt Scythæ,& Sarmatæ.Strabo. Maurus in hoſpite: uiolator hoſpitum:qui figere hoſpites:quamuis crudeliſſimus ſit:tamen non incuſſiſſet Cę terrorem. Hic cui Ro.deſcribit fortunæ mutabilitatem:Cæſar inquit qui animo ſuo totum terrarum orbem complexus fuerat:

querit nunc anguſta loca domus: ubi incluſus periculũ fugiat: qđ ab Achilla miniſtro regis imminebat. Indos: orientẽ. Tyriis Gadibus.i.cũ occidẽte.& lõge repetitũ eſt epithetõ. Tyriis.i.Herculeis: nã Tyrus eſt urbs Phœniciæ: de q̃ natus Cadmos in Bœotia ædificauit urbem Thebanam: ex q̃ natus eſt Hercules. ergo Gadibus tyriis.i.cũ Gadibos fixis ab Hercule Thebano: quã urbẽ: q de Tyro uenerunt, cõdidere. ſed melius tyriis Gadibus: quoniam eam inſulam (ut tradit Soli.) Tyrii profecti a mari rubro occupauerunt: & Erythreã uocauerũt. Ceu: ueluti fœmina: quæ capta urbe: ſecretiora domus loca quærit: ubi lateat. Vagus: errans: incertus quid ageret.

SVLPITIVS

Nõ ſine rege tamẽ: quẽ ducit in omnia ſecum
Sumpturus pœnas: & grata piacula morti:
Miſſurusq; tuum: ſi non ſint tela: nec ignes
In famulos Ptolemęe caput. ſic barbara Colchis
Credit̃ ultorẽ metuens: regniq;: fugæq;
Enſe ſuo: fratriſq; ſimul ceruice parata
Expectaſſe patrẽ: cogũt tamen ultima rerum
Spem pacis tentare ducem: miſſuſq; ſatelles
Regius: ut ſæuos abſentis uoce tyranni
Corripet famulos: quo bellũ auctore mouerẽt.
Sed neq; ius mundi ualuit: nec fœdera ſancta
Gentibus: orator regis: paciſq; ſequeſter
Aeſtimat in numero ſcelerũ ponenda tuorum
Tot mõſtris Aegypte nocẽs. nõ theſſala tell⁹:
Vaſtaq; regna Iubæ: non Põtus: & ĩpia ſigna
Pharnacis: & gelido circunfluus orbis Ibero
Tantũ auſus ſcelerũ: nõ Syrtis barbara: q̃tum
Delitiæ fecere tuæ: premit undiq; bellum:
Inq; domũ iam tela cadunt: q̃ſſantq; penates:
Non aries uno moturus limina pulſu:
Fracturuſq; domũ: non ulla eſt machina belli:
Nec flãmis mandat̃ opus: ſed cæca iuuentus
Conſilii uaſtos ambit diuiſa penates:
Et nuſquam totis incurſat uiribus agmen:
Fata uetant: muriq; uicem fortuna tuetur.

Rege: Pto. Piacula: ultionẽ. Si nõ ſint: ſi deſint. Colchis: Medea. Regni: pditi. Fratris: Abſirti. Patrẽ: Aeetã. Ceruice para. ſe ad oẽ ſuppliciũ expoſita. Vltima re. extrema picula: & uis fati urgẽs. Ducẽ: Cæſarẽ. Miſſuſq; ſatel. ante regũ recõciliationẽ, Serapionẽ, & Dioſcoridẽ ad Achillã miſſos: & cęſos ex cõmẽtariis Cæ. diximos: quos poeta nõ ſeqt̃. Voce tyr. uerbis Ptolemæi. Ius mũdi: inuiolabile ius gẽtiũ de legatis: quos Achillas iterimere auſus ẽ. Valuit: alicuius pretii, dignitatiſq; fuit. Seqſter pacis.i.mediator: & apud quẽ deponit̃ eius arbitriũ. Aeſtimat: cõſiderat ea: q̃ annumerãda ſunt iter ſcelera tua. Mõſtris: ſcelenbus. Theſſala tellus: q̃ gigãtes pduxit. Regna Iubæ uaſta: Mauritania lata: & barbara. Pontus: Scythiæ. Pharnacis: filii Mithridatis: qui Põ. fauẽs patrẽ ad mortẽ cõpulit. Orbis: Hiſpania. itelligitq; p hæc loca oẽs nationes: q̃ pro Põpeio dimicuere, & periere. Tãtũ ſce. quãtũ eſt Cæſaris, Ptolemęiq; oratorẽ perimere. Nõ Syr.i.Naſamones, & Afri. Delitiæ: Achillas, & Photinus eunuchus molles. Premit: urget Cæſarẽ. Moturus limina: euerſurus hoſtia uno impetu. Flammis: incendio. Nuſquam incur. nulla ex parte inuadit. Muriq; ui. for. tue. ſtat fortuna pro muro.

OMNIBON.

Nõ ſi. re. & quocũq; ibat ſecũ ducebat regẽ: q̃ſi obſidẽ: ut ſi qd i ſe cõſuleret Aegyptii: ipſe occideret regẽ: & illi⁹ cæde ſuũ exitiũ cõſolaret̃. In oĩa.i.picula. Sũpturus poen.ſ.de rege: ſi forte Achillas cũ exercitu ipſũ opprimeret. Mortis.ſ.ipſi⁹ Cæ. ſi moriẽdũ erat. Miſſuruſq; tuũ: & te ducebat o Ptolemęe: ut ſi alia tela nõ ſint: tuo capite p telis utat̃: & caput tuũ iaculet̃ in hoſtẽ. In fa.i.Achillã: & ei⁹ ſatellites. Sic bar. p ſilitudinẽ oñdit qũo Cæ. paratus erat occidẽ Ptolemæũ: quẽadmodũ igt Medea fugiẽs patrẽ, enſẽ i iugulũ frĩs patũ tenebat: ut ſupueniente pr̃e: fratrẽ Abſirtũ occideret: ita Cęſar parauerat gladiũ ad ceruicẽ regis obtrũcãdam: ut ſi ipſe opprimeret̃: regem occideret. Nota quidem eſt: & ante declarata fabula Medeæ. Cogunt ta. ult. q̃q̃ ita diſpoſitus eſſet Cæſar: tamen omnia tentare uoluit: iuſſit enim mitti a Rege legatos ad Achillam: qui ipſum iuberent ab armis diſcedere: & quærerent quonam auctore bellũ Cæ. itulifſet: ſed Achillas cõtra ius gẽtiũ legatos iuſſit iterfici: ex quo apparuit: quẽ animum haberet in Cęſarẽ. Miſſoſq; ſa. hi duo legati fuerunt Dioſcorides, & Serapion: quos Achillas priuſq̃ audiſſet: cuius rei cã ueniſſent: iterfici iuſſit. Famulos: Achillã cũ exercitu ſuo. Voce tyrãni.i.uerbis ipſi⁹ regis. Quo bellũ.i.corriperet famulos dicẽs: quis nam auctor belli huius inferẽdi fuiſſet. Sed neq; ius: ius gentiũ nõ ualuit apud Achillã: nã iure gẽtiũ legati apud oẽs etiã hoſtes tuti ſunt. Nec fœdera ſacra.i.ualuerũt.i.nec humana: nec diuina iura ualuerũt apud Achillã. Orator regis: miſſus a rege. Paciſq; ſeqſt.i.mediator. nã ſeqſter pprie dicit̃ mediator iter duos altercãtes. & ſeqſter ẽ is: apud quẽ pecunia deponit̃. Aeſtimat.i.æſtimare facit ſcelera: quæ ſunt ponẽda i numero tuoꝝ ſceleꝝ: nã q Aegyptii iterficerẽt ẽt legatũ a rege miſſũ: ex eo æſtimari põt: qdnã facturi eẽnt i ipſum Cæſarẽ. Mõſtris: mõſtruoſis ſcelenbus. Nõ Theſſala tel. q̃uis delicata ſis o Aegypte: & delitiis affluẽs: & effœminata: tñ plus audacię oñdiſti cõtra Cæ. q̃ Theſſalia: q̃ Africa: q̃ Põtus: q̃ Hiſpãia: & oĩs regio ſæuiſſima: ubi bellũ Cæ. cũ hoſtib⁹ ſuis geſſit. Nõ Theſſala tellus. ſ. ẽ cã tãti ſceleris: ubi Põ. cũ Cæ. cõflixit. Vaſtaq; re. Iu. ubi Cato regi Iubæ cõiũct⁹ cũ reliqiis exercit⁹ Põ. bellũ aduerſus Cę. renouauit. Et ipia ſi.ſ. declarat qđ dixit Põtus: Pharnax filius fuit Mithridatis regis Põti: ubi Cę. Pharnacẽ facile ſupauit: nã põtico triũpho, teſte Suetonio, iter põpę fercula: ſicut breuiter uicit: ita breuiter triũ uerboꝝ ptulit titulũ: Veni: uidi: uici. Gelido Ibero: i Hiſpania: ubi deuicit Cn. Pompe. primogenitum cum maximo diſcrimine ſalutis ſuæ. Nõ Syrtis barbara: redit ad illud qđ dixit uaſta regna Iubæ. nã Syrtes in Africa ſunt. Tuæ: o Aegypte. Premit: it.ſ.Cæ. Inq; domũ: iã telis regiã inuaſerant Aegyptii. Non aries uno: reꝑhẽdit inſcitiã Achillæ, & Aegyptiorũ: q circundederant regiã: qbus nunq̃ in mentẽ uenit arietibus euertere poſtes ædium: qđ ſi feciſſent, Cæ. facile opprimere potuiſſent. Flãmis: uel igne iqt circũdediſſẽt ædes: ſic.n.Cæ. euadere nõ potuiſſet. Cęca: inconſiderati cõſilii. Diuiſa: in diuerſas ptes. Et nuſq̃ to. nec oẽs uires i unũ locũ cõuerſæ erant: qđ ſi feciſſent: facilius regiã expugnaſſent. Fata uetant: Dii nolebant: ut ſummis uiribus niterent̃ omnes. Vicem: ad ſimilitudinem muri erat Cæ. fortuna.

Seq̃ſter qui

Nec non

¶ Necnon & ratibus tentať regia:eodē tpe pugnatū eſt ad portū:ut ait Cæ & magna multitudine naues longas occupare hoſtes conabanť:quaꝝ erāt.l.auxilio miſſæ ad Pō.ꝑlioq; in Theſſalia facto:domū redierāt.Præter has auxilio erant ꝓſidii cā Alexandriæ eſſe cōſueuerūt roſtrat oēs:quaſi ſi occupaſſent claſſe Cæ.erepta:portū:ac mare totū in ſua ptāte haberent:cōmeatu,auxiliiſq; Cæ.ꝓhiberent.Itaq; tāta eſt cōtētione actum:quāta agi debuit cum ille celerē in ea re uictoriā:hiq; ſalutē ſuam conſiſtere uiderent.Sed rem obtinuit Cæ. omneſq; eas naues:& reliquas:q erant in naualibus incēdit:quod tam late tueri:& tam parua manu non poterat.Cōfeſtimq; ad Pharo naubus milites expoſuit. SVLPITIVS

Necnon & ratibus tentatur regia:qua ſe
Protulit in medios audaci margine fluctus
Luxurioſa domus:ſed adeſt defenſor ubiq;
Cæſar:& hos adit* gladiis:hos ignibus arcet:
Obſeſſuſq; gerit:tanta eſt conſtantia mentis
Expugnātis opus piceo iubet unguie tīctas
Lampadas immitti iunctis in uela carinis:
Nec piger ignis erat ꝑ ſtuppea uincula:perq;
Manantes cera tabulas:& tempore eodem
Trāſtraq; nautarū:ſummiq; arſere ceruchi:
Iā ꝑpe ſemuſtæ merguntʼ in æquora claſſes:
Iāq; hoſtes:& tela natāt:nec puppibus ignis
Incubuit ſolis:ſed quæ uicina fuere
Tecta mari longis rapuere uaporibus ignē:
Et cladem fouere Noti:percuſſaq; flamma
Turbine:non alio motu per tecta cucurrit:
Quam ſolet æthereo lampas decurrere ſulco:
Materiaq; carens:atq; ardens aere ſolo.
Illa lues clauſa paulum reuocauit ab aula
Vrbis in auxiliū populos:nec tēpora cladis
Perdidit in ſomnis:ſed cæca nocte carinis
Inſiluit Cæſar ſemper feliciter uſus
Præcipiti curſu bellorum:& tempore rapto.
Tūc clauſtꝝ pelagi cepit Pharō.iſula quōdā
In medio ſtetit illa mari ſub tempore uatis
Proteos:at nunc eſt Pellæis proxima muris.
Illa duci geminos bellorum præſtitit uſus:
Abſtulit & curſus:& fauces æquoris hoſti.

Regia:q̄ erat Cæ. Protulit:extendit. Audaci:multū exporrecto. Opus:certamē:& offm. Tinctas ungui.pi. illitas pice liquefacta.

Vincula:funes. Trāſtra:ſedilia. Ceruchi:cornua antennaꝝ:dicta a κεραs:qđ ē cornu:& χεα ſondo. Incubuit:occupauit eas. Longe uaporibus:longa exhalatione flāmæ,& fumi. Cladē:incēdiū. Turbine:uolubili impetu uenti. Lampas:lāpades ætheræ,ut Pli. ait,ardētes imitanť faces. Materia:quā urat. Illa lues:icēdiū. Clauſa reuocauit ab aula:a regia obſeſſa auertit ad orbē tuendā. Nec tēpora cladis:dū hoſtes īquit eſſent in extinguēdo īcēdio occupati:Cæ. ſe ſomno nō dedit:ſed nauibus milites ad Pharo occupandā īpoſuit. Cerauchi q̄

Cladis:incēdii. Cęca:obſcura. Pręcipiti curſu:feſtinatione ſubita. Rapto:ꝓoccupato. Pharō:Pharus eſt in īſula turris magna altitudine:mirificis opibus īſtructa:q̄ nomē ab īſula accepit:hæc īſula obiecta Alexandriæ:portū efficit:ut ait Cæ. & iō clauſtrū poeta appellat.facit aūt,ut ait Strabo,portū bicipitē:nā cū littorea regio ſit ſinuoſa:duo ꝓmōtoria in mare emittit:iter q̄ īſula iacet:q portū claudit:ei nāq; ꝑ lōgū obiiciť. Inſula quondā:olim inqt inſula fuit:nūc eſt Alexandriæ pōte coniuncta. Proteos:regis Aegypti:& uatis. Proxima:iuncta ponte. Geminos uſus:duplicē utilitatē. nam propter pontem:quem occupauerat:neq; mari incurrere poterāt. Fauces:portus īgreſſum:& exitum. Pharos quæ

¶ Necnon & r.præterea nō ſolum terra oppugnabať:ſed ēt mari. Protulit:porrexit. Audaci margine:ꝑ ipſa audax.audax nimiū uideť eē regia:q̄ ſe fluctib⁹ exponeret. Sed adeſt defen.magnitudinē Cæ.oſtēdit:& induſtriā:q̄ nullo loco deerat:ſed quacūq; hoſtes īuaderēt:eo ſe pariter ferebat. Vbiq;.& terra:& mari. Hos ad gla.i. iubet ſtrictis gladiis milites obſiſtere. Ignib⁹ ar.i.ignes incēdit.ne trāſire poſſent hoſtes. Obſeſſuſq; ge.adeo ſuperabant animi Cæ.ut qui obſidebatur,obſidere uidereť. Tanta eſt cō.adeo aīo ſuo confidit.& eſt ἐπιφώνημα. Piceo ungui.& faces etiam pice illitas in uela nauiū mittebat:q̄ cum flāmæ corripuiſſent: armamenta nauiū cōburebant.q̄ uero mœnibus urbis contigua tecta erāt:igne ēt incēdebanť:cū iam aliquot ædium incendiū corripuiſſet:ab oppugnatiōe ædiū auerſi ſunt ciues ad reſtinguēdū.ita datū eſt ſpatiū Cæ.ut ſe in naues recipet. Vnguine.i.picis humore illitas. Nec piger:q̄ facile corripiebat materiā aridā. Stuppea uin.ꝑ rudētes ſtuppeas. Manantes ce.ceram picē appellauit:qua oblinunť naues. Trāſtra:ſedilia ſunt nautaꝝ. Ceruchi:ſignificat antennas:q̄ quibuſdam quaſi cornibus uela ſuſtinēt. Vir.Cornua uelataꝝ obuertimus antēnaꝝ.& dr̄ a κεραs cornu:& χεω habeo. Iam ꝑpe:iam pars magna nauiū incenſa erat. Iam h.na.q̄a incenſis nauibus:ut ſibi,ſalutiq; ſuæ conſulerent milites ſe de nauibus in mare conſiciebant. Nec pup.nec ſolum igne conſumptæ ſunt naues:ſed flamma quoq; in tecta urbis tranſcendit:& pleraq; tectoꝝ icendio corrupta ſunt. Longis ua.qui a nauibus in tecta tranſierant. Et cla.acceſſerunt etiam uenti:qui iuuarunt incendium. Percuſſaq; flam.flamma nauium uento percuſſa:non aliter longo tractu tranſiuit in tecta orbis:q̄ ſæpe uidemus ignem longum tractum per aera ducere:qui caſus ſtellarum imitatur. Sulco æthe.i.longo tractu Philoſophi dicunt uentum uiribus ſuis ad ſuperiores partes aſcendere:& partem aliq̄ ignis rapere:quæ deinde longo tractu ducta caſum imitatur ſtellarum. Materiaq;:lignis:aut alio fomite. Illa lu.nūc dicit datam eſſe requiem Cæ.& ſuis:cum ab oppugnatiōe nauium milites conuerſi eſſent ad auxilium urbis:ut incendium ædium reſtinguerent. Lues:incendium urbis. OMNIBON.

Ab au.clauſa:ab oppugnatione clauſæ aulæ. Nec tempora:nec interea deſes iacuit Cæ.ſed ubi uidit ab oppugnatiōe nauium diſceſſiſſe milites:ſtatim ſe recepit in claſſem. Tempora cladis:ideſt incendii. Semper feliciter:Cæ.ita celeritate uſus:ſecundam fortunam habuit:ſicut in omnibus bellis. Rapto tē.capto. Tunc clauſtrum pelagi:& claſſe cepit Pharon:portumq; eius tenuit:quo Pharos cum Alexandria urbe coniungitur.Pharos eſt inſula haud procul ab urbe Alexandria:& pons eſt:qui Pharon cum urbe coniungit:& hoc dupliciter profuit Cæſa.nec terra per pontem tranſire poterant:& capta Pharo & ponte Cæſ.prohibuit:ne quis ad auxilium hoſtium

peruenire poſſet:hoc aſo ſpem habere cœpit Cæſ.ut ſe facile ab hoſtibus defenderet:qđ & fecit.Diximus Pharũ inſulã oblongã eſſe:quæ,teſte Strabone,continenti adiacet:bicipitẽ ad eã portũ faciens:nã cũ littorea regio ſit ſinuoſa:duo promõtoria in mare emittit:inter quæ inſula iacet:quæ portũ claudit:ei nãq; per longũ obiicit̃. Inſula quondã nunc uero cõtigua eſt urbi Alexandriæ:qđ etiã Ouid.memorat:Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa Pharoſq;:Et Phœniſſa Tyros:quarũ nunc inſula nulla eſt. Sub tẽpore uatis:quo tẽpore Protheus uates regnauit.cuius mẽtionẽ Virg.facit:hunc enim dicit eſſe paſtorẽ Neptuni:& paſcere Phocas: ad quẽ Cyrene filiũ Ariſteũ miſit: ut ab eo diſceret extinctas apes recuperare.

Cæſar & auxiliis ut uidit libera ponti
Hoſtia:non fatum meriti:pœnaſq; Photini
Diſtulit ulterius:ſed qua non debuit ira:
Nõ cruce:nõ flãmis rapuit:non dente ferarũ:
Heu facius ceruix gladio male cæſa pepẽdit.
Magni morte perit:nec non ſubrepta paratis
A famulo Ganymede dolis puenit ad hoſtes
Cæſaris Arſinoe:quæ caſtra carentia rege
Vt proles Lagea tenet:famulumq; tyranni
Terribilem iuſto tranſegit Achillea ferro:
Altera Magne tuis iã uictima mittit̃ umbris:
Nec ſatis hoc fortuna putat:pcul abſit:ut iſta
Vindictæ ſit ſumma tuæ.non ipſe tyrannus
Sufficit in pœnas:non omnis regia Lagi:
Dum patrii ueniant in uiſcera Cæſaris enſes:
Magnus inultus erit.ſed non auctore furoris
Sublato cecidit rabies.nam rurſus in arma
Auſpiciis Ganymedis eunt:ac multa ſecundo
Prælia Marte gerũt:potuit diſcrimine ſũmo
Cæſaris illa dies in famam:& ſæcula mitti.

Pellæis muris:Pellæus Alexãder capta Aegypto cõdidit urbẽ:quã de nomine ſuo appellauit Alexãdriam. Moris Pellæis:Pharos enim põte iungit̃ cũ Alexandria. Geminos bellorum:nã terra,mariq; poterat prohibere hoſtes:& terra auxilia hoſtibus uenire nõ poterãt:capta.n.Pharo:de Nilo in Pharõ aſcendere nõ poterãt:qui ad urbẽ ueneránt. Geminos uſus:duplicẽ utilitatẽ. Abſtulit cur.nõ.n.ex ciuitate excurrere poterãt in Cæſ.ecce primus uſus. Et fauces æquoris:alius uſus: nec per Nilum auxilia hoſtibus uenire poterant.

SVLPITIVS ℭ Cæſar & aux.Cæ.ut Pharõ expoſitis militibus apprehẽdit:frumentũ ſuportari:auxiliaq; euocari iuſſit. Meriti:q merebat̃.nã rurſus nũcios miſerat ad Achillam:ne deſiſteret:interceptiq; fuerãt:& detecti. Sed nõ rapuit:i.interemit. legũt aliqui rabido dẽte. Ferarũ: quibus uiuus erat obiiciẽdus. Pepẽdit:nõ penitus fuit a trunco diuiſa. Magni mor.eo mortis gñe:quo Põp. Nec n.ſu.Cę ſic hẽt:Interi Arſinoe minor filia:uacuã poſſeſſionẽ regni ſperãs: ad Achillã ſe ex regia traiecit: unaq; bellũ adminiſtrare cœpit.Sed celeriter eſt inter eos de principatu cõtrouerſia orta.Cunq; uterq; otriq; inſidiaret̃:& ſummã iperii ipſe obtinere uellet:pocc upat Arſinoe p Ganymedẽ eunuchũ nutritiũ ſuũ: atq; Achillam interficit. Hoc occiſo ipſa ſine ullo ſocio,& cuſtode oẽ imperium obtinebat:exercitus Ganymedi tradit̃:hic ſuſcepto officio largitionẽ in milites auget: reliqua pari diligẽtia adminiſtrat. Subrepta:ſubducta eius auſu. Hoſtes:Achillã. Reges:Ptolemæi aut Cleopatra. Vt proles Lagea:ut filia Ptolemæi Auletæ. Achillea:Achillã.fit.n.a recto Achilleus. Iuſto:i.quia inuitis regibus regiã oppugnabat. Tuis umbris:ad umbrarũ tuarũ ultionẽ. Sũma:finis. Sufficit:ſatis eſt:ſi pereat. Omnis regia:tota ſtirps. Dũ:donec. Patrii:Ro. a quibus cõfodiet̃. Sed auctore furoris:nõ cecidit rabies:Achilla cæſo bellũ nõ ceſſauit. Auſpiciis:ductu:& ipiis. Eunt:militant Aegyptii. Potuit:illo memorabili die potuit & debuit Cæ.perire ultimo periculo proximus. Mitti in famam,& ſæcula:ſemper eius morte in faſtis celebris reddi:ut poſtea celebratæ ſunt idus Martiæ.

ℭ Cæſar & aux.Photin⁹ nutricius regis:& pcurator regni erat cũ rege:qa regẽ Cæ.ſemp ſecũ duxerat:hic nũcios

OMNIBON. miſit Achillę ne quis Cę.uellet diſcedere:aio deficere:ne ue a negocio deſiſter̃:qb⁹ iternũciis dephẽſis:& ad Cę. ductis:Cæ. Photinũ obtrũcari iuſſit. Sed q ñ:ſed poeta,iqt,affectus ẽ Photinus nimiũ mãſueta morte: meruerat.n.crucib⁹ affigi.& icẽdio cremari:idignũ qppe fuit:ut eadẽ morte periret:qua Põpeiũ occidit. Libera hoſtia: q auxilia uenire nõ poterãt ad hoſtes. Meriti:q nõ meruerat pœna capitis affici:ſed cruce:& flãmis cruciari:& feris pabulũ obiici. Heu facin⁹:idignũ igi facinus:q caput Photino a Cæ.obtrũcatũ fuerit. Magni morte:ſimili morte:qua Põ pierat. Nec ñ ſurrepta:hoc habet hiſtoria: Cæ.poſtquã molẽ Pharõ tenuit:& põtẽ ioris ſui eſſe uidebat: Photinũ iuſſit obtrũcari:ſed nõ ppea Aegyptii bello deſtiterũt:ſucceſſit Ganymedes cũ Arſinoe.nã huius auxilio Arſinoe filia minor e regia ſeſe traiecit in exercitũ ad Achillã:ſperãs uacuã regni poſſeſſionẽ: & ſtati cõtrouerſia orta ẽ de pricipatu cũ primũ cõmuni cõſilio bellũ aduerſus Cæ.gererẽt:itaq; cœperũt uterq; inſidias facer̃:ſed Arſinoe p Ganymedẽ nutriciũ ſuũ,& Eunuchũ occupauit ipiũ:& Achillã iterfici iuſſit: ipmq; Ganymedẽ exercitui pfecit. A fam.ab Eunucho nutricio Arſinoes. Paratis dolis:quos parabat Ganymedes:p dolũ.n.e regia ipſam i exercitũ ad Achillã tradoxit. Ad h.ad Achillã. Proles La.q a Lago primo rege Aegyptiorũ ſcẽderat. Carẽtia rege:quẽ Cæ.qſi obſidẽ ſecũ retinuerat i cõuiuio cũ Cleopatra dephẽſum:ſed cũ eẽt orta iter eos cõtrouerſia de principatu ipii:publicoq; cõſilio obtinuiſſet Arſinoe iuſſit Achillã occidi. Achillea:declinauit Achilleus achillei. Terribilẽ:quis terrorẽ faceret:q ius oẽ habebat armorũ. Altera uicti.Achillas poſt Photinũ. Nec ſatis:nec ſatiſfactũ eſt umbris Põ.neq; etiã ſatiſfactũ erit:ſi occiderit Ptolemæũ: nã nõ prius plena erit ultio cędis Põ.q Cę.ipſe occidat̃. Iſta ſũma.i.cõcluſio:uz ut occiſo Photio:& Achilla tã nihil ſopſit ad uĩdicãdã cędẽ tuã. Dum:pro donec. Enſes patrii:ideſt Bruti:& Caſſii:& cæterorũ coniuratorũ. Magnus inultus:non plene dicetur ex hoſtibus ultionẽ feciſſe Pomp.niſi cum Cæ.occiſus fuerit. Sed nõ auctore:occiſo Achilla:qui pars magna erat huius belli:nõ tamẽ finitum eſt bellũ: quia præfectus eſt exercitui Ganymedes Arſinoes Eunuchus. Auſpiciis:imperio Ganymedis: quia imperator non præficiebatur exercitui:niſi prius captis auſpiciis: ergo a pcedẽte:qđ ſequit̃. Secũdo Mar.quia in periculo Cę.fuit. Potuit diſcri.& ad ultimũ diſcrimẽ Cę.adactus eſt:ut dies illa potuerit memorabilis fieri nece Cæ. In famã & ſæ.i.potuit perpetuo poſteris memoriæ mandari.

ℭ Moris

¶Molis in exiguæ: oppugantibus acriter, inquit, Aegyptiis ponte Phari dũ Cæ. milites in nauibus ſtudet impo SVLPI nere: ſcaphãq; inſilit: ut decertantibus ferat auxiliũ: Aegyptioꝝ nauibus undiq; circunſpectus: omniq; ſpe ſalu- TIVS tis depoſita ſe ſe in mare præcipitauit. Molis in exiguæ ſpatio: hoc eſt in ponte Phari hoſtes frequentiſſimi pugnaut. Vacuas: nã egreſſi nauibus ceperãt Pharõ: & ibi pugnauerãt hactenus. Tota formidine: omni periculo. Prætexunt: præoccultãt. Virg. Et littora curuæ Prætexũt puppes: quandoq; ſignificat prærordino: & oppono: unde fit prætextũ. Pedites: qui e ponte urgebãt. Virtus. fortitudo ad pugnãdũ. Honeſtæ: fortis ut pugnãdo caderet: & ne in manus hoſtiũ uiuus incideret. Nõ acie fuſa: paruo labore, & cęde tunc uinci potuit Cæ.

Molis in exiguæ ſpatio ſtipantibus armis
Dũ parat in uacuas Marte tranſferre carinas
Dux latius: tota ſubito formidine belli
Cingitur: hinc denſæ prætexũt littora claſſes:
Hinc tergo inſultãt pedites: uia nulla ſalutis:
Nõ fuga: nõ uirtus: uix ſpes quoq; mortis hõe
Nõ acie fuſa: nec magnæ ſtragis aceruo (ſtæ:
Vincendus tũc Cæſar erat: ſed ſanguine nullo
Captus ſorte loci pendet: dubius ne timeret:
Optaret ne mori: reſpexit in agmine denſo,
Scæuã perpetuæ meritũ iam nomina famæ:
Ad campos Epidamne tuos: ubi ſolus apertis
Obſedit muris calcantem mœnia Magnum.

Pharſaliæ Lucani Finis.

Captus ſorte loci: circunſeſſus & captiuus: locoꝝ iniquitate. Pẽdet: incertus eſt quid agat. Dubius: nã & optare: & metuere uidebaẽ. Reſpexerat: memoria: & imagine Scæuæ centurionis: qui ſolus: & inuictus ad Dyrachii mũitiões Põ. oĩbus reſtitit exercitibus: Cæ. ne caperetẽ: ſe ĩ mare deiecit: & ad naues: q̃ lõgius cõſtiterãt: uix. enatauit: libelloſq; altera manu ſublatos tenẽs: & altera natãs in tãto diſcrimĩe nõ amiſit: ut ſcri. Plutar. legũt alii Reſpexit ĩ agmine. Epidamne: Dyrachiũ. Muris apertis: munitionibus dirutis a Põpe. Obſedit: ita repreſſit, & reſtitit: ut nõ obſeſſus: ſed obſidere uidereẽ. Calcantẽ mœnia: iam ambulantẽ per ruinas munitionũ. Et quoniã imperfecta eſt iſta periodos: ut lectoris auiditati occurrerẽ. hæc carmina infra ſcripta: uelut ſuperioribus annectenda deduxi.

¶Molis ĩ exiguæ: molẽ Pharõ dicit quæ põte itinere OMNI anguſto iungiẽ cũ oppido. ide pugnabaẽ a Cæ. ex ar- BON. ce uero: quæ erat aduerſus pontẽ: ex nauibus contra ab Alexandrinis: & nauibus egreſſi acriter inſequebanẽ Cæ. cũ ſuis: & hi etiã: qui nauibus remanſerant ſcalas rapere: pontẽ facere: naueſq; a terra repellere properabant: ne his nauibus potirenẽ hoſtes: quibus omnibus rebus perturbati milites triũ cohortiũ Cæ quæ in ponte, ac prima mole circunſteterant: cũ poſt ſe clamorẽ exaudirent fugã ſuoꝝ uiderent: magnã ui teloꝝ aduerſi ſuſtinerẽt: ueriti ne a tergo circunuenirenẽ: & diſceſſu nauiũ oĩno reditus intercludereẽ: munitionẽ in ponte inſtitutã reliquerunt: & magno curſu incitati ad naues cõtenderunt: Cæ. quoad potuit cohortãdo ſuos: eodẽ periculo uerſatus: poſtquã uniuerſos cedere animaduertit: ſe ſe ex nauigio ſuo eiecit in undas: ad eaſq;: quæ longius conſtiterant naues adnatauit: & ita periculũ euaſit: & ideo dicit diẽ unã fieri potuiſſe memorabilẽ morte Cæ. Molis: quia triũ cohortiũ milites occupauerant eã molẽ: de qua pugnabãt: & erat anguſta: ergo cũ metuerent: ne diſceſſu nauiũ reditus intercluderenẽ: in naues magno curſu properatũt. Armis: armatis militibus. Molis: Phari. In uacuas carinas: nã e nauibus egreſſi: Pharõ ceperant. Formidine belli: quia a tergo clamorẽ exaudiebat: ſuos fugere uidebat: & magnã ui teloꝝ aduerſi ſuſtinebant. Hinc: ab Alexandrinis. Hinc: a terra. Via nulla: nã ab una parte claſſis erat: a tergo pedites circuuueniebant. Non fuga: nõ fugiẽdi facultas datur. Nõ uirtus: nulla fortitudo potuit eos incurſu hoſtiũ defendere. Mortis honeſtæ: ſcilicet non ſupat fere tempus: quo ſe occideret: ne in manus hoſtiũ deueniret. Magnæ ſtragis: quia parũ abfuit: quin capereẽ nauigiũ Cæ. & captũ quidẽ fuiſſet: niſi cõiecisset ĩ undas: & ſummo periculo: libellos etiã quoſdã altera manu tenens: enataſſet ad ſuos. Forte: fortuna. Captus: cũ circundatus eſſet. Dubius: incertus an timeret mori: an optaret: quia optabat mori: ne in manus hoſtiũ deueniret. Reſpexit in agmine: ſed cũ ita circũſpiceret: ſe undiq; ab hoſtibus circũuentũ: nec ſpẽ ullã ſalutis daripredit in memoriã Scæuæ illius: qui ſolus oẽm impetũ Põpe. ſuſtinuerat apud Dyrachiũ: & cũ imago illius Scæuæ centurionis fortiſſimi uiri, oculis eius obſeruareẽ: ille exemplo eius ſe deiecit in undas: & ad naues, quæ longius conſtiterant, enatauit. aut reſpexit. i. uidit in agmine Scæuã ipſũ: nã etſi Appianus & Valerius ſcribunt ipſum Dirachii occubuiſſe: tamẽ Plutar. & Cæ. dicunt tuto euaſiſſe: itaq; eũ nunc in acie uidens Cæ. exemplo eius inanimatus eſt. Ad campos Epidamne: ideſt apud Dyrachiũ nã Dyrachiũ, & Epidãnos idẽ ſunt: quam urbem condidere Corcyrei: teſte Strabone. Apertis muris: quia iam euerſa munitione Cæ. Scæua ſolus clauſerat Pom. ne e caſtello exiret. Senſus autem hiſtoriæ hic apertus non eſt: quoniam poeta odio Neronis interceptus obiit: ut ſit omnibus ſtudioſis cum Martiale exclamãdum.
Heu Nero crudelis: nullaq; inuiſior umbra: Debuit hoc ſaltem non licuiſſe tibi. ¶Lucani finis.

¶Sulpitii carmina uelut ſupioribus annectẽda.
Erexit mentem trepidi tam fortis imago
Et facturus erat memorandi nobile leti
Exemplum: ſed fata uetant: & fida ſalutis
Oſtendit fortuna uiam nam leuus amicas
Proſpexit puppes: nando quas auſus adire
Et quid ſtamus ait: uel iam per tela: fretumq;
Eripiar: iuguli uel non erit ulla poteſtas
Eunuꝛ ho conceſſa mei. tunc puppe relicta
Proſilit in pontum. ſiccos fert leua libellos:
Dextra ſecat fluctus: tandemq; illæſus amico
Excipitur plauſu clamantis ad æthera turbæ.

REGISTRVM.
aa A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC
Omnes quaterni: præter aa duernus: & CC ternus. Quinterni. XXI.
¶In Aedibus Guilielmi de Fontaneto Montisferrati. Anno Domini. M.D.XX. Die. XVIII Februarii.
Inclyto Leonardo Lauretano Principe.

fol. 30

ICCIORICSIO
ATORIA